FREDERICK SPIEGELBERG

106. GELLIUS, AULUS. Noctes Atticæ. *Roman characters, 198 unnumbered leaves (first blank), with signatures; 36 lines to the page.* Folio, old green levant morocco, the ARMS OF COUNT DE HOYM stamped in gold on the centre of the covers, and his crowned monogram on the panels of the back; doublure of citron morocco, gilt tooled wide dentelle borders, gilt edges, by PADELOUP LE JEUNE, with his ticket on the first page. Venetiis: per Andream Iacobi de Paltasichis Catharensem, 1477. $100.00

An extremely rare edition of the Attic Nights. Edited by Aldus and in a particularly rich specimen of Padeloup's binding.



AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER PRIMVS.

Plutarchus in libro quem ὁπόση ψυχῶν καὶ σω μάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυίαν καὶ ἀρετὴν Δι άφορα: id eſt quantum inter homines animi cor/ poriſq; ingenio atq; uirtutibus ĩterſit: cõſcripſit: ſcite ſubtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philo ſophum dicit: in reperienda: modulandaq; ſtatus longitudinis eius præſtantia. Nam quum fere conſtaret curriculum ſtadii: quod eſt piſis apud Iouem olympiũ: Herculem pedibus ſuis metatum: idq; feciſſe longum pedes ducentos: cætera quoq; ſtadia ĩ terris græciæ ab aliis poſtea ĩſtituta: pedum quidem eſſe numero du centorum: ſed tamen eſſe aliquantulũ breuiora: facile intellexit mo/ dum: ſpatiumq; plantæ Herculis ratione proportionis habita: tanto fuiſſe: q̃ aliorꝝ procerius: quanto olympicum ſtadium longius eſſet: q̃ cætera. Comprehenſa autem menſura herculani pedis ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiã modificatus eſt. Atq; ita id collegit: quod erat conſequens: tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem: q̃ alios: quãto olympicum ſtadium cæteris pari numero factis anteiret.

¶ Ab Herode attico cõſulari uiro tempeſtiue deprompta in quẽdã iactatũ & glorioſum adoleſcẽtem: ſpecie tantum philoſophiæ ſecta torẽ uerba Epicteti ſtoici: quibus feſtiuiter a uero ſtoico ſeiunxit uul gus loquaciũ nebulonũ: qui ſe ſtoicos nũcuparent. ¶ Caput. ii.

HErodes atticus uir & græca facundia: & conſulari honore præ/ ditus: accerſebat ſæpe nos: quum apud magiſtros athenis eſſe mus: in uillas eius urbi proximas: me & clariſſimum uirꝝ Seruilianũ compluriſq; alios noſtrates: qui Roma in græciam: ad capiendũ in/ genii cultum conceſſerant. Atq; ibi tunc quũ eſſemus apud eum in uilla: cui nomen eſt cephyſia: & æſtu anni: & ſidere autumni flagran tiſſimo propulſabamus caloris incõmoda lucorum umbra ingentiũ longis ambulacris: & mollibus ædium poſticum refrigerantibus la/ uacris nitidis: & abundis: & collucentibus: totiuſq; uillæ uenuſtate aquis undiq; canoris: atq; auibus perſonãte. ¶ Erat ibidem nobiſcũ ſimul adoleſcens: philoſophiæ ſectator: diſciplinæ: ut ipſe dicebat

ſtoicæ. ſed loquacior impendio & promptior. Is plerūq; in conuiuio
ſermonibus: qui poſt epulas haberi ſolēt: multa atq; īmodica de phi
loſophiæ doctrinis intēpeſtiue: atq; inſolite diſſerebat. Præq; ſe uno
cæteros omnis linguæ atticæ principes: gentemq; omnem togatam:
quodcūq; nomen latinum: rudes eſſe: atq; agreſtes prædicabat: atq;
interea uocabulis haud facile cognitis: ſyllogiſmorum captionumq;
dialecticarum laqueis ſtrepebat κυρίωντας σοχαζούσας θεωρίας:
ideſt laqueorum adhuc ſpeculationes claudicātes. Alioſq; id genus
griphos neminem poſſe dicens niſi ſe diſſoluere. ¶ Rem uero ethicā
naturamq; humani ingenii: uirtutumq; origines: officiaq; earū con
finia: aut cōtra morborum uitiorumq; fraudes: animorumq; labes:
ac peſtilentias aſſeuerabat: nulli eſſe ulli magis ea omnia explorata:
comperta: meditataq;. Cruciatibus autem doloribuſq; corporis &
periculis mortem minitantibus: habitum ſtatūq; uitæ beatæ: quam
ſe adeptum eſſe putabat: neq; lædi: neq; imminui exiſtimabatur. Ac
ne oris quoq; & uultus ſerenitatē ſtoici hominis: unq̄ illa poſſe ægri
tudine obnubilari. Has ille inanes quum flaret glorias: iāq; omnes
finem cuperent: uerbiſq; eius defatigati pteduiſſent: tum Herodes
græca: cuius plurimus ei mos fuit: oratione utens. ¶ Permitte inquit
philoſophorum ampliſſime: quoniā reſpondere nos tibi quos idio-
tas uocas: nō quimus: recitari ex libro: quid de huiuſcemodi magni-
loquentia ueſtra ſenſerit: dixeritq; Epictetus ſtoicorum maximus.
iuſſitq; proferri diſſertationum Epicteti digeſtarū ab Ariano primū
librum: in quo ille uenerandus ſenex iuuenes: qui ſe ſtoicos appella-
bant: neq; frugi neq; operæ probæ: ſed theorematibus tantum nuga
libus: & puerilibus iſagogarum cōmentationibus dilatrantes: obiur-
gatione iuſta inceſſuit. Lecta igitur ſunt ex libro qui ploratus eſt: ea
quæ addidit. Quibus uerbis Epictetus ſeuere ſimul ac feſtiuiter ſeiū
xit: atq; diuiſit a uero: atq; ſincero ſtoico: qui eſſet ꝓcul dubio: ἀκώ-
λυτος: ἀνεκβίαστος: ἀπαρεμπόδιστος. ἐλεύθερος: εὔπορος εὐδαί
μων. i. non prohibitus inuiolatus. minime implicitus. liber: diues:
felix: uulgus aliud nebulonum hominum: qui ſe ſtoicos nūcuparēt:
Vltroq; uerborum & argutiarum fuligine ob oculos audientium ia-
cto: ſanctiſſimæ diſciplinæ nomine mentirentur. εἰπέ μοι περὶ ἀγα
θῶν. καὶ κακῶν ἀκούεις. ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος κικόνεσσι πέ-
λασσεν. τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀγαθά. τὰ δὲ κακά. τὰ δὲ ἀδιά-

φορα ἀγαθὰ μένον. ἀρεταὶ κακὰ τὰ μετέχοντα κακίας. ἀδιάφορα
δὲ τὰ μεταξὺ τούτων: πλοῦτος: συζυγία: ζωὴ θάνατος: ἡδονή:
πόνος: πόθεν οἶδας οὕτως ἑλληνικὸς λέγει ἐν τοῖς αἰγυπτιακοῖς
τί γὰρ γιαφέρει τοῦτο εἰπεῖν ἢ ὅτι διογένης ἐν τῇ ἠθικῇ: ἢ χρύσι
ππος ἢ θκλεάνθης: βεβασάνικας οὖν αὐτό: καὶ δόγμα σαυτοῦ πε/
ποίησαι: δείκνυε πῶς εἴωθας ἐν πλοίῳ χειμάζεσθαι μέμνησαι
ταύτης τῆς διαιρέσεως ὅταν ψοφήσῃ τὸ ἱςίον: καὶ ἀνακραυγάσῃ
ἐάν σοι τις οὕτω πως παραςαθεὶς εἴπῃ λέγε μοι σὺ ἂ πρώην ἔλε/
γες: μὴ κακία ἐςὶ τὸ ναυαγῆσαι: μὴ τῆς κακίας μετέχον οὐκ ἄρα ξύ/
λον ἐνσείσεις αὐτοῖ ἡμῖν. καὶ σοὶ ἄνθρωπε. ἀπολλύμεθα. καὶ
σὺ ἐλθὼν παίζεις. ἐὰν δέ σε ὁ καῖσαρ μεταπέμψηται κατηγορού/
μενον .i. de bonis cedo: & malis audis ne illud? Ad ciconas troia re/
ferés me uentus adegit. Rerum quædam bona: quædā mala: quædā indifferentia sunt. Bona sane uirtutes: quæ uitii participāt mala. Indifferentia uero illa quæ inter hæc media sunt: opes: cōiugium: uita: mors: uoluptas: labor. unde nosti inquit? Sic Hellanicus in ægyptiacis tradit. Quid enim refert ita dicā an Diogenē in moralibus: Chrisippumue: aut Cleāthem? Hoc itaq; exquisiuisti: decretumq; fecisti tuum. Expone quonam modo tempestatem in naui feras. nunquid eius distinctionis memineris: ubi instrepit ac stridet uelum? siquis te ita alloquatur: repete age tu ea: quæ modo aiebas: nū sit uitium naufragium facere? num particeps uitii sit: an non contra istum baculū moueas? heus homo: quid mecum tibi? nos perimus: & ipse ludis. Cæsar quoq; si te delatum accersiuerit: quid agas?

Quod Chilo lacedæmonius cōsiliū anceps pro salute amici cœpit. Quodq; est circūspecte & anxie considerādum an pro utilitatibus amico℞ delinquendum aliquando sit? Notataq; inibi: & relata quæ Theophrastus: &. M. Cicero super ea re scripserunt. Caput. iii.

Chilo præstabilis homo sapientiæ: quonamusq; debuerit cōtra legem: contraq; ius pro amico progredi dubitauit. Eaq; res in fine quoq; uitæ ipso: animum eius anxit. Et alii deinceps multi philosophiæ sectatores: ut ī libris eo℞ scriptum est: satis inquit scite: satisq; sollicite quæsiuerūt: ut uerbis quæ scripta sunt: ipsis utar: εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον. καὶ μέχρι πόσου καὶ ποῖα .i. nunquid oporteat contra iustitiam amico subuenire? & qua fini? & ī cuiusmodi? ea uerba significant: quæsisse eos: an nōnunq̄ cōtra ius:

contraue morem faciendum pro amico sit : & in qualibus & in qbus causis. & quénam adusque modum . Super hac quæstione cum ab aliis sicuti dixi:multis tum diligentissime a Theophrasto disputat̃: uiro in philosophia peripatetica modestissimo doctissimoq;. Eaque disputatio scripta est:si recte meminimus:in libro eius de aı̃citia primo. Eum librum. M. Cicero uidetur legisse:quum ipse quoq; librũ de amicitia componeret. & cætera quidem quæ suméda a Theophrasto existimauit:ut ingenium facundiaq; eius fuit:sumpsit. & trãspo suit commodissime aptissimeque . Hunc autem locum de quo satis quæsitum esse dixi:omnium rerum aliarum difficillimum:strictim: atq; cursim trangressus est. Neque ea quæ a Theophrasto pensiculate atq; enucleate scripta sunt:executus est. Sed anxietate illa & quasi morositate disputationis prætermissa:genus ipsum rei tantum paucis uerbis notauit. Ea uerba Ciceronis si recẽsere quis uellet:apposui: His igitur finibus utendum esse arbitror: ut cum emendati mores amicorum sunt:tum sit inter eos omnium rerum:consiliorum: uolũtatum:sine ulla exceptione communitas. ut etiam siqua fortuna acciderit:ut minus iustæ uoluntates amicorum adiuuandæ sint: in q́bus eorum aut caput agatur:aut fama declinãdum sit de uia:modo ne summa turpitudo sequatur. Est enim quatenus amicitiæ uenia dari possit. Quum agetur inquit aut caput amici: aut fama declinandum est de uia:ut etiam nõnunq̃ uoluntatem illius adiuuemus. Sed cuiusmodi declinatio ista esse debeat: qualisq; ad adiuuandum digressio:& in quanta uoluntatis amici iniquitate nõ dicit. ¶ Quid autem refert scire in huiusmodi periculis amicorum : si non magna me turpitudo ı̃secutura est:de uia recta esse declinãdũ? nisi id quoq; me docuerit:quam putet magnam turpitudinem? & cum decessero de uia:quousq; digredi debeam? Est enim inquit quatinus dari amicitiæ uenia possit. Hoc immo ipsum est:quod maxime discendũ est: quodq; ab iis:qui doceant:minime dicitur:quatinus quaq; fini dari amicitiæ uenia debeat. Chilo ille sapiens de quo paulo ante dixi:cõseruãdi amici causa:de uia declinauit. Sed uideo quousq; progressus est. falsum enim pro amici salute consilium dedit. Id ipsum tamen ı̃ fine quoque uitæ:an iure possit reprehendi:culpariq; dubitauit.

Contra patriam inquit Cicero arma pro amico sumenda nõ sunt. hoc profecto nemo ignorauit. & priusq̃ Theognis : ut Lucilius ait:

nasceretur. Sed id quæro: id desidero: quum pro amico contra ius: & contra q̃ licet: salua tamen libertate atq; pace: faciendum est. & quũ de uia (sicut ipse ait) declinandum est: quid: & quantum: & in quali causa: & quonamusq; id fieri debeat. Pericles ille atheniensis egregius uir ingenio: bonisq; omnibus disciplinis ornatus: in una quidem specie: sed planius tamen: quid existimaret professus est. Nã quum amicus eum rogaret: ut ꝓ re causaq; eius falsum deieraret: his ad eũ uerbis usus ẽ: δεῖ μὲ συμπράττειν τοῖς φίλοις ἀλλὰ μέχρι θεῶν. idest opus est me amicis cõmodare: sed usq; ad aras. Theophrastus in eo: quem dixi: libro: inquisitius quidem super hac re ipsa & exactius: pressiusq; q̃ Cicero dixerit. Sed is quoq; in docendo: non de uno quoq; facto singulatim existimat: neque certis exemplorum documentis: sed generibus rerum summatim: uniuersimq; utitur: ad hũc ferme modum. ¶ Parua inquit & tenuis uel turpitudo uel infamia subeunda est: si ea re magna utilitas amico quæri potest. Rependitur quippe: & cõpẽsatur leue damnum delibatæ honestatis maiore alia: grauioreque in adiuuando amico honestate. Minimaq; illa labes: & quasi lasciuia famæ imminentis: partarum amico utilitatum ratiõe solidatur. Neq; nominibus inquit moueri nos oportet: q; paria genere ipso non sunt: honestas meæ famæ: & rei amici utilitas. Ponderibus hæc enim potestatibusq; præsentibus: non uocabulorum appellationibus: neq; dignitatibus generum diiudicanda sunt. Nam cum in rebus aut paribus: aut non longe secus: utilitas amici: & honestas nostra consistit. honestas procul dubio præponderat. Cũ uero amici utilitas nimio est amplior: honestatis autem nostræ in re nõ graui leuis iactura est: tunc quod utile amico est: id primum illo: quod honestum nobis est: fit plenius. sicuti est magnum pondus æris: parua lamina auri fit preciosus. Verba adeo ipsa theophrasti sup ea re adscripsi. οὐκ εἴ τι που τοῦτο τῷ γένει τιμιώτερον ἤδη. καὶ ὅτι οὖν μέρος τούτου. πρὸς τὸ τηλίκον δὲ θάτερον συνκρινόμενον αἱρετὸν ἔσται. λέγω δὲ οἷον καὶ χρυσίον τιμιώτερον χαλκοῦ. καὶ τηλίκον δὲ τοῦ χρυσοῦ. τῷ τηλίκῳ δὲ χαλκοῦ μέγεθος ἀντιπαραβαλλόμενον. πλέον δόξει. ἀλλὰ ποιήσει τινὰ ῥοπὴν. καὶ τὸ πλῆθος. καὶ τὸ μέγεθος: idest non siquid suo genere alio est nobilius: continuo quæuis quoque pars eius: partis cuiuslibet alterius: quo cum comparatur: collatione eligenda sit potius. uerbi gratia hoc

modo. ut & nobilius ære aurũ sit. & auri pars qualibet portionis cu/iuslibet æris comparatione: sit pluris. uerum non nihil discriminis: cum numerus: tum uero magnitudo efficiet. ¶ Phauorinus quoq; philosophus huiuscemodi indulgẽtiam gratiæ tempestiuius: laxato paulũ: permissoq; subtili iustitiæ examine: his uerbis definiuit. ἡ κα/λουμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο ἐςὶν ὕφεσις ἀκρι/βείας ἐν δέοντι. idest quæ gratia apud homines uocatur: hoc quidẽ est: iuris diligentioris loco & tempore imminutio. Post deinde idem Theophrastus ad hanc ferme sententiam disseruit. Has tamen inq̃t paruitates rerum: & magnitudines: atq; has omnis officiorum æsti/mationes: alia nonnunq̃ momenta extrinsecus: atq; alia quasi appẽ dices personarum: & causarum: & temporum: & circunstãtiæ ipsius necessitates: quas includere præcepta difficile est: moderantur: & re/gunt: & quasi gubernant. & nunc ratas efficiunt: nunc irrita. Hæc talia quæ Theophrastus satis caute & sollicite: & religiose: causa di/scernendi magis disputandiq; diligentia: q̃ cum decernendi sentẽtia fiduciaq; disseruit: quoniam profecto causas scientiæ: corporum ua rietates: disertationumq;: & differentiarum ignorantes: directũ atq; perpetuũ: distinctumq; in rebus singulis præceptum: quod ego nos in prima tractatus istius parte desiderare dixeram: nõ capiunt. Eius autem Chilonis a quo disputatiũculæ huius initium fecimus: quũ alia quædam sunt cognitu utilia: atq; prudentia: tum id maxime ex ploratæ utilitatis est: q̃ duas ferocissimas affectiones amoris: atque odii intra modum tantum coercuit. ¶ Hac inquit fini ames: tanquã forte fortuna osurus. hac itidem tenus oderis: tãq̃ fortasse post ama/turus. Super hoc eodẽ Chilone Plutarchus philosophus in libro περὶ ψυχῆς. i. de anima primo uerbis ita scripsit. χείλον ὁ παλαιὸς ἀκούσας τινὸς λέγοντος. μηδένα ἔχειν ἐχθρόν. ἠρώτησεν εἰ καὶ μηδένα φίλον ἔχει νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖν καὶ συνε/πάγεσθαι φιλίας καὶ ἀπεχθείας. idest Chilo senior: quum quẽpiã dicentem audisset: nullum se inimicum habere: an nullum etiam a/micum haberet: interrogauit. amicitias inimicitiasq; inuicem cõseq & adduci necesse esse arbitratus.

¶ Quam tenuiter curioseq; explorauerit Antonius Iulianus in ora/tione Marci. T. uerbi ab eo mutati argutiam.

¶ Caput quartum.

ANtonius Iulianus rhetor perq̄ fuit honesti:atq; amœni igenii. Doctrina quoq; ista utiliore ac delectabili:ueterumque elegantiarum cura:& memoria multa fuit. Ad hæc:scripta omnia antiquiora tam curiose spectabat:aut uirtutes pensitabat:aut uitia rimabat: ut iudicium factum esse ad amussim diceres. Is Iulianus super eo enthymemathe:quod est in oratione. M. Tullii:quam pro Cn. Planco dixit:ita æstimauit. Sed uerba prius:de quibus iudicium ab eo factū est:ipsa ponam. Quanq̄ dissimilis pecuniæ debitio & gratiæ. Nam qui pecuniam dissoluit:statim non habet id:quod reddidit. Qui autem debet:æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert:habet. & qui habet:in eo ipso quod habet:refert. Neq; ego nunc Planco desinam debere:si hoc soluero. Nec minus ei redderem uoluntate ipsa:si hoc molestiæ non accidisset. Crispum sane inquit agmen orationis: rotundūq;:ac modulo ipso numerorum uenustum. sed quod cū uenia legendum sit:uerbi paulum ideo īmutati:ut sententiæ fides salua esset. Nāque debitio gratiæ & pecuniæ collata : uerbum utrobiq; seruare posset. Ita enim recte opposita inter sese gratiæ : pecuniæque debitio uidebitur:si & pecunia quidem deberi dicatur:& gratia. Sed quid eueniat in pecunia debita solutaue:quid contra in gratia debita redditaue:debitionis uerbo utrinq; seruato disseratur. Cicero autem inquit:quum gratiæ pecuniæq; debitionem dissimilem esse dixisset: eiusq; sententiæ rationem redderet:uerbum debet in pecunia ponit: in gratia habet subiicit:pro debet. Ita enim dicit. Gratiam autem & qui refert:habet. & qui habet:ī eo ipso quod habet:refert. Sed id uerbum habet:cum proposita comparatione non satis conuenit. Debitio enim gratiæ non habitio cum pecunia confertur. Atque ideo consequens quidem fuerat sic dicere. & qui debet in eo ipso quod debet: refert. quod absurdum & nimis coactum foret:si nondum redditam gratiam:eo ipso redditam diceret:quia debetur. immutauit ergo inquit:& subdit uerbum ei uerbo:quod omiserat:finitimum:ut uideatur & sensum debitionis collatæ non reliquisse:& concinnitatem sententiæ retinuisse. ¶ Ad hunc modum Iulianus enodabat : diiudicabatq; ueteꝝ scriptoꝝ sētētias:q̄s apud eū adolescētes lectitabant.

¶ Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atq; uestitu probris obnoxio:infamiq; mundicia fuit. quodq; item. Hortensius orator ob eiusmodi mundicias:gestumque in agendo histrionicum Dionysiæ

saltatriculæ cognomento cōpellatus est. ¶ Caput.v.

DEmosthenem tradūt:& uestitu cæteroq; cultu corporis nitido uenusto:nimisq; accurato fuisse. hinc etiā κόμψη illa χλαῖνίς και μαλακοὶ χιτωνίσκοι. idest elegans illa uestis:& molles tuniculæ ab æmulis aduersariisq; probro datum. hinc etiam turpibus:indignisq; in eum uerbis non temperatū:quum parum uir:ore quoq; polluto diceretur. Ad eundem modum Hortensius omnibus ferme oratoribus ætatis suæ:nisi.M. Tullio clarior:qui multa cū mūdicia:& circūspecte cōpositeq; indutus:& amictus esset: manusq; eius interagendum forent argutæ admodum:& gestuosæ:maledictis compellationibusq; probrosis iactatus est. multaq; in eum quasi ī histrionem:in ipsis causis atq; iudiciis dicta sunt. ¶ Sed cum.L. Torquatus subagresti homo ingenio: & infestiuo: grauius acerbiusq; apud consilium iudicum:quum de causa Syllæ quæreretur: non iā histrionem eum esse diceret: sed gesticulariam Dionysiamq; eū notissimæ saltatriculæ nomine appellaret. Tum uoce molli: atq; demissa Hortensius:Dionysia inquit Dionysia malo equidē esse: q̄ quod tu Torquate. ἄμουσος ἀγροδίαιτος. ἀπροσίτος. idest inelegās agrestis aditu difficilis.

¶ Verba ex oratione Metelli Numidici:quam dixit ad populum in censura:quum eum ad uxores ducendas adhortaretur. eaque oratio quam ob causam reprehensa:& quo contra modo defensa sit.

¶ Caput sextum.

MVltis & eruditis uiris audiētibus legebatur oratio Metelli Numidici grauis ac diserti uiri:quā in censura dixit ad populū:de ducēdis uxoribus:quū eū ad matrimonia capescenda hortaret̃. in ea oratione ita scriptū fuit. ¶ Si sine uxore possemus qrites esse: oēs ea molestia careremus. Sed quoniā ita natura tradidit:ut nec cū illis satis cōmode:nec sine illis ullo modo uiui possit:saluti ppetuæ potius q̄ breui uoluptati cōsulendū. Videbat̃ quibusdam Metellū censorē cui consilium esset:ad uxores ducendas populum hortari non oportuisse:nec de molestia incommodisq; perpetuis rei uxoriæ confiteri. neq; adhortari magis:q̄ dissuadere absterrereq;. Sed contra:illud potius orōnē debuisse sumi dicebāt:ut & nullas pleꝝq; esse ī matrimoniis molestias asseueraret: & siquæ tamē accidere nonnunq̄ uiderent̃: paruas & leues facilesq; esse toleratu diceret. maioribusq; eas emolu-

mentis:& uoluptatibus oblitterari. easdemq; ipsas neq; oibus: neq; naturæ uitio:sed quorundam maritorum culpa & iniustitia euenire. T. autem Castritius recte atq; condigne Metellum esse locutum existimabat. Aliter inquit censor loqui debet:aliter rhetor. Rhetori concessum est sententiis uti falsis:audacibus:subdolis:captiosis: si modo uerisimiles sint:& possint admouendos hominum animos qualicunq; astu irrepere. Propterea turpe esse ait rhetori: siquid in mala causa destitutum:atque impugnatum relinquat. Sed enim Metellū inquit sanctum uirum illa grauitate & fide præditum:cum tāto honore:atq; dignitate uitæ:apud populum Romanū loquentem nihil decuit aliud dicere q̄ quod uerum sibi esse:atq; omnibus uidebatur. præsertim quum super ea re diceret:quæ quotidiana intelligentia & communi peruulgatoq; uitæ usu cōprehenderetur. De molestia igit̃ cunctis hominibus notissima confessus:eaq; cōfessione fidem sedulitatis:ueritatisq; commeritus:tum deniq; facile & procliuiter:quod fuit omnium rerum ualidissimum:atq; uerissimum persuasit: ciuitatem saluam esse sine matrimoniorum frequentia non posse. Hoc quoq; aliud:ex eadem oratione Metelli dignum esse existimauimus assidua lectione:non hercle minus:q̄ quæ a grauissimis philosophis scripta sunt. Verba Metelli hæc sunt. Dii īmortales plurimū possūt sed non plus uelle debent nobis:q̄ parentes. At parentes: si pergunt liberi errare:bonis exhæredant. Quid ergo nos a diis īmortalibus diutius expectemus:nisi malis ratiōibus finem facimus. iisdem deos ꝓpitios esse æquum est:qui sibi aduersarii non sunt. Dii immortales uirtutem approbare:non adhibere debent.

¶ In hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta ī Verrem: hāc sibi rē sperāt præsidio futuꝝ:neq; mendā esse: nec uitiū. Errareq; istos:qui bonos uiolāt libros:& futurā scribūt. Atq; ibi de quodā alio Ciceronis uerbo dictum:quod probe scriptum perperam mutat̃. Et aspsa pauca de modulis:numerisq; orōis:quos Cicero auide sectatus est.

¶ Caput septimum.

IN orone ciceronis qnta ī Verrē libro spectatæ fidei:tyroniana cura:atq; disciplīa facto:ita scriptū est. Hoīes tenues obscuro loco nati:nauigāt. adeūtq; ad ea loca:quæ nūq̄ antea didicerāt: neq; noti essent quo uenerūt:neq; semper cum cognitoribus esse possūt. Hac una tātū fiducia ciuitatis:nō modo apud nostros magistratus:

qui & legum: & æstimationis periculo continentur: neq; apud ciues solum romanos: qui & sermonis: & iuris: & multarum rerum societate iuncti sunt: fore se tutos arbitrantur: sed quocūq; uenerint: hāc sibi rem præsidio sperant futurum. Videbatur q̄pluribus ī extremo uerbo menda esse. debuisse enim scribi putabant: non futurum: sed futuram. neq; dubitabant: quin liber emendatus esset: ne ut in Plauti comœdia mœchus: sic enim mendæ suæ illudebant: ita in Ciceronis oratione soloecismus esset manifestarius. Aderat ibi forte amicus noster homo lectione multa exercitus: cui pleraq; omnia ueterum litterarum quæsita: meditata: euigilataq; erant. Is libro inspecto ait: nullum esse in eo uerbo: neq; mendam: neq; uitium. Ciceronē probe ac uenuste locutum. Nam futurum inquit non refertur ad rem: sicut legentibus temere: & incuriose uidetur: neq; pro participio positū est: sed uerbum est indefinitum: quod græci appellant ἀπαρέμφατον: neq; numeris: neq; generibus præseruiens: sed liberum undiq;: & impromiscuū est. Q uali. C. Gracchus uerbo usus est ī oratione: cuius titulus est de. Q . Popilio circūcōciliabula: in qua ita scriptum est. Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Inimicos īquit dicturum: & non dicturos. Videt ne ea ratione positū apud Gracchū dicturum: qua est apud Ciceronē futurum: sicut in græca oratione sine ulla uitii suspiciōe omnibus numeris: generibusq; sine discrimīe attribuūtur huiuscemodi uerba ποιήσειν ἔσεσθαι. i. futurum: λέξειν ἔσεσθαι dicturum & similia. In. Q . quoq; quadrigarii tertio ānali libro uerba hæc esse dixit. Dum hi cōciderent: hostiū copias ibi occupatas futurum. In. xii. annali eiusdem quadrigarii principiū libri sic scriptum. Si pro tua bonitate & nr̄a uolūtate tibi ualitudo suppetit: est quod speremus: deos bonis benefacturum. Itē ī Valerii Antiatis libro. iiii. &. xx. simili modo scriptū esse. Si hæ res diuinæ factæ: recteq; perlitatæ essent: aruspices dixerūt omnia: ex sententia processurum. Plautus etiā in Casina quū de puella loqueret: occisurum dixit: nō occisuram his uerbis. Etiam ne habet Casina gladium? Sta habet. Sed duos: quibus altero te occisurū ait: altero uillicum. Item Laberius in Gemellis. Nō putaui īqt hoc eam facturū. Non ergo isti omnes soloecismus quid esset: ignorauerunt. Sed & Gracchus dicturum: & quadrigarius: futurū: & benefacturum: & Plautus occisurum: & Antias processurum: & Laberius facturū: indefinito modo dixerunt. qui modus neq; ī numeros: neq;

in perſonas: neq; in genera diſtribuitur. Sed omnia iſtæc una eadéq; declinatione complectitur. Sicuti. M. Cicero dixit futurum: nõ uirili genere: neq; neutro. ſoloeciſmus enim foret plane: ſed uerbo uſus eſt ab omni neceſſitate generum abſoluto. Idem autem ille amicus noſter in eiuſdem. M. T. Ciceronis oratione: quæ eſt de imperio Cn. Põpeii: ita ſcriptum eſſe a Cicerone dicebat atq; ipſe ita lectitabat. Quũ noſtros portus: atq; eos portus: quibus uitam ac ſpiritum ducitis: ĩ prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis. Neq; ſoloeciſmum eſſe aiebat: ĩ poteſtatem fuiſſe: ut uulgus ſemidoctum putat: ſed ratione dictũ certa & proba: contendebat: qua & græci ita uterẽtur: & Plautus uerborum latinorum elegantiſſimus in Amphitryone dixit. Nunc uero mihi in mentem fuit: non ut dici ſolitum eſt in mente. Sed enĩ præter Plautũ: cuius ille in præſenti exemplo uſus eſt: multã nos quoq; apud ueteres ſcriptores locutionum talium copiã offendimus. atq; his uulgo annotamentis inſperſimus. Vt rationem iſtam miſſam facias & auctoritates: ſonus qui ἐυφωνία: ideſt uoculatio tãtũ: & poſitura ipſa uerborum ſatis declarant: id potius ἐπιμελείᾳ τῶν λέξεων ideſt uocabulorum delectui diligenti: modulamẽtiſq; orationis. M. Tulli conueniſſe: ut quoniam utrũuis dici latine poſſet: poteſtatem dicere mallet: non poteſtate. Illud enim ſic compoſitum iucundius ad aurem. conſpectiuſq;: inſuauius hoc imperfectiuſq; eſt: ſi modo ita explorata aure hõ ſit: nõ ſurda: nec iacenti. ſicuti eſt hercle quod explicauit dicerẽ maluit: q̃ explicuit: quod eſſe iam uſitatius cœperat. Verba ſunt hæc ipſius in exhortatione: quam de imperio Cn. Pompeii habuit. Teſtis eſt ſicilia: quam multis undiq; cinctam periculis: non terrore belli: ſed conſilii celeritate explicauit. At ſi explicuit diceret: imperfecto & debili numero uerborum ſonus clauderetur.

¶ Hiſtoria in libris Phocionis philoſophi reperta ſuper Laide meretrice: & Demoſthene rhetore.

¶ Caput. viii.

PHocion ex peripatetica diſciplĩa: haud ſane ignobilis uir fuit. Is librum multæ uariæq; hiſtoriæ refertum compoſuit. eumq; ĩſcripſit: κέρας ἀμαθείας. ea uox hoc ferme ualet: tanq̃ ſi dicas cornu copiæ. In eo libro ſup Demoſthene rhetore: & Laide meretrice: hiſtoria hæc ſcripta eſt. Lais inqt corĩthia ob elegãtiã: uenuſtatéq; formæ grandem pecuniã demerebat. Conuẽtuſq; ad eam ditiorꝝ hominum

ex omni græcia celebres erãt. neq; admittebatur: nisi qui dabat: quod poposcerat. Poscebat autem illa nimiam quantitatem. Hinc ait natum esse illud frequens apud græcos adagium οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἔσθ᾽ ὁ πλοῦς: idest. Non uiri cuiusq; est corinthum petere. ꝙ frustra iret corinthum ad Laidem: qui non quiret dare: quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clãculum adit: & ut sui copiã faceret: petit. At Lais μυρίας δραχμάς: id est decem drachmarum milia poposcit. hoc facit nummi nostratis denarium decemmilia. tali petulantia mulieris atq; pecuniæ magnitudine ictus: expauidusq; Demosthenes auertitur. & discedens: Ego inquit pœnitere tanti non emo. Sed græca ipsa: quæ fertur dixisse: lepidiora sũt. οὐκ ὠνοῦμαι inquit μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν; idest non emo centũ sestertiis pœnitere.

Qui modus fuerit: quis ordo disciplinæ pythagoricæ: quãtumq; temporis imperatum obseruatumq; sit: dicendi simul ac tacendi.

Caput nonum.

ORdo ac ratio Pythagoræ: ac deinceps familiæ successionis eius: recipiendi instituendiq; discipulos: huiuscemodi fuisse tradit. Iam a principio adolescentes: qui sese ad discendum obtulerant: ἐφυσιογνωμόνει: idest per naturæ indicia pensiculabat. id uerbum significat mores: naturasq; hominum coniectatione quadam: de oris & uultus ingenio: deque totius corporis filo: atque habitu sciscitari. Tum qui exploratus ab eo: idoneusq; fuerat: recipi in disciplinã statim iubebat. & tempus certum tacere; non omnes idem: sed aliud alius tempus: pro æstimato captu sollertiæ. Is autem qui tacebat: quæ dicebantur ab aliis: audiebat. Neque percontari: si parum intellexerat: neque commentari: quæ audierat: fas erat. Sed non minus quisq̃ tacuit: q̃ biennium. Hi prorsus appellabantur intra tempus tacendi audiendique ἀκουστικοί: idest auditores. Ast ubi res didicerant rerum omnium difficillimas tacere: audireque: atque esse iam cœperant silentio eruditi: cui erat nomen ἐχεμυθία. i. taciturnitas: tum uerba facere & quærere: quæque audissent: scribere: & quæ ipsi opinarentur expromere potestas erat. hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοί. i. disciplinis uacãtes: scilicet ab iis artibus: q̃s iã discere atq; meditari incœptauerant: quoniam geometriã: gnomonicã: musicã: cæterasq; item disciplinas altiores μαθήματα: id est disciplinas: ueteres græci

appellabant. Vulgus autem: quos gentilicio uocabulo Chaldæos dicere oportet: mathematicos dicit. Exinde his scientiæ studiis ornati: ad perdiscenda mundi opera: & principia naturæ procedebãt. At tũc denique nominabantur φυσικοὶ: idest naturales. Hæc eadem super Pythagora noster Taurus cum dixisset: nunc autem inquit isti: qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertunt: non est hoc satis: quod sũt omnino ἀθεώρητοι ἄμουσοι ἀγεωμέτρητοι: id est a cõtemplatione musica: geometria: penitus alieni: sed legem etiam dãt: qua philosophari discãt. Alius ait: hoc me primum doce. Item alius: hoc uolo ĩquit discere. istud nolo. Hic a symposio Platonis incipere gestit: ꝓpter Alcibiadæ comessationem. Ille a Phedro propter Lysiæ orationem. Est etiam inquit proh Iuppiter: qui Platonem legere postulet: non uitæ ornandæ: sed linguæ orationisque comendæ gratia: nec ut modestior fiat: sed lepidior. Hæc Taurus dicere solitus nouicios philosophorum sectatores: cum ueteribus Pythagoricis pẽsitãs. Sed id quoque non prætereundum est: quod omnes simul: qui a pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant: quod quisq; familiæ pecuniæq; habebant: in medium dabant. Et coibatur societas inseparabilis. tanq̃ illud fuerit antiquũ consortiũ: quod re atque uerbo romano appellat̃: κοινόβιον .i. contubernium.

¶ Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philosophus adolescentem: uetuste nimis: & prisce loquentem.

¶ Caput. x.

Phauorinus philosophus adolescenti ueteꝝ uerboꝝ cupidissimo: & plerasq; uoces nimis priscas: & ignotissimas ĩ quotidianis cõmunibusq; sermõibus expromẽti: Curius ĩqt & Fabritius & Corũcanius ãtiqssimi nostri: & his ãtiqores Horatii illi Trigemini plane & dilucide cũ suis fabulati sũt. Neq; auruncoꝝ aut sicanoꝝ: aut pelasgorum: qui primi coluisse Italiam dicuntur: sed ætatis suæ uerbis locuti sunt. Tu autem perinde quasi cum matre Euandri nunc loquare: sermone multis annis iã desito uteris: ꝙ scire atque intelligere neminem uis: quæ dicas. Nonne homo inepte: ut quod uis abũde consequaris: taceres? sed antiquitatẽ tibi placere ais: ꝙ honesta: & bona & sobria: & modesta sit. uiue ergo moribus præteritis. loquere uerbis præsentibus. Atq; id quod a. C. Cæsare excellẽtis ĩgenii ac prudentiæ uiro: ĩ prĩo de analogia libro scriptũ est: habe semp ĩ memoria: atq; ĩ

pectore: ut tāq̄ scopulū: sic fugias inauditum: atq; insolens uerbū.

Quod Thucydides historiæ scriptor īclytus: lacedæmonios ī acie non tuba: sed tibiis esse usos dicit. Verbaque eius super ea re posita. Quodq; Herodotus Halyaten regem fidicinas ī procīctu habuisse tradit. atq; inibi quædam notata de Gracchi fistula concionaria.

Caput undecimum.

AVctor historiæ græcæ grauissimus Thucydides lacedæmonios summos bellatores: non cornuum tubarumue signis: sed tibiarum modulis in præliis usos esse refert. Non prorsus ex aliquo ritu religionum: neq; rei diuinæ gratia: neq; autem ut excitarētur: atq; euibrarentur animi: quod cornua & litui moliunt: sed contra ut moderatiores: modulatioresq; fierēt: quod tibicinis numeris temperat. Nihil adeo in congrediendis hostibus: atq; in principiis præliorū ad salutem uirtutemque aptius rati: q̄ si permulcti sonis mitioribus nō immodice ferocirent. Quum procīctæ igitur classes erant: & instructa acies: cœptumq; in hostem progredi: tibicines inter exercitum positi: canere īceptabant. Ea ibi præcētione tranqlla & uenerabili q̄dā: quasi militaris musicæ disciplina: uis & impetus militum: ne sparsi: dispalatiq; proruerent: cohibebatur. Sed ipsius illius egregii scriptoris uti uerbis libet: quæ & dignitate: & fide grauiora sunt. καὶ μετα ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν. ἀργεῖοι μὲν: καὶ οἱ ξύμμαχοι. ἐντόνως. καὶ ὀρμῇ: χωροῦντες: λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλοῖς. πολλῶν ὁμοῦ ἐγκαθεστώτων. ὀυτοῦ ἡδέος χάριν. ἀλλ᾽ ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν. καὶ μὴ διασπασθείη αὐτῶν ἡ τάξις ὃ πρέπει ἀεὶ μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις ποιεῖν: id est. Post hæc congrediebantur argiui quidē sociique acriter & impetu adorientes. lacedæmonii contra sub tibiarum præcentione: stipato agmine maturantes non adeo uoluptatis causa: uerum ut æquabili modulatoque sensim ingressu conuenientes pugnam capescerent: nec suos ordines distrahi sinerent. quod semper amplissimas copias agere: ubi congrediendum est: nimirum decet. Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est: præcinente ac præmoderante cithara gressus. Halyates autem Rex terræ Lydiæ: more atq; usu barbarico præditus: quum bellum milesiis faceret: ut Herodotus in historiis tradit: cōcinentes habuit fistulatores & fidicines: atq; fœmīas etiā tibicinas in exercitu: atque in procinctu

habuit:lasciuientium delicias conuiuiorum . Sed enim achæos Ho-
merus pugnam indipisci ait:non fidicularum tibiarũq; concentu: uerũ
conspiratu tacito nitibundos ὃι δ᾽ἄρ᾽ἴσαν σιγημένεος πνείοντες
ἀχαιοὶ ἐνθυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν:id est . Ast ibãt
taciti spirantes robur achiui.Inq; uicem auxilium cupida sibi mente
ferebant.Quid ille uult ardentissimus clamor militum romanorũ:
quem in congressibus prœliorum fieri solitum scriptores annalium
memorauere? Contra ne institutum fiebat antiquæ disciplinæ tam
probabile? An tum etiam gradu clæmenti:& silentio est opus:quum
ad hostem itur in conspectu longinquo procul distantem? Quũ ue-
ro prope ad manus uentum est:tum iam e propinquo hostis & im-
petu propulsandus:& clamore terrendus est. Ecce autem pro tibicia
laconica tibiæ quoq; illius concionatoriæ in mentem uenit: quã.C.
Graccho cum populo agente præisse: ac præmonstrasse modulos fe-
runt.Sed nequaq̃ sic est:ut a uulgo dicitur canere tibia solitum: qui
pone eum loquẽtem staret:uariisq; modis tum demulcere animum:
actionemq; eius:tum intẽdere.Quid enim foret ea re ineptius? si ut
planipedi saltãti:ita Graccho concionanti numeros & modos:& fre
quentamenta quædã uaria:tibicen ĩcineret?Sed qui hoc compertius
memoriæ tradiderũt:stetisse in circũstãtibus dicũt occultius: qui fi-
stula breui:sensim grauiusculũ sonũ ĩspiraret: ad deprimẽdũ sedan
dũq; ĩpetus uocis eius.Referuescẽte nãq; ĩpulsu:& ĩstinctu extraneo
naturalis illa Gracchi uehementia ĩdiguisse nõ(opinor)existimanda
est.M.tamẽ Cicero fistulatorẽ istũ utriq; rei adhibitũ esse a graccho
putat:ut sonis tũ placidis:tũ citatis:aut demissam iacentẽq; oratio-
nem eius erigeret:aut ferociẽtẽ sæuientẽq; cohiberet.Verba ipsius Ci
ceronis apposui.Itaque idem gracchus: quod potes audire Catule ex
Licinio cliente tuo litterato homine.quem seruum ibi habuit ille ad
manum cũ eburnea solitus est habere fistula: qui staret post ipsum
occulte:quum concionaretur:peritum hominem qui inflaret celeri-
ter eum sonum:qui illum aut remissum excitaret:aut a contentione
reuocaret.Morẽ autẽ illũ ingrediendi ad tibicinum modulos prœlii
institutum esse a Lacedæmoniis Aristoteles in libris problematum
scripsit:quo manifestior fieret:exploratiorque militum securitas:&
alacritas.Nam diffidentiæ inquit & timori:cum ingressione huiusce
modi minime conuenit.& mœsti ac formidãtes ab hac tã intrepida:

& tam decora incedendi modulatione alieni sunt. Verba pauca Ari-
stotelis super ea re apposui. Διὰ τί ἐπειδὰν πολεμεῖν μέλλωσι.
πρὸς αὐλὸν ἐμβαίνωσιν. ἵνα τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦντας γιν-
ώσκωσιν. i. Quãobrem ubi commissuri prœlium sint: ad tibiæ mo
dulos congrediantur: ut timidos minus honeste agentes iudicent.

¶ Virgo Vestæ quid ætatis: & ex quali familia: & quo ritu: quibusq;
cerimoniis: ac religionibus: ac cognomine a põtifice maximo capiat.
Et quo statim iure esse incipiat: simulatq; capta est. Quodq;: ut La-
beo dicit: nec intestato cuiquã: nec eius intestatæ quisquam iure hæ-
res est. ¶ Caput duodecimum.

QVi de uirgine capienda scripserunt: quorũ diligẽtissime scripsit
Labeo Antistius: minorẽ q̃ annos. vi. maiorem q̃ annos. x. na-
tam negauerũt capi fas esse. Item quæ non sit patrima: & matrima.
Item quæ lĩgua debili: sensuue aurium dĩminuta: aliaue qua corpo-
ris labe insignita sit. Item quæ ipsa: aut cuius pater emancipatus sit:
etiam si uiuo patre in aui potestate sit. Item cuius parentes alter am-
boue seruitutem seruierunt: aut in negociis sordidis diuersant̃. Sed
eam cuius soror ad id sacerdotiũ lecta sit: excusationem mereri aiũt.
Item cuius pater flamen: aut augur: aut quindecimuir sacris faciun-
dis: aut qui septẽuir epulonum: aut salius est. Sponsæ quoq; ponti-
ficis: aut tibicinis sacrorũ filiæ uacatio a sacerdotio isto tribui solet.
Præterea Capito Atteius scriptum reliquit: neq; eius legendã filiam:
qui domicilium in Italia non haberet: & excusandã eius: qui liberos
tris non haberet. Virgo autem uestalis simul est capta: & in atrium
Vestæ deducta: & pontificibus tradita est: eo statim tẽpore sine emã
cipatione: ac sine capitis minutione: e patris potestate exit. & ius te-
stamenti faciundi adipiscitur. De more autem: rituq; capiundæ uir-
ginis litteræ quidẽ antiquiores non extant: nisi quæ capta prima est:
a Numa Rege esse captam. Sed papiam legẽ inuenimus: qua cauet̃:
ut pontificis maximi arbitratu uirgines e populo uiginti legant̃. Sor
titioq; ĩ concione ex eo numero fiat. Sed ea sortitio ex lege papia nõ
necessaria nũc uideri solet. Nã siquis honesto loco natus adeat pon.
max. atq; offerat ad sacerdotium filiam suam: cuius dũtaxat saluis
religionum obseruationibus: ratio haberi possit gratia popiliæ legis
per se ratum fit. Capi autem uirgo propterea dici uidetur: quia pon-
tificis max. manu prehẽsa: ab eo parẽte: in cuius potestate est: ueluti

bello capta abducitur. In libro primo Fabii pictoris: quæ uerba pontificem max. dicere oporteat: quum uirginem capit: scriptum est. Ea uerba hæc sunt. Sacerdotem uestalem: quæ sacra faciat: quæ iussi: & sacerdotem uestalem facere pro po. ro. quiritibus uti: quod optima lege fiat: ita te amata capio. Pleriq; autem capi uirginem solam debere putant. Sed flamines quoq; diales: item pontifices & augures capi dicebantur. L. Sylla rerum gestarum libro. ii. ita scripsit. P. Cornelius: cui primum cognomen Syllæ impositum est: flamen dialis captus. M. Cato de lusitanis: quum Ser. Galbam accusauit: eum dicit ius pontificum discere noluisse. Ego me nunc uolo ius pontificium optime scire. Iam ne ea causa pontifex capiar? Si uolo auguriū optīe tenere: ecquis ob eam rem augurem capiat? Præterea etiam in cōmentariis Labeonis: quæ ad. xii. tabulas composuit: ita scriptum est. Virgo uestalis neq; hæres est cuiq̄ intestato: neq; intestatæ quisq̄: sed bona eius in publicum redigi aiunt. Id quo iure fiat quæritur. Amata ītercapiendū a pont. max. appellatur: quoniam quæ prima capta est: hoc fuisse nomine tradita est.

¶ Quæsitum in philosophia est: quidnam foret in recepto mandato rectius id ne omnino facere: quod mandatum est: an nōnūq̄ etiā cōtra si id speres ei: qui mandauit utilius fore? Superq; ea quæstione expositæ diuersæ sententiæ. ¶ Caput. xiii.

IN officiis capiendis: censendis: iudicādisq;: quæ καθήκοντα. i. expedientia & conuenientia philosophi appellāt: quæri solet: an negocio tibi dato: & quidquid omnino faceres: definito: cōtra qd facere debeas: si eo facto uideri possit res euentura prosperius: exque utilitate eius: qui id tibi negocium mandauit. Anceps quæstio: & in utrāq; partem a prudentibus uiris arbitrata est. Sunt enim nō pauci qui sententiam suam una in parte defixerunt. & re semel statuta: deliberataq; ab eo: cuius negocium id pontificiūq; esset: nequaq̄ putauerunt contra dictum eius faciendum: etiam si repentinus aliquis casus rem cōmodius agi posse polliceretur. Ne si spes fefellisset: culpa impatientiæ: & pœna indeprecabilis subeunda esset. Si res forte melius uertisset: diis quidem gratiam habendam. Sed exemplum tamē intromissum uideretur: quo bene consulta consilia religione mādati soluta corrumperentur. Alii existimauerunt incommoda prius: quæ metuenda essent: si res gesta aliter foret: q̄ imperatum est: cum emo-

lumento ſpei penſitanda eſſe. Et ſi ea leuiora minoraq;: at utilitas cō tra grauior & amplior: ſpe quantum poteſt firma oſtenderetur: tum poſſe aduerſum mandata fieri cenſuerunt. ne oblata diuinitus rei be negerendæ occaſio amitteretur. Neq; timendum exemplum non pa rendi crediderunt: ſi rationes huiuſcemodi dūtaxat non adeſſēt. Cū primis autem reſpiciendum putauerunt ingenium naturamq; illius cui ea res præceptumq; eſſet ne ferox: durus: īdomitus inexorabiliſq; ſit: qualia fuerint poſthumiana imperia: & manliana. Nā ſi tali præ ceptori ratio reddenda ſit: nihil faciendum eſſe monuerunt aliter: q̄ præceptum eſt. Inſtructius deliberatiuſq; fore arbitramur theorema tium hoc de mandatis huiuſcemodi aſſequendis: ſi exemplū quoq; .P. Craſſi Mutiani clari: ac inclyti uiri appoſuerimus. Is Craſſus a Sē pronio Aſellione: & pleriſq; aliis hiſtoriæ romanæ ſcriptoribus tradi tur quinq; habuiſſe rerum bonarum maxima & præcipua: ꝙ eſſet di tiſſimus: ꝙ nobiliſſimus: ꝙ eloquentiſſimus: ꝙ iuriſconſultiſſimus ꝙ pont. max. Is quum in conſulatu obtineret Aſiam prouinciam: & circūſedere oppugnareq; leucas oppidum pararet. opuſq; eſſet firma ac procera trabe: quæ arietem faceret: quo muros eius oppidi quate- ret: ſcripſit ad magiſtrum ἀρχητέκτωνα molis athenienſium: ſocio- rum amicoꝝq; po. Ro. ut ex malis duobus: quos apud eos uidiſſet: uter maior eſſet: eum mittēdum curaret. Tū magiſter ἀρχητέκτων comperto: quāobrem malum deſideraret: non uti iuſſus erat: maio- rem: ſed quem eſſe magis idoneum: aptioremq; faciendo arieti: faci- lioreq; portatu exiſtimabat: minorē miſit. Craſſus eum uocari iuſſit & cum interrogaſſet: cur non quē iuſſerat miſiſſet cauſis rationibus quas dictitabat: ſpretis: ueſtimenta detrahi imperauit. uirgiſq; mul- tis cecidit. Corrumpi atq; diſſolui officium omne imperantis ratus: ſiquis ad id quod facere iuſſus eſt: non obſequio debito: ſed conſilio non deſiderato reſpondeat.

¶ Quid dixerit feceritq;. C. Fabritius magna uir gloria: magniſq; re bus geſtis: ſed familiæ pecuniæq; inops: quū ei ſānites tanq̄ īdigenti graue auꝝ donarent: plenūq; odii. ¶ Caput. xiiii.

IVlius Iginus in libro de uita: rebuſq; illuſtrium uiroꝝ ſexto: legatos dicit a ſānitibus ad. C. Fabritium imperatorem po. ro. ueniſſe: & memoratis multis: magniſq; rebus: quæ bene & beniuole poſt redditā pacē ſamnitibus feciſſet: obtuliſſe dono grādē pecuniā:

orasseq; uti acciperet: ueteretq;. Atq; id facere sānites dixisse: q̄ uiderent multa ad splendorem domus atq; uictus desieri: neq; ꝓ magnitudine dignitateq; lautum paratumq; esse. Tum Fabritium planas manus ab auribus ad oculos: & infra deīceps ad nares: & ad os: & ad gulam: atq; inde porro ad uentrem imum deduxisse: & legatis ita respondisse: dum illis oībus membris: quæ attigisset: obsistere: atq; imperare posset: nūq̄ quicq̄ defuturꝝ. Propterea pecuniā: qua sibi nihil esset usus: ab iis quibus eam sciret usui esse: non accipere.

¶ Quod importunū uitium sit futilis: inanisq; loquacitas. & q̄multis in locis a principibus utriusq; linguæ uiris detestatione iusta culpata sit. ¶ Caput decimūquintum

QVi sūt leues: & futiles: & importuni locutores: quiq; nullo reꝝ pōdere īnixi uerbis humidis: & lapsantibus defluunt. eoꝝ orationem bene existimatum est in ore nasci: nō ī pectore. Linguā autē debere aiunt non esse liberam: nec uagam: sed uinclis de pectore imo ac de corde apertis moueri: & quasi gubernari. Sic enī uideas quosdā scatere uerbis: sine ullo iudicii negocio cum securitate multa & profunda. ut loquentes pleꝝq; uideant̄: loqui sese nescire. Vlyxem contra Homerus uirum sapienti facundia præditum: uocem mittere ait non ex ore: sed ex pectore. Quo scilicet nō ad sonū magis habitūque uocis: q̄ ex sentētiarum penitus conceptarum altitudine pertineret. Petulātiæq; uerboꝝ coercendæ uallū esse oppositū dentium: luculēte dixit: ut loquendi temeritas: nō cordis tantū custodia: atq; uigilia cohibeatur: sed ex quibusdam quasi excubiis in ore positis sepiatur. Homerica de quibus suprà dixi: hæc sunt.

ἀλλ᾽ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος εἵει.

τέκνον ἐμόν ποῖον σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. idest.

Ast ubi iam magnam fundebat pectore uocem.

Dentis claustra tui uox qualis nata reliquit?

.M. Tullii quoq; uerba posui: quibus stultā & inanem dicēdi copiā grauiter & uere detestatus est. Dūmodo īquit hoc cōstet: neq; īfantiā eius: qui rem norit: sed eam explicare dicēdo non queat: neq; inscitiā illius: cui res nō suppetat: uerba non desint: esse laudandam. Quoꝝ si alteꝝ sit optandū: malim equidem indisertam prudētiam: q̄ stultam loquacitatem. Item in libro de oratore primo uerba hæc posuit. Quid enī est tā furiosum: q̄ uerboꝝ uel optimoꝝ: atq; ornatissimoꝝ

sonitus inanis:nulla subiecta sententia:nec scientia.Cũ primis auté .M.Cato atrocissimus huiuscemodi uitii insectator est.nãq; ĩ orõne quæ inscripta est.Si Celius tri.ple.appellasset. Nũq̃ inqt tacet:qué morbus tenet loquendi:tãq̃ ueternosũ uiuẽdi:atq; dormiẽdi.Quod si non conueniant:tamen conuocari iubet.Ita est cupidus orationis: ut cõducat:qui auscultet.Itaq; auditis nõ auscultatis tãq̃ pharmaco polam. Nam eius uerba audiũt: uerum ei se nemo cõmittat:si æger est.Idẽ Cato in eadẽ oratione eidem.M.Celio uilitaté obprobrãs:nõ loquendi tãtũ:uerꝝ etiã tacendi.Frusto inquit panis conduci potest: uel uti taceat:uel uti loqͭ. Neq; non merito Homerus unũ ex oĩbus Tersitam.ἀμετροεπῆ καὶ ἀκριτόμυθον:id est loquẽté sine iudicio: & mõ appellabat.uerba illius multa & ακοσμα.i.incõpta. strepẽtiũ sine modo graculoꝝ similia esse dicit.Quid.n.est aliud ἀμετροεπῆ ἐκόλωα.i.supra modum loquitans conturbabat. Eupolidis quoq; uersus de id genus hominibus:cõsignatissime factus est.λαλεῖν ἄριστος:ἀδυνατώτατος λέγειν.i.blatterare optĩus: dicere ĩeptissimus. Quod Salustius noster imitari uolés:loq̃x inqt magis: q̃ facũdus. Quapropter Hesiodus poetaꝝ prudẽtissimus linguã nõ uulgãdã: sed recondendã esse dicit:perinde ut thesauꝝ. Eiusq; esse in ꝓmẽdo gratiam plurimã:si modesta:& parca:& modulata sit.

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος.
φειδωλῆς πλείστη δὲ χάρις.κατὰ μέτρον ἰούσης.
Optimus est homini linguæ thesaurus:& ingens
Gratia:quæ parcis mensurat singula uerbis.

Epicharmium quoq; illud non inscite se habet. οὐ λέγειν δεινός. ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος.i.nõ idoneus ad dicendũ: sed ad tacẽdum impos.Ex quo profecto sumptũ est:qui quũ loqui nõ posset:tacere nõ poterat.Phauorinũ ego audiui dicere uersus istos Euripidis:ἀχαλίνων στομάτων.ἀνόμου τε ἀφροσύνας τὸ τέλος δυστυχία.i.effrenioris:& exlegis demẽtiæ extremũ ĩfœlicitas occupat. Nõ de iis tãtũ factos accipi debere:q ĩpia:aut illicita dicerét: sed uel maxĩe de hominibus quoq; posse dici stulta & ĩmodica blatterãtibus. quoꝝ lingua tã prodiga: ĩfrenisq; sit: ut fluat semp & æstuet colluuione uerboꝝ teterrima. Quod genus hoĩes a græcis significatissimo uocabulo λάλους.i.lĩguaces appellatos.Valeriũ Probũ grãmaticũ illustrẽ: ex familiari eius docto uiro cõperi Salustianũ illud: Satis loquẽtiæ:

ſapientiæ paꝝ: breui ãteq̃ uita decederet: ſic legere cœpiſſe: & ſic a Saluſtio relictũ affirmaſſe. Satis loquẽtiæ: ſapiẽtiæ paꝝ. Quod loquẽtia nouatori uerboꝝ Saluſtio maxime congrueret. Eloquentia cũ inſipientia minime cõueniret. Huiuſcemodi autem loquacitatẽ: uerborumq; turbã magnitudine inani uaſtam facetiſſimus poeta Ariſtophanes inſignibus uocabulis denotauit in his uerſibus. ανθρωπον ἀγριωπὸν αὐθαδόςομον ἔχοντα ἀχαλινόν. ἀκρατὲς. ἀπύλωτόν ςόμα περιλάλητον. κομποφακελορήμονα. i. hoĩem agreſti ferocia: ore temerario: effrenato: prodigo: petulante: loquacem: futilem: & fuſum: per uerboꝝ congeriem: ac faſtum. Neq; minus ĩſigniter ueteres quoq; noſtri: hoc genus hoĩes in uerba prouectos: locutuleios: & blatterones: & linguaces dixerunt.

Quod uerba iſtæc quadrigarii: ex annali tertio ibi: Mille hominũ occidit: nõ licentia neq; de poetaꝝ figura: ſed rõne certa: & ꝓba grãmaticæ diſciplinæ dicta ſunt. Caput. xvi.

QVadrigarius in. iii. ãnaliũ ita ſcripſit. Ibi occidit mille hoĩnũ: occidit inquit: nõ occiduntur. Item Lucilius in. iii. ſatyrarum. Ad portũ mille a porta eſt: exinde ſalernũ. mille inquit eſt: nõ mille ſunt. Varro in. xviii. rerum humanaꝝ. Ad Romuli initiũ plus mille & centũ annoꝝ eſt. Cato in prĩo originũ. Inde eſt ferme mille paſſus. M. Cicero in. vi. in Antoniũ. Ita ne ianus medius in. L. Antonii cliẽtela eſt: quis unq̃ in illo Iano ĩuentus eſt: q. L. Antonio mille nũmũ ferret expenſum? In his: atq; multis aliis mille numero ſingulari dictum eſt. Neq; hoc (ut quidam putant) uetuſtati cõceſſum eſt: aut ꝑ figuraꝝ cõcinnitatẽ admiſſum eſt: ſed ſic uidetur ratio poſcere. mille enĩ nõ pro eo ponitur: quod græce χίλιοι dicitur. Sed quod χιλιάς & ſicuti una χιλιάς: & duæ χιλιάδες: ita unum mille: & duo milia: certa atq; directa ratione dicitur. Quãobrem id quoq; recte & ꝓbabiliter dici ſolitũ: mille denarium in arca eſt. & mille equitum in exercitu eſt. Lucilius autem præterq̃ ſuperius poſui: alio quoq; in loco id manifeſtius demonſtrat. Nam in libro. xv. ita dicit.

Hunc mille paſſum qui uicerit: atq; duobus.
Campanus ſonipes ſuccuſſor nullus ſequetur.
Maiore in ſpatio ac diuerſus iubebitur ire.

Item alio libro. viii. Mille die nummum poteſt uno quærere cẽtum.
Mille paſſum dixit pro mille paſſibus. & uno mille nũmũ pro unis

mille nummis. aperteq; ostendit: mille & uocabulũ esse: & singulari numero dici. Eiusq; pluratiuum esse milia. & casum etiã capere ablatiuum: neq; cæteros casus requiri oportere. quũ sint alia pleraq; uocabula: quæ in singulos tantum casus: quædam etiam quæ in nullũ inclinentur. quapropter nihil iam dubium est: quin. M. C. in orõne quã inscripsit pro Milone: ita scriptum reliquerit. Ante fũdũ Clodii quo in fundo: propter insanas illas substructiones: facile mille hominum uersabatur ualentium: non uersabantur: quod in libris minus accuratis scriptum est. Alia enim ratione mille hominum: alia mille homines dicendum est.

Quãta cũ animi æquitate tolerauerit Socrates uxoris ĩgeniũ ĩtractabile. atq; inibi quid. M. Varro in quadam satyra: de officio mariti scripserit. Caput decimũseptimum.

XAnthippe Socratis philosophi uxor morosa admodum fuisse fert: & iurgiosa. Irarꝝq; & molestiarꝝ muliebriũ: p diẽ perq; noctem scatebat. Has eius intemperies ĩ maritũ Alcibiades demiratus: interrogauit Socratem: quæ nam ratio esset: cur mulierem tã acerbã domo non exigeret. Quoniã ĩquit Socrates: quũ illam domi talem perpetior: insuesco & exerceor: ut cæterorꝝ quoq; foris petulãtiam & iniuriã facilius feram. Secũdũ hanc sententiã quoq; Varro in satyra menippea: quam de officio mariti scripsit. Vitium ĩquit uxoris aut tollendũ: aut ferendum est. Qui tollit uitiũ uxorẽ cõmodiorem præstat: qui fert sese meliorem facit. Hæc uerba Varronis tollere: & ferre lepide quidem cõposita sunt. Sed tollere apparet dictum: pro corrigere. Id etiam apparet: eiusmodi uitium uxoris si corrigi non possit: ferendum esse: Varronem censuisse. quæ ferri scilicet a uiro honeste possunt. Vitia enim flagitiis leuiora sunt.

Quod. M. Varro in libro de rõne uocabulorꝝ primo. L. Lælium magistrꝝ suum περὶ ἐτυμολογίας nonnullorum uerborũ falsa dixisse reprehendit. quodq; idem Varro in eodem libro furis ἐτυμολογίαν falsam dicit. Caput. xviii.

IN primo de ratione uocabulorꝝ libro. M. Varro doctissimum tũc ciuitatis hominem. L. Læliũ errasse ostẽdit: ꝙ uocabulum græcũ uetus traductũ in linguã romanã pro meraco: & quasi a se primitus latine fictũ esset: resoluit in uoces latinas: ratõne etymologica falsa. Verba ipsa sup ea re Varronis posuimus. In quo Lælius noster

litteris ornatissimus memoria nostra errauit aliquotiés. Nã aliquot uerborum antiquorum græcorum: perīde atq; essent propria nostra reddidit causas falsas. Non enim leporē dicimus (ut ait) quod est leuipes. Sed quod est uocabulū antiquū græcū. Multa enim uetera illorum ignorāt quod pro iis aliis nunc uocabulis utunt. & illorum esse pleriq; ignorent græcum: quod nunc nominant ἕλληνα. Puteum esse: quod uocant φρέαρ. leporem: quod λαγωὸν dicunt. In quo nō modo Lælii ingenium non reprehēdo: sed industriam laudo. Successum enī fortuna experientiam laus sequitur. Hæc Varro in primo libro scripsit: de ratiōe uocabulorum scitissime: de usu utriusq; līguæ peritissime: de ipso Lælio clæmentissime. Sed in posteriore eiusdē libri parte dixit: Furē ex eo dictum q̄ ueteres romani: furuum atrum appellauerint. & fures per noctē: quæ atra sit: facilius furent. Nonne sic uidet Varro de fure dixisse: tanq̄ Lælius de lepore? Nā quod a græcis nūc κλέπτης: id est fur dicit: ātiquiore græca lingua φωρ est dictū. Hinc per affinitatē litterarum: quæ φωρ græce est: latine fur. Sed ea res fugerit ne tunc Varronis memoriā: an contra aptius: & cohærentius putarit: furē a furuo: id est nigro appellari: in hac re de uiro tam excellentis doctrīæ non meum iudicium est.

¶ Historia super libris sibyllinis: ac de Tarquinio superbo Rege.

¶ Caput decimūnonum.

IN antiquis annalibus memoria super libris sibyllinis hæc ꝓdita est. Anus hospita: atq; īcognita ad Tarquiniū superbū regē adiit: nouē libros ferēs: quos esse dicebat diuīa oracula. eos uelle dixit uenūdare. Tarqnius precium percōtatus est. Mulier nimiū atq; īmēsum poposcit. Rex quasi anus ætate desiperet: risit. Tum illa foculū coram eo: cum igni apposuit. tris libros ex nouem deurit. & ecq̄d reliquos sex eodē precio emere uellet: regem interrogauit. Sed enī Tarquinius id multo risit magis. dixitq; anū iam proculdubio delirare. Mulier ibidē statim tris libros alios exussit. Atq; idipsum denuo placide rogauit: tris reliquos eodē illo precio emat. Tarquinius ore iā serio: atq; attentiore aīo fit. eam constantiam cōfidentiāq; non īsuper habendā intelligit: & libros tris reliquos mercatur nihilo minore precio: q̄ quod erat petitum pro omnibus. Sed eam mulierē tūc a Tarqnio digressam: postea nusq̄ loci uisam constitit. Libri tres in sacrariū conditi sibyllini appellati. Ad eos quasi ad oraculum quindecimuiri

adeunt: quum dii īmortales publice consulendi sunt.

¶ Quid geometræ dicant græci. quibusq; oīa ista latinis uocabulis appellentur. ¶ Caput. xx.

Figurarum quæ σχήματα geometræ appellāt: genera sūt duo: planū & solidū. hæc ipsi uocāt ἐπίπεδον αἰ στερεόν. Planum est quod in duas partis solum lineas habet: qua latum est: & qua longum. q̄lia sunt triquetra: & q̄drata: quæ in area fiunt sine altitudīe. Solidū est: quando non longitudines modo: & latitudīes planas numeri linear̄ efficiunt: sed etiā extollūt altitudines. quales sunt ferme metetrianguli: q̄s pyramidas appellāt: uel qualia sunt q̄drata undiq; quæ κύβους illi: nos quadrātalia dicimus. κύβους enī est figura ex oī latere quadrata. quales sunt īquit. M. Varro tesseræ: qbus ī alueolo ludit̃ ex quo ipsæ appellatæ κύβοι. In numeris etiā similiter κύβος dicit̃: quū omne latus eiusdem numeri æqualiter in sese soluit̃. sicuti fit: quū ter terna ducunt̃. Atq; idem ipse numerus triplicat̃. huius numeri cubum Pythagoras uim habere lunaris circuli dixit. q̄ & luna orbem suū lustret septem & uiginti diebus: qui a numeris ternio: qui græce dicit̃ τριάς tantūdē efficiat in cubo ¶ Linea autē a nostris dicit̃: quā γραμμήν græci uocāt. Eā. M. Varro ita definit. Linea est inquit longitudo quædā sine latitudine & altitudine. εὐκλείδης autem breuius prætermissa altitudīe γραμμή ē inqt μῆκος ἀπλατές .i. longitudo illatabilis: quod exprimere uno latine uerbo nō queas: nisi audeas dicere illatabilis.

¶ Quod Iulius Higinus affirmatissime contēdit legisse se librū. P. Virgilii domesticum: in quo scriptum esset. Et ora Tristia tentātum sensu torquebit amaror: non quod uulgus legeret: sensu torquebit amaro. Caput. xxi.

Versus istos ex georgicis Virgilii pleriq; omnes sic legunt.
At sapor indicium faciet manifestus. & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaro.

Higinus autē non hercle ignobilis grāmaticus in cōmentariis: quæ ī Virgilium fecit: cōfirmat: & perseuerat: nō hoc a Virgilio relictum. Sed quod ipse inuenerit in libro q fuerat ex domo: atq; familia Virgilii: Et ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror. Neq; id soli Higino: sed doctis quibusdam etiā uiris cōplacitum: quoniā uidet̃ absurde dici. Sapor sensu amaro torquet: quum ipse īquiunt sapor

I

ſenſus ſit:non alium in ſemetipſo ſenſum habeat.ac perinde ſit:q̄ſi dicatur:ſenſus ſenſu amaro torquet. Sed enim cum Phauorino Higini commentarium legiſſem:atq; ei ſtatim diſplicita eſſet inſolētia & inſuauitas amaroris : Iouem lapideū inquit: quod ſanctiſſimum iuſiurandū eſt habitum:paratus ſum ego iurare: Virgiliū hoc nunq̄ ſcripſiſſe. ¶ Sed Higinum ego dicere uerū arbitror. Non enī primus finxit hoc uerbū Virgilius inſolēter:ſed ī carminibus Lucretii īuētū: nō eſt aſpernatus auctoritate poetæ ingenio & facūdia præcellentis. Verba ex quarto Lucretii hæc ſunt.

Deniq; in os ſalſi uenit humor ſæpe ſaporis:
Quum mare uerſamur propter.dilutaq; contra
Quum tuimur miſceri abſynthia:tangit amaror.

Non uerba autē ſola:ſed uerſus prope totos: & locos quoq; Lucretii plurimos ſectatum eſſe Virgilium uidemus.

¶ An q cauſas defendit:recte latineq; dicat:ſupereſſe id quod defendit:& ſupereſſe proprie quid ſit. ¶ Caput.xxii.

IRroborauit īueterauitq; falſa & aliena uerbi ſignificatio:quod dicit̄:hic illi ſupereſt:quum dicendū eſt. Aduocatū eſſe quem cuipiā:cauſamq; eius defendere. Atq; id dicitur:nō in compitis tātū neq; in plebe uulgaria:ſed in foro:ī comitio:apud tribunalia. Qui ītegre autem locuti ſunt:magnā partē ſupereſſe ita dixerūt: ut eo uerbo ſignificarēt ſupfluere:& ſuperuacare: atq; eſſe ſupra neceſſarium modum. ¶ Itaq;.M. Varro in ſatyra quæ inſcripta eſt. Neſcis quid ueſper uehat:ſuperfuiſſe dicit īmodice & ītēpeſtiue fuiſſe. Verba ex eo libro hæc ſunt. In cōuiuio legi:nec omnia debent. & ea potiſſimū quæ ſimul ſint βιωφελῆ.i.uitæ incōmoda:& delectent potius:ut id quoq; non uideat̄ ſupfuiſſe. Memini ego prætoris docti hoīs tribunali me fortaſſe aſſiſtere.atq; ibi aduocatū nō incelebrē ſic poſtulare ut quam cauſam diceret:remq; quæ agebat̄ non attingeret. Tūc prætorem ei cuia res erat:dixiſſe aduocatū eum non habere.& quū is qui uerba faciebat reclamaſſet:ego illi uir clariſſime ſuperſum:Reſpondiſſe prætorem feſtiuiter: Tu plane ſuperes:non ades.M.autem Cicero in libro qui inſcriptus eſt de iure ciuili ī artē redigēdo uerba hæc poſuit.Nec uero ſciētia iuris maioribus ſuis.Q .Helius Tubero defuit:doctrina etiā ſuperfuit. In quo loco ſuperfuit ſignificare uidet̄ ſupra fuit:& præſtitit.ſupauitq; maiores ſuos:doctrīa ſua ſupfluēti

tum & nimis abūdanti. Disciplinas enī Tubero stoicas & dialecticas percalluerat. In libro quoq; de repu. secūdo: idipsū uerbū Ciceronis nō temere transeūdū. Verba ex eo libro hæc sunt. Nō grauarer Læli: nisi & hos uelle putarē: & ipse cuperem te quoq; aliq̄ partē huius nr̄i sermonis attingere: præsertim cū heri ipse dixeris te nobis non etiam superfuturū: uerū id quidem fieri non potest: ne desis omnes te rogamus. Exquisite igit̄ & cōperte Iulius Paulus dicebat: homo ī nostra memoria doctissimus: superesse non simplici ratione dici tam latine q̄ græce. Græcos enī περιεῖναι: idest uiuere: adesse: uicisse: tā ī utraq; parte ponere: uel quod superuacaneum esset: ac nō necessarium: uel quod abundans nimis: & affluens: & exuperans. Sic quoq; nostros ueteres superesse alias dixisse: pro superfluenti & superuacuo: nec ad modūm necessario: ita ut supra posuimus Varronē dicere. Alias ita ut Cicero dixit: pro eo: quod copia quidē & facultate cæteris anteiret. tum supra modū: & largius prolyxiusq; flueret: q̄ esset satis. Qui dicit ergo se superesse ei: quem defendit: nihil istorū uult dicere: sed nescio quid aliud indictum inscitūq; dicit. Ac ne Virgilii quidē poterit auctoritate uti: qui in georgicis ita scripsit.

Primus ego in patriam mecum: modo uita supersit.

Hoc enī in loco Virgilius ἢ ἀκυρότερον. i. minus proprie uerbo usus uidet̄: quod supsit dixit: pro lōginquius diutiusq; adsit. Illud cōtra eiusdem Virgilii est aliq̄to probabilius.

Florentisq; secant herbas. fluuiosq; ministrant:
Farraq;: ne blando nequeant superesse labori.

Significat enī supra laborē esse: neq; opprimi a labore. An autē supesse dixerint ueteres pro restare: & pficiendæ rei deesse quærebamus. Nā Salustius in significatione ista non superesse: sed superare dicit. Verba eius in Iugurtha. Is plerūq; a rege exercitum ductare: & oīs res exeq solitus erat: quæ Iugurthæ fesso: aut maioribus astricto supauerant. Sed īuenimus in. iii. Ennii annaliū in hoc uersu.

Inde sibi memorat unū supesse laborē. Id est reliquū esse & restare. Quod quia. i. diuise pronūtiādū est: ut non una pars orōnis esse uideatur: sed duæ. Cicero autem in. ii. antonianarū. quod est reliquum nō supesse: sed restare dicit. ¶ Præter hæc supesse īuenimus dictū p superstitē esse. Ita enī scriptū ē ī libro Epistolarū. M. Ciceronis ad. L. Plancum: & in epistola. M. Asinii Pollionis ad Ciceronē uerbis his.

Nã neq; deesse reipu. uolo: neq; supesse. Per quod significat: si resp. emoriat: & peat: nolle se uiuere. In Plauti autẽ asinaria manifestius id ipsum scriptũ est in his uerbis: quæ sũt eius comœdiæ pria. Sicut tuũ uis unicũ gnatũ tuæ superesse uitæ hospitẽ & supstitẽ. Cauenda igit est nõ ĩproprietas sola uerbi: sed etiã prauitas oĩs: siqs se nunc senior aduocatus adolescenti superesse dicat.

Quis fuerit Papyrius prætextatus: quæue istius causa cognomẽti sit. historiaq; ista oĩs super eodem Papyrio cognitu iucunda.

Caput. xxiii.

Historia de Papyrio prætextato dicta: scripta est a. M. Catone in orõne: q̃ usus est ad milites cõtra Galbã: cũ multa qdẽ uenustate atq; luce: ac mũdicia uerboꝝ. Ea Catonis uerba: huic ꝓrsus cõmentario ĩdidissẽ: si libri copia fuisset id tẽporis: quũ hæc dictaui. Quod si non uirtutes dignitatesq; uerboꝝ: sed rẽ ipsam scire quæris: res ferme ad hunc modum est. Mos antea senatoribns romæ fuit: in curia cũ prætextatis filiis introire. Tunc quidẽ in senatu res maior quæpiã consultata: eoq; in diem posteꝝ prolata est. Placuitq; ut eã rẽ super q̃ tractauissent: neqs enuntiaret: priusq̃ decreta esset. Mater Papyrii pueri: qui cũ parẽte suo in curia fuerat: percõtata est filium: quidnã in senatu patres egissent. Puer respõdit tacendum esse: neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior secretũ rei: & silentium pueri. animum eius ad inquirendum euerberat. Quærit igit cõpressius uiolẽtiusq;. Tum puer matre urgente: lepidi: atq; festiui mendacii consilium capit. actum ĩ senatu dicit: utrum uideretur utilius: exq; repu. esse: unus ne ut duas uxores hẽret: an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ut audiuit: animus compauescit. domo trepidãs egreditur. ad cæteras matronas peruenit. Ad senatum postridie matrũfamilias caterua lachrymãtes: atq; obsecrãtes orãt: una potius ut duobus nupta fieret: q̃ ut uni duæ. Senatores ingredientes in curiã: quæ illa mulieꝝ intemperies: & quid sibi postulatio illa uellet: mirabantur. Puer Papyrius in medium curiæ progressus: quid mater audire institisset: quid ipse matri dixisset: rẽ sicuti fuerat denarrat. Senatus fidẽ: atq; ingenium pueri exosculatur. Consultum facit: uti posthac pueri cũ parentibus in curiã ne introeant: nisi ille unus Papyrius. Atq; puero postea cognomẽtum honoris gratia inditum. Prætextatus ob tacẽdi

loquendiq; in ætate prætextata prudētiam.

¶ Tria epigrammata trium ueterū poetaꝝ: Neuii: Plauti: Pacuuii: quæ facta ab ipsis: eoꝝ sepulchris incisa sunt. ¶ Caput. xxiiii.

TRium poetaꝝ illustriū epigrammata Cn. Neuii: Plauti. M. Pacuuii: quæ ipsi fecerunt: & incidēda suo sepulchro reliquerūt: nobilitatis eoꝝ gratia: ac uenustatis: scribenda in his cōmentariis esse duxi. Epigramma Neuii plenum superbiæ campanæ. quod testimonium esse iustum potuisset: nisi ab ipso dictum esset.

Immortales mortales si foret fas flere:
Flerent diuæ camenæ Neuium poetam.
Itaq; postq̄ est orchio traditus thesauro:
Obliti sunt Romæ lingua latina loquier.

¶ Epigrāma Plauti: quod dubitassemus an Plauti foret: nisi a. M. Varrone positum esset in libro de poetis primo.

Postq̄ est morte captus Plautus:
Comœdia luget: scæna est deserta.
Deinde risus: ludus: iocusq;: & numeri:
Innumeri simul omnes collachrymarunt.

¶ Epigramma Pacuuii uerecundissimum: & purissimū: dignumq; eius elegantissima grauitate.

Adolescens tametsi properas: hoc te saxum rogat:
Vt se aspicias. deinde quod scriptum est legas.
Hic sunt poete Pacuuii marci sita ossa.
Hoc uolebam nescius ne esses. Vale.

¶ Quibus uerbis. M. Varro īducias definierit. quæsitumq; inibi curiosius: quænā ratio sit uocabuli induciaꝝ. ¶ Caput. xxv.

QVobus modis. M. Varro in libro humanaꝝ: qui est de bello & pace: īduciæ quid sint definit. Induciæ īquit sunt pax castrēsis paucoꝝ dierum. Item alio in loco. Induciæ īqt sunt belli feriæ. Sed lepide magis atq; iucūdæ breuitatis: utraq; definitio: q̄ plena aut ꝓbabilis esse uidetur. Nā neq; pax est induciæ. bellū enī manet. pugna cessat. Neq; in solis castris: neq; paucorum tantum dierum induciæ sunt. Quid. n. dicemus si īduciis in mēsiū aliquot factis: castris cōcedat: nōne tū quoq; īduciæ sunt? Aut rursus quid esse id dicemus: quod ī primo annalium quadrigarii scriptum est. C. Pontium samnitem a dictatore romano sex horarū inducias poctulasse: si induciæ paucoꝝ

tãtũ dierꝫ appellãdæ sunt. Belli auté ferias festiue magis dixit: q̃ apte atq; definite. Græci auté significãtius cõsignãtiusq; cessationẽ istam pugnæ pacticiam ἐκεχειρίαν. i. a manibus tẽperationẽ dixerũt. excem pta una littera sonitus uastioris: & subiuncta lenioris. Nam quod eo tempore non pugnetur: & manus cohibeãt᷑. ἐκεχειρίαν. i. ĩducias ab abstinendis manibus appellarunt. Sed profecto non id fuit Varroni negocium: ut inducias supstitiose definiret: & legibus: rationibusq; omnibus definitionum ĩseruiret. Satis enim uisum est: eiusmodi fa/cere demonstrationem. Quod genus græci τύπους. i. forma magis & ὑπογραφάς. i. descriptiones: q̃ ὁρισμούς. i. definitiones uocant. Induciarum autem uocabulum: qua sit ratione factum: iam diu est qꝫ quærimus. Sed ex multis quæ iam audiuimus uel legimus: proba bilius id: quod dicam: uidetur. Inducias sic dictas arbitramur: quasi tu dicas inducianſam. Pactum induciarum eiusmodi est: ut in diem certum non pugnetur: nihilq; incommodi detur: sed ex eo die postea uti iam omnia belli iure agantur. Quod dicitur dies certus præfini tus: pactumq; fit: ut ante eum diem ne pugnetur. atq; is dies ubi ue/nit: inde uti iam pugnetur. Idcirco ex iis quibus dixi: uocibus quasi p quẽdã coitum & copulã: nomen induciarꝫ connexũ est. Aurelius au/tem Opilius primo librorum: quos musarum inscripsit. Induciæ in/quit dicuntur: quum hostes inter sese utrinq; ultro citroq; alteri ad alteros impune: & sine pugna ineunt. Inde ab eo inquit nomen esse factum uidetur: quasi initus atq; introitus. Hoc ab Aurelio scriptũ propterea non præterii: ne cui harum noctiũ æmulo: eo tantum no/mine elegantius id uideretur: tanquam id nos originem uerbi requi/rentes fugisset.

¶ Quẽ in modũ mihi Taurus philosophus responderit pcõtanti: an sapiens irasceretur. ¶ Caput. xxvi.

INterrogaui ĩ diatriba Taurũ: an sapiens irasceretur. Dabat. n. sæpe post quotidianas lectiões: quærendi: quod quis uellet po testatẽ. Is cũ grauiter & copiose: de morbo affectuue iræ diseruisset: quæ & in ueterũ libris: & in ipsius cõmentariis exposita sũt: cõuertit̃ ad me q interrogauerã. Et hæc ego inquit super irascẽdo sentio. Sed quid & Plutarchus noster uir doctissimus: & prudẽtissimus senserit non ab re est: ut id quoq; audias. Plutarchus ĩquit seruo suo nequã homini: & cõtumaci: sed libris disputatiõibusq; philosophiæ aures

ĩbutas habẽti: tunicã detrahi: ob nescio quod delictũ: cædiq; eũ loro iussit. cœperat uerberari: & obloquebat᷑: non meruisse: ut uapulet. nihil mali: nihil sceleris admisisse. Postremo uociferari interuapulãdũ incipit: neq; iã querimonias aut gemitus eiulatusq; facere: sed uerba seria & obiurgatoria. Nõ ita esse Plutarchum: ut diceret philosophũ irasci turpe esse. sæpe eũ de malo iræ disertauisse. librum quoq; περὶ ἀοργησίας. i. de nõ irascendo uel irascibilitate pulcherrimũ cõscripsisse. Is omnibus: quæ in eo libro scripta sũt: nequaq̃ cõuenire: q̃ ꝓuolutus: effususq; in iram plurimis se plagis mulctaret. Tũ Plutarchus lente & leniter: qd autẽ inqt uerbero: nũc ego tibi irasci uideor? ex uultu ne meo: an ex uoce: an ex colore: an etiã ex uerbis correptum esse me ira intelligis? Mihi quidẽ neq; oculi (opinor) truces sunt: neq; os turbidũ. neq; ĩmaniter clamo: neq; ĩ spumã: roboreue efferuesco. Neq; pudẽda dico: aut pœnitẽda: neq; omnino trepido ira & gestio. hæc enĩ oĩa si ignoras: signa esse iraꝝ solẽt: & simul ad eũ q cedebat: cõuersus: ĩterim iq̃t: dũ ego atq; hic disputamus: hoc tu age. Sũma autẽ totius sentẽtiæ Tauri hæc fuit. nõ idẽ eẽ existimaui: ἀοργησίαν καὶ ἀναγησίαν. i. inirascentiã & indolẽtiã. Aliudq; esse nõ iracũdũ animũ: aliud ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθητον. i. hebetẽ ac stupẽtẽ. Nã alioꝝ oĩum quos latini philosophi affectus uel affectões græci πάθη appellant: ita huius quoq; motus animi: qui cũ est ulciscẽdi causa senior: ira dicit᷑: nõ priuationẽ esse utilẽ censuit: quã græci στέρησιν dicunt: sed mediocritatem: quã μετριότητα illi appellant.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SECVNDVS.

Nter labores uoluntarios: & exercitia corporis ad fortuitas patientiæ uices firmamentum id quoq; accepimus Socratẽ facere insueuisse. stare solitus Socrates dicitur ꝑtinaci statu perdius: atq; pernox a summo lucis ortu ad solẽ alteꝝ oriẽtẽ incõniuẽs: immobilis: iisdem in uestigiis: & ore atq; oculis eũdẽ in locũ directis cogitabundus: tanq̃ quodã secessu mẽtis: atq; animi facto a corpore. Quã rem cũ Phauorinus de fortitudĩe eius uiri: ut pleraq; disserẽs attigisset πολλάκις. i. sæpenũero inqt ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον εἱστήκει ἀστραβέστερος

τῶν ὡρέμνον .i.de sole ad solem erectior stipitibus arborū steterat. Téperantia quoq; eū fuisse tanta traditū est: ut omnia fere uitæ suæ tempora ualitudine inoffensa uixerit. In illius etiam pestilentiæ uastitate: quæ in bello peloponnesiaco imprime ipsam atheniensiū ciuitatem internecino genere morbi depopulata est: is parcendi: mode rādiq; ratiōibus dicit: & a uoluptatū labe cauisse: & salubritates corporis retinuisse: ut nequaq̄ fuerit cōmuni omniū cladi obnoxius.

Quæ ratio obseruatioq; officiorū esse debeat inter patres: filiosq; in discumbendo sedendoq;. atq; in id genus rebus: domi forisq;.

Caput secundum.

AD philosophū Taurū athenas: uisēdi cognoscēdiq; eius gratia: uenerat uir clarissimus: præses cretæ prouinciæ. & cū eo simul eiusdē præsidis pater. Taurus sectatoribus cōmodū dimissis sedebat pro cubiculi sui foribus. & cum assistentibus nobis sermocinabatur: Introiuit prouinciæ præses: & cū eo pater. Assurrexit placide Taurus. & post mutuā salutationem resedit. Allata mox una sella est: quæ in prōptu erat: atq; dū aliæ ꝑmebātur: apposita est. Inuitauit Taurus patrē præsidis ut sederet. Atq; ille ait: sedeat hic potius: q̄ po. ro. magistratus est. Absq; præiudicio inquit Taurus tu interea sede: quum inspicimus quærimusq; utrū conueniat te ne potius sedere: qui pater es: an filium: qui magistratus est? Et cū pater assedisset: appositūq; esset aliud filio quoq; eius sedile: uerba super ea re Taurus facit: cum sūma dii boni: honorū atq; officiorū perpēsatione. Eorū uerborū sententia hæc fuit. In publicis locis atq; muneribus: atq; actionibus patrū iura: cum filiorū qui in magistratu sunt: potestatibus collata interquiescere paululum & conniuere. Sed quum extra rempub. in domestica re: atq; uita sedeatur: ambuletur: in conuiuio quoq; familiari discūbatur: tum inter filium magistratum: & patrem priuatum publicos honores cessare: naturales & genuinos exoriri. hoc igit̄ inq̄t: ꝙ ad me uenistis: ꝙ colloq̄mur nūc: ꝙ de officiis disceptamus: priuata actio ē. Itaq; utere apud me iis honoribus prior: q̄bus domi quoq; uestræ te uti priorē decet. Hæc atq; alia in eādē sentētiā Taurus grauiter simul & comiter disseruit. Quid autē super huiuscemodi pr̄is atq; filii officio: apud Claudiū legerimus: nō esse ab re uisū est: ut adscriberemus. Posuimus igit̄ uerba ipsa quadrigarii ex annali eius. vi. transcripta. Deīde facti cōsules Sempronius Gracchus iterū. Q. Fabius

Maximus filius eius: qui priore anno erat consul. ei consuli pater pconsul obuiam in equo uehens uenit. Neq; descendere uoluit: q pater erat. & q inter eos sciebant maxima concordia conuenire: lictores nõ ausi sũt descẽdere iubere. Vbi iuxta uenit: tũ consul ait discẽdere iube. quod posteaq̃ lictor ille qui apparebat: cito intellexit: Maximũ proconsulem descendere iussit. Fabius imperio paret. & filiũ collaudauit: quum imperiũ: quod populi ess&: retineret.

Qua ratione uerbis quibusdam uocabulisq; ueteres īmiserunt. h. litteræ spiritum. Caput. iii.

H Littera: siue illã spiritũ magis q̃ litterã dici oportet: inserebant eam ueteres nr̃i plerisq; uocibus uerbo4 firmãdis roborãdisq; ut sonus ea4 esset uiridior: uegetiorq;. Atq; id uidet̃ fecisse studio & exẽplo linguæ atticæ. satis notum est atticos ιχθυν ιρον. i. piscẽ pauperem. multa itidem alia: citra morẽ gentiũ græciæ cætera4 īspirãtis primæ litteræ dixisse. Sic lachrymas: sic sepulchrũ: sic ahenũ: sic uehemens: sic inchoare: sic helluari: sic hallucinari: sic honera: sic honustum dixerunt. In his uerbis oĩbus: litteræ seu spiritus istius: nulla ratio uisa est: nisi ut firmitas & uigor uocis: quasi q̃busdã neruis additis intenderet̃. Sed quoniã aheni quoq; exẽplo usi fuimus: uenit nobis in memoriã: Fidum optatum multi nominis romæ grãmaticum ostendisse mihi librum æneidos secundũ: mirãdæ uetustatis: emptũ in sigillariis. xx. aureis: quẽ ipsius Virgilii fuisse credebat: in quo duo isti uersus quum ita scripti forent. Vestibulum ante ipsum: primoq; in limine Pyrrhus Exultat telis: & luce coruscus aena: additam supra uidimus. h. litteram: & ahena factum. Sic in illo quoq; Virgilii uersu in optimis libris scriptum inuenimus. Aut foliis undã tepidi despumat aheni.

Quam ob causam. C. Bassus genus quoddã iudicii diuinationẽ appellari scripsit. Et quã aliã causam esse eius uocabuli dixerunt.

Caput quartum.

CVum de cõstituẽdo accusatore quærit̃: iudiciumq; super ea re redditur: cui nam potissimũ ex duobus pluribusue accusatio: subscriptioue in reũ permittat̃. ea res atq; iudicũ cognitio: diuinatio appellatur. Id uocabulũ quam ob causam ita factum sit: quæri sol& . C. Bassus ĩ tertio libro4: quos de origine uocabulorum composuit: Diuinatio inquit iudiciũ appellatur: quoniam diuĩare quodãmodo

iudicem oport&:quam sentētiam sese ferre par sit. Nimis quidē est ī uerbis. C. Bassi ratio īperfecta:uel magis inops & ieiuna. Sed uidet eum significare uelle:iccirco dici diuinationem: ꝙ in aliis qdē causis iudex ea quæ didicit:quæq; argumentis uel testibus demōstrata sūt sequi solet. In hac autem re:quū eligendus accusator est: parua admodum:& exilia sunt:quibus moueri iudex possit: & propterea quinā magis ad accusandū idoneus sit:quasi diuinādū est. Hæc Bassus. Sed alii quidā diuinationem esse appellatam putant:quoniam cum accusator & reus duæ res quasi cognatæ:cōiunctæq; sint:neq; una sine altera constare possit:in hoc tamen genere causæ reus quidē iā est: sed accusator nōdū est. & iccirco quod adhucusq; deest:& latet:diuinatione supplendū est:quisnā accusator sit futurus.

¶ Quā lepide designateq; dixerit Phauorinus philosophus : quid iter sit inter Platonis & Lysiæ orationem. Caput. v.

Phauorinus de Lysia & Platone solitus est dicere:si ex Platonis inqt orōne uerbū aliquod demas:mutesue:atq; id cōmodissime facias:de elegātia tamē detraxeris:si ex Lysiæ de sententia.

¶ Quibus uerbis ignauiter & abiecte Virgilius usus eē dicat. & qd iis qui īprobe dicunt:respondeat. ¶ Caput. vi.

Nonnulli grāmatici ætatis supioris:ī qbus est Cornutus Anneus:haud sane īdocti : neq; ignobiles q cōmentaria in Virgiliū cōposuerūt:reprehēdūt:quasi īcuriose & abiecte uerbū positū in his uersibus.

Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates. & gurgite in alto.
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis:

Vexasse. n. putāt uerbū esse leue: & tenuis ac pui īcōmodi. nec tantæ atrocitati cōgruere:quū hoīes repēte a belua īmanissima rapti:laniatiq; sit. Itē aliud huiuscemōi reprehēdūt. Oīa iā uulgata. qs aut eurystea dur:Aut illaudati nescit busyridis aras: Illaudati parū idoneū uerbū eē dicūt:neq; id satis eē ad faciēdā scelerati hoīs detestationē: q ꝙ hospites oīū gētiū īmolare solitus fuit:nō laude īdignus: sed detractiōe execratiōeq; totius generis hūani dignus esset. Itē aliud uerbū culpauerūt. Per tunicā squalētē auro latus haurit aptū. tanq̄ nō cōuenerit dicere:auro squalentem:quoniā nitoribus: splēdoribusq; auri squaloris illuuies sit cōtraria. Sed de uerbo uexasse ita respōderi

poſſe credo:uexaſſe graue uerbum eſt. Factumq; ab eo uidet᷑: quod eſt uehere:in quo eſt iam uis quædam alieni arbitrii. Non enim ſui potens eſt qui uehitur. Vexare autem:quod ex eo inclinatum eſt: ui atq; motu diſtrahit᷑:is uexari proprie dicit᷑.ſicuti taxare preſſius:cre/ briuſq; eſt:q̄ tangere:unde procul dubio id inclinatum eſt.& iactare multo fuſius:larg uſq; eſt:q̄ iacere: id unde uerbum traductum eſt. Et quaſſare:q̄ quatere grauius uiolentiuſq; eſt. Non igitur quia uul go dici ſolet:uexatum eſſe quem fumo:aut uento:aut puluere: pro/ pterea debet uis uera:atq; natura uerbi deperire:quæ a ueteribus:qui proprie ac ſignate locuti ſunt:ita ut decuit cōſeruata eſt.M.Catonis uerba ſunt ex oratione:quam de achæis ſcripſit. Cūq; Annibal terrā Italiam laceraret:atq; uexaret.uexatam Italiam dixit Cato ab Anni/ bale:quando nullum calamitatis:aut ſæuitiæ: aut īmanitatis genus reperiri queat:quod in eo tempore Italia non perpeſſa ſit.M. Tullii in Verrem:quæ ab iſto ſic ſpoliata atq; direpta eſt:ut nō ab hoſte ali quo:qui tamen in bello religionem & conſuetudinis iura retinet:ſed ut a barbaris prædōibus uexata eſſe uideat᷑. ¶ De illaudato autē duo uidentur reſponderi poſſe. Vnum eſt eiuſmodi:nemo quiſq̄ tā effe/ ris eſt moribus:quin faciat:aut dicat nonnūquā aliqd:quod laudari queat.unde hic antiquiſſimus uerſus:uice ꝓuerbii celebratus eſt.

ϖολλάκι καὶ κηϖωρος ἀνὴρ μάλα καίριον εἶϖεν. ideſt.

Sæpe etiam eſt olitor ualde opportuna locutus.

Sed enim qui omni in re:atq; omni tempore laude omni uacat:is il/ laudatus eſt.Iſq; omnium peſſimus deterrimuſq; eſt. Sicuti omnis culpæ priuatio:inculpatum facit.Inculpatus autem inſtar eſt abſo/ lutæ uirtutis.Illaudatus quoq; finis eſt extremæ maliciæ. Itaq; Ho/ merus non uirtutibus appellandis:ſed uitiis detrahendis laudare am pliter ſol&.hoc enim eſt ηὺδαμάντις ἀμύμων. Ετῶ δοὺκ ακόντε ϖετέσθην.id eſt fari inculpabilis auſpex:& illa aut īuita uolarūt. Et item illud.

ἔνθοὐκαν ὑβρίζοντα ἴδοις ἀγαμέμνονα δῖον.

οὐδὲ καταϖτώσσοντοῦ δοὺκ ἐθέλοντα μάχεσθαι.id eſt:

Tunc neq; cernere erat torpentem agamemnona diuum.

Nec pauidum:uel nolentem decernere ferro.

Epicurus quoq; ſimili modo maximam uoluptatem: detractionem priuationeq; oīs doloris definiuit: his uerbis. ὅρος τοῦ ἀλγοῦντος

ὑπεξαίρεσις. id est hæc est definitio doloris detractio. Eadē ratōe idē Virgilius īamabilē dixit stygiam paludem. Nā sicut illaudatū κατα: id est secūdum laudis στέρησιν: id est priuationē: ita inamabilē κατα amoris στέρησιν detestatus est. Altero modo illaudatus ita defendit᷑. laudare significat prisca lingua noīare: appellareqꝫ. sic in actionibus autē ciuilibus laudari id dicitur: quod est nominatius. Illaudatus. n. est quasi illaudabilis: q̄ neqꝫ mētione aut memoria ulla dignus: neqꝫ unq̄ nominādus est. Sicuti quondā a cōmuni cōsilio asiæ decretum est: uti nomē eius: qui templū Dianæ ephesi incenderat: neqꝫ ullo ī tēpore nominaret. ¶ Tertiū restat ex iis: quæ reprehensa sunt: q̄ tunicam squalentē auro dixit. Id autem significat copiā densitatemqꝫ auri in squamarꝫ speciem intexti. Squalere enī dictū est a squamarū crebritate: asperitateqꝫ: quæ in serpētū pisciūqꝫ coriis uisunt᷑. Quā rem & alii: & hic quidē poeta locis aliquot demonstrat. Quē pellis ī quit ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat. Et alio loco:

Iamqꝫ adeo rutilum thoraca indutus ahenis

Horrebat squamis. Accius ī pelopidis ita scribit. Eius serpētis sq̄mæ squalido auro: & purpura prætextæ. Quicq̄d igit᷑ nimis inculcatum obsitūqꝫ aliqua re erat: & incuteret uisentibus facie noua horrorē: id squalere dicebat᷑. Sic in corporibus īcultis squamosisqꝫ alta congerie sordiū: squalor appellabat᷑. Cuius significatōis multo assiduoqꝫ usu totum id uerbum ita cōtaminatū est: ut iā squalor de re alia nulla: q̄ de solis inqnamentis dici cœperit.

¶ De officio erga parentes liberorꝫ. deqꝫ ea re ex philosophiæ libris: ī quibus scriptū quæsitūqꝫ est: an semper in omnibus patris iussis obsequendum sit. ¶ Caput. vii.

Quæri solitum est in philosophorꝫ disceptatiōibus: an semper inqꝫ omnibus iussis patri parendū sit? Super ea re græci: nr̄iqꝫ q̄ de officiis scripserūt: tres sentētias esse: quæ spectādæ cōsiderādæqꝫ sint: tradiderūt. easqꝫ subtilissime diiudicauerūt. Earꝫ una est: oībus quæ pater imperat parēdū. Altera est: in quibusdā parēdū: q̄busdam nō obsequēdū. Tertia est: nihil necessū esse patri obsequi: & parere. Hæc sentētia quoniā primore aspectu nimis īfamis est: sup ea prius quæ dicta sunt: dicemus. Aut recte īquiūt īperat pater: aut perperā. Si recte imperat: nō quia īperat: parēdū: sed quoniā id fieri ius est: faciēdū est. Si pperā: nequaq̄ scilicet faciēdū: quod nō fieri oportet.

Deinde ita concludunt. nequaq̄ est igitur patri parendū: quæ imperat. Sed neq; istā sententiā probari accepimus. Argutiola q̄ppe hæc: sicuti mox ostendemus: friuola & inanis est. Neq; autē illa quā prīo in loco diximus: uera & proba uideri potest: oīa esse quæ pater iusserit: parendū. Quid enī si proditionē patriæ: si matris necem: si alia quædā imperarit turpia: aut impia. ¶ Media igit̄ sententia optima: atq; tutissima uisa est. Quædā esse parēdū: quædā nō obsequēdū. Sed ea tamen: quæ obsequi non oportet: leniter & uerecūde: ac sine detestatione nimia: sineq; obprobratione acerba reprehēsionis declinanda sensim: & relinquenda esse dicunt: q̄ respuenda. Cōclusio uero illa: qua colligit̄ sicuti supra dictū est: nihil patri parendū: imperfecta est. Refutariq; ac dilui sic potest. Oīa quæ in rebus humanis fiunt: sicuti docti censuerunt aut honesta sunt: aut turpia. Quæ sua ui recta: aut honesta sunt: ut fidē colere: ut patriā defendere: ut amicos diligere: ea fieri oportet: siue īperet pater: siue nō īperet. Sed quæ his contraria: quæq; turpia & omnino iniqua sunt: ea ne si imperet quidē. Quæ uero in medio sunt: & a græcis tum ἀδιάφορα: id est īdifferentia: tum μέσα: id est media appellant̄: ut in militiam ire: rus colere: honores capessere: causas defendere: uxorē ducere: uti iussum proficisci: ut accersitū uenire: quoniam & hæc: & his similia per sese ipsa neq; honesta sunt: neq; turpia: sed perinde ut a nobis agūt̄: ita ipsis actionibus: aut probāda fiūt: aut reprehēdēda. propterea in huiusmodi omniū rer̄ generibus patri parendū esse censent: ueluti si uxorem ducere imperet: aut causas pro reis dicere. quod enim utr̄q; in genere ipso: per sese neq; honestū: neq; turpe est: iccirco si pater iubeat obsequēdū est. Quid enim si imperet uxorem ducere infamē: propudiosam: criminosam: Aut pro reo Catilina aliquo: aut. C. Bibulo: aut. P. Clodio causam dicere: nō scilicet parendū: quoniā accedēte aliquo turpitudīs numero desinūt esse per sese hæc media: atq; īdifferentia. Nō ergo integra est propositio dicenda. aut honesta sūt quæ imperat pater: aut turpia. Neq; ὑγιὲς νόμιμον διεζευγμένον .i. sanū legitimū disiunctū uideri potest. deest enim disiunctiōi isti tertiū: aut neq; honesta sunt: neq; turpia. quod si additur: potest ita concludi: nōnunq̄ est igitur patri parendum.

¶ Quod par̄ æqua reprehensio Epicuri a Plutarcho peracta sit in syllogismi disciplina. ¶ Caput. viii.

PLutarchus secundo librorum: quos de Homero cōposuit: īpfecte atq; præpostere: atq; inscite syllogismo esse usū Epicurum dicit. Verbaq; ipsa Epicuri ponit ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ. τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. id est mors nihil ad nos: Nā dissolutū non sentit. quod autem non sentit nihil ad nos. Nā prætermisit inqt quod ī prima parte sumere debuit ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. i. mors aīæ & corporis dissolutio. Tum deinde eodem ipso: quod omiserat: quasi posito cō cessoq;: ad cōfirmādū aliud utit̄. Progredi autē hic inqt syllogismus nisi illo prius posito nō potest. Vere hoc qdē Plutarchus de forma & ordine syllogismi scripsit. Nā si ut ī disciplinis tradit̄: ita colligere & ratiocīari uelis: sic dici oportet. ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. τὸ δὲ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. i. Mors animæ corporisq; est dissolutio. dissolutū autē nō sētit. quod uero nō sentit: nihil ad nos. Sed Epicurus cuiusmodi homo est nō inscitia uidetur partem illam syllogismi prætermisisse. Neq; id ei negocium fuit: syllogismum tanq̄ ī scholis philosophorum cum numeris omnibus: & cū suis finibus dicere. Enim profecto qa separatio aīæ & corporis in morte euidens est: non est ratus necessariam esse eius admonitionem: quod omnibus prorsus erat obuium. sicuti etiam q̄ conclusionem syllogismi non in fine posuit: sed ī principio. Nam id quoq; non imperite factū: quis non uidet? Apud Platonem quoq; multis in locis reperias syllogismos repudiato cōcisoq; ordine isto: qui in docendo traditur: cum eleganti quadā reprehēsionis contentione positos esse.

¶ Quod idem Plutarchus euidenti calūnia uerbum ab Epicuro dictum insectatus sit. ¶ Caput. ix.

IN eodem libro idē Plutarchus eūdem Epicurū reprehendit: q̄ uerbo usus sit parum proprio & alienæ significationis. Ita. n. scripsit Epicurus. ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. i. definitio magnitudinis uoluptatū: oīs doloris sublatio. Non inquit παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος. i. oīs dolētis: sed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ. i. omnis rei anxiæ: & tristis dicere oportuit: Detractio enim significanda est doloris inquit: non dolētis. Nimis minute ac prope etiam subfrigide Plutarchus in Epicuro accusā do λέξεις τηρεῖ. i. dictiões rimatur. has enim curas uocū: uerborūq;

elegantias: non modo nõ sectatˀ Epicurus: sed etiam insectatur.

Quid sint fauissæ capitolinæ. & quid super eo uerbo. M. Varro Ser. Sulpitio quærenti rescripserit.

Caput. x.

Eruius sulpitius iuris ciuilis auctor: uir bene litteratus: scripsit ad. M. Varronẽ: rogauitq; ut rescriberet: qd significaret uerbũ quod in cẽsoriis libris scriptũ esset. Id erat uerbũ fauissæ capitolinæ. Varro rescripsit: ĩ memoria sibi esse: q̃. Q. Catulus curator restituẽdi capitolii dixisset: uoluisse se aream capitolinã deprimere: ut pluribus gradibus ĩ eãdẽ cõscẽderetˀ. Suggestusq; pro fastigii magnitudĩe altior fieret. sed facere id nõ quiuisse: quoniã fauissæ impedissent. Id esse cellas quasdã & cisternas: quæ in area sub terra essent: ubi repõi solerẽt signa uetera: quæ ex eo tẽplo collapsa essent. & alia quædã religiose donariis cõsecrata. At deinde eadẽ epistola negat quidẽ se ĩ litteris inuenisse: cur fauissæ dictæ sint. Sed Quintum Valerium Soranum solitũ dicere ait: quos thesauros græco nomine appellaremus: priscos latinos flauissas dixisse: q̃ in eas non rude æs: argentũq;: sed flata signataq; pecunia conderetur. Coniectare igitur se detractatam esse: ex eo uerbo secundam litteram: & fauissas esse dictas cellas q̃sdã & specus: quibus æditui capitolini uterentur ad custodiendas res ueteres religiosas.

De Sicinio dentato egregio bellatore multa memoratu digna.

Caput. xi.

.Sicinium dẽtatũ: qui tri. ple. fuit. Sp. Tarpeio. Au. Thermo consulibus: scriptũ est ĩ libris annaliũ: plusq̃ credi debeat: strenuum bellatorem fuisse. Nomenq; ei factũ ob ingentẽ fortitudinẽ: appellatumq; esse Achillem romanũ. Is pugnasse in hostẽ dicitˀ cẽtũ &. xx. præliis. Cicatricẽ auersam nullã: aduersas quinq; &. xl. tulisse. Coronis eẽ donatus aureis octo. Obsidionali una. Muralibus tribus Ciuicis. xiiii. Torquibus tribus &. lxxx. Armillis plus cẽtũ. lx. Hastis duode. xx. Phaleris itẽ donatus est. Quinqesuiciesq; populi militaria habuitˀ multiiuga. in his prouocatoria pleraq;. Triũphauit cum ĩperatoribus suis triumphos nouem.

Considerata perpensaq; lex quædam Solonis speciẽ habens priorẽ iniquæ iniustæq; legis: sed ad usum & emolumentũ salubritatis penitus repertam.

Caput. xii.

IN legibus Solonis illis ãtiqſſimis: quæ athenis axibus ligneis ĩcisæ ſunt. q̃ſq; latas ab eo athenienſes: ut ſempiterne manerẽt: pœnis & religionibus ſanxerunt: legẽ eſſe Ariſtoteles refert ſcriptã ad hanc ſentẽtiã. Si ob diſcordiã diſſenſioneq; ſeditio: atq; diſceſſio populi in duas partis fieret: & ob eam cauſam iritatis animis utrinq; arma caperẽt: pugnareturq;: tũ qui in eo tẽpore: in eoq; caſu ciuilis diſcordiæ: nõ alterutra parte ſeſe adiunxerit: ſed ſolitarius ſeparatuſq; a cõmuni malo ciuitatis ſeceſſerit: is domo: patria: fortuniſq; oĩbus careto: exul extorriſq; eſto. Cũ hanc legẽ Solonis: ſingulari ſapientia præditi legiſſemus: tenuit nos grauis quædã ĩ principio admiratio. requirentes quã ob cauſam dignos eſſe pœna exiſtimarit: q ſe procul a ſeditione & ciuili pugna remouiſſent. Tũ q penitus atq; alte uſum ac ſententiã legis introſpexerat: non ad augendã: ſed ad deſinẽdã ſeditionẽ legem hãc eſſe dicebat. & res prorſum ſe ſic habet. Nã ſi bõi oẽs qui in principio coercendæ ſeditionis impares fuerint: populũq; percitum & amentẽ non deterruerint: ad alterutram partẽ diuiſi ſeſe adiunxerint: tũ eueniret: ut quum ſocii partis ſehorſum utriuſq; fuerint: eoq; partes ab iis: ut maioris auctoritatis uiris: temperari ac regi cœperint: concordia per eos potiſſimũ reſtitui: cõciliariq; poſſit: dũ & ſuos: apud quos ſunt: regunt atq; mitificant. & aduerſarios ſeruatos magis cupiunt: q̃ perditos. Hoc idem Phauorinus philoſophus ĩter fratres quoq; aut amicos diſcedentis oportere fieri cenſebat: ut q in medio ſunt utriuſq; partis beniuoli: ſi in concordia admittẽda parum auctoritatis: quaſi ambigui amici habuerint: tum alter in alterã partem diſcedat. Ac per id meritum uiam ſibi ad utriuſq; concordiã muniant. Nunc autem pleraq; inquit partis utriuſq; amici quaſi ꝓbe faciant: duo litigantes deſtituunt: & relinquũt. deduntq; eos aduocatis maliuolis aut auaris: qui lites animaſq; eoꝝ inflammẽt: aut odii ſtudio: aut lucri.

¶ Liberos in multitudinis numero etiam unum filiũ: filiamue: ueteres dixiſſe. ¶ Caput. xiii.

ANtiqui oratores: hiſtoriæq;: aut carminũ ſcriptores: etiã unũ filiũ: filiãue liberos: multitudĩs numero appellarũt. Id quoq; nos quũ in cõpluriũ ueteꝝ libris ſcriptũ aliquotiens aduerteremus: nunc quoq; in libro Sẽpronii Aſellionis rerum geſtaꝝ quinto ita poſitum eſſe offẽdimus. Is Aſellio ſub. P. Scipione Africano tri. militũ

ad numantiā fuit. Resq; eas: quibus gerēdis ipse interfuit: cōscripsit. Eius uerba de Tib. graccho tr. pl. quo ī tēpore interfectus ī capitolio est: hæc sunt. Nā Gracchus domo quū ꝓficisceret: nunq̄ minus terna: aut quaterna milia hominū sequebāt. Atq; inde infra de eodem Graccho ita scripsit. Orare cœpit ut se defenderēt: liberosq; suos. eū quem uirilis sexus tum in eodem tempore habebat: produci iussit: populoq; cōmendauit prope flens.

¶ Quod. M. Cato in libro qui inscriptus est cōtra Tib. exulē stitisses uadimonium per i litteram dicit: non stetisses. Eiusq; uerbi ratio reddita. ¶ Caput. xiiii.

IN libro uetere. M. Catonis: q inscribit cōtra Tiberiū exulē: scriptū qdē sic erat. Quid si uadimoniū capite obuoluto stitisses? Recte ille stitisses scripsit. Sed falsi & audaces emendatores: e scripto per libros stetisses fecerunt: tāq̄ stitisses uanum & nihili uerbū esset: quin potius ipsi nequā & nihili sunt: qui ignorant stitisses dictum a Catone: quoniam sisteret uadimonium non staretur.

¶ Quod antiqtus ætati senectæ potissimū habiti sint āpli honores. & cur postea ad maritos & p̄res iidem isti honores delati sint. atq; ibi quædam de capite legis Iuliæ. vii. ¶ Caput. xv.

APud antiquissimos romanoꝝ neq; generi: neq; pecuniæ præstātior honos tribui: q̄ ætati solitus. Maioresq; natu a minoribus colebantur: ad deum prope & parētum uicē. Atq; omni in loco: inq; omni specie honoris priores: potioresq; habiti. A conuiuio quoq;: ut scriptum est in antiquitatibus: seniores a mīoribus domum reducebantur. eumq; morem accepisse romanos a lacedæmoniis traditum est. apud quos Licurgi legibus: maior rerum omnium honos maiori ætati habebat. Sed postq̄ soboles ciuitati necessaria uisa est: & ad ꝓlē populi frequentandam premiis: atq; inuitamentis usus fuit: tū antelati quibusdam in rebus: qui uxores: quiq; liberos haberent: senioribus neq; liberos. neq; uxores habentibus. Sic capite. vii. legis Iuliæ priori ex coss. fasces sumendi potestas fit: nō qui pluris annos natus est: sed qui pluris liberos q̄ collega: aut ī sua potestate habet: aut bello amisit. Sed si par utriq; numerus liberorum est: maritus: aut qui in numero maritoꝝ est: præfertur. Si uero ambo & mariti: & patres totidem liberorum sunt: tum ille pristinus honos instauratus: & qui maior natu est: prior fasces sumit. Super iis autem qui aut cælibes

ambo sunt: aut parem numerum filiorum habent: aut mariti sunt: & liberos non habent: nihil scriptum in lege de ea ætate est. Solitos tamen audio: qui lege potiores essent: fasces primi mensis collegis cō cedere: aut longe ætate prioribus: aut nobilioribus multo: aut secun-dum consulatum ineuntibus.

¶ Quod Cesellius uindex a Sulpitio Apollinari reprehensus est in sensus Virgiliani enarratione. ¶ Caput. xvi.

Virgilii uersus sunt e libro sexto.
Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta:
Proxima sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Aethereas Italo commixtus sanguine surget
Siluius albanum nomen: tua posthuma proles.
Quem tibi longæuo serum lauinia coniunx
Educet siluis regem: regumq; parentem.
Vnde genus longa nostrum dominabitur alba.
Videbantur hæc nequaq̄ conuenire. Tua posthuma proles.
Quem tibi longæuo serum lauinia coniunx.
Educet siluis regem. Nā si hic Siluius ut in omniū ferme ānaliū mo numentis scriptum est: post mortem patris natus est: ob eāq; causā prænomen ei impositum hoc fuit: qua ratione subiectū est.
Quem tibi longæuo: serum lauinia coniunx
Educet siluis regem? Hæc enī uerba significate uideri possūt. Aenea uiuo: & iā sene natū ei Siluium: & educatum. Iaq; hanc sententiam esse uerbo℞ istorum Cesellius opinatus in cōmentario lectionū anti qua℞: Posthuma inquit proles non eū significat: qui patre mortuo: sed qui postremo loco natus est: sicuti Siluius: qui ænea iā sene tar-do seroq; partu est editus. Sed huius historiæ auctorem nullum ido neum nominat. Siluium autem post æneæ mortem: sicuti diximus: natū multi tradiderunt. Iccirco Apollinaris Sulpitius īter cætera ī q-bus Cesellium reprehendit: hoc quoq; eius: quasi erratū aīaduertit. Erroris q; istius hanc esse causam dixit: ꝙ scriptum ita sit: Quē tibi longæuo: inquit non seni. Significatio enim esset cōtra historiæ fidē: sed in longum iam æuum & perpetuū recepto īmortaliq; facto. An chises enim: qui hæc dicit ad filium: sciebat eum: quū hominū uita discessisset: immortalem atq; indigetem futu℞. & lōgo perpetuoq; æuo potiturum. ¶ Hoc sane Apollinaris argute. Sed aliud tamen est

lōgū æuū:aliud perpetuū. Neq; dii lōgæui appellāt: sed īmortales.

¶ Cuiusmodi naturā esse quarundā præpositionū. M. Cicero aīaduerterit. disceptatumq; ibi super eo ipso: quod Cicero obseruauerat.

¶ Caput. xvii.

OBseruate curioseq; animaduertit. M. Tullius: in & con præpositiones uerbis: aut uocabulis præpositas tunc produci: atq; ꝓtendi: quum litteræ sequerentur: quæ primæ sunt in sapiēte: atq; felice. In aliis autem omnibus: correpte pronūtiari. Verba Cicerōis hæc sunt. Quid uero hoc elegantius: quod non fit natura: sed quodam instituto? Indoctus dicimus breui prima littera: insanus producta: īhumanus breui: infelix longa. Et ne multis: quibus in uerbis eæ prīæ litteræ sunt: quæ in sapiente atq; felice: hæc producte dicunt: in cæteris uero omnibus breuiter. Item quæ composuit: consueuit: concrepuit: confecit: consule ueritatem: comprehēde: & refer ad auris: ꝓbabunt. Quare cur ita sit? dicent: proh iuuare. uoluptati autem auriū morigerari debet oratio. Manifesta quidem ratio suauitatis est in iis uocibus: de quibus Cicero locutus est: sed quid dicemus de præpositione pro? quæ cum produci & corripi soleat: obseruationem hāc tamen. M. Tullii aspernata est. Non enim semper producitur: quū sequitur ea littera: quæ prima est in uerbo felix: quā Cicero hāc habere uim significat: ut propter eā rem in & con præpositiones ꝓducant. Nā proficisci: & profūdere: & profugere: & profanū: & profestū correpte dicimus. proferre autem: & profligare: & proficere ꝓducte: cur igit ea littera: quā cicero productionis causam facere obseruauit non in oībus cōsimilibus eādem uim: aut rationis: aut suauitatis tenet? sed aliā uocē produci facit: aliam corripi. Neq; uero con particula tū solum producitur: quum ea littera: de qua cicero dicit: insequit. Nā & Cato & Salustius fœnoribus inquiunt coopertus est. Præterea colligatus & connexus producte dicuntur. Sed tamen uideri potest ī iis quæ posui: ob eam causam particula hæc produci: quoniam eliditur ex ea n littera. Nam detrimentum litteræ productione syllabæ compēsatur. Quod quidem etiam in eo seruatur: quod est cogo. Neq; repugnat: ꝙ coegi correpte dicimus. Nō. n. salua συναιρέσει. i. coagmentatione dicitur a uerbo: quod est cogo.

¶ Quod Phedon socraticus seruus fuit: ꝙq; item alii complusculi seruitutem seruierūt.

¶ Caput. xviii.

PHedon elidenſis ex cohorte illa ſocratica fuit. Socratiq; & Platoni p fuit faīliaris. Eius nōī Plato illū libꝝ diuinū de īmortalitate aīæ dedit. Is Phedon ſeruus fuit: forma atq; īgenio liberali: & ut quidā ſcripſerūt: a lenoned oīo puer ad merēdū coactus. Eū cebes ſocraticus hortāte ſocrate emiſſe dicit: habuiſſeq; in philoſophiæ diſciplinis. Atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit. Sermoneſq; eius de Socrate admodū elegātes leguntur. Alii quoq; nō pauci ſerui fuerūt q poſt philoſophi clari extiterūt. Ex qbus ille Menippus fuit: cuius libros. M. Varro in ſatyris æmulatus eſt: q̄s alii cynicas: ipſe appellat menippeas. ¶ Sed & Theophraſti peripatetici ſeruus Pompilius: & Zenonis ſtoici ſeruus: qui Perſeus uocatus eſt: & Epicuri: cui nomē Mys fuit: philoſophi nō īcelebres uixerunt. ¶ Diogenes etiā cynicus ſeruitutē ſeruiuit. ſed is ex libertate in ſeruitutē uenierat. quem cum emere uellet Xeniades corīthius: & qd is artificii nouiſſet pcontatus foret. Noui inquit Diogenes hoībus liberis imperare. Tū Xeniades reſpōſū eiuſdē miratus emit: & manumiſit. filioſq; ſuos ei tradens: accipe inquit liberos meos: quibus imperes. De Epicteto autē philoſopho nobili: q is quoq; ſeruus fuit: recentior eſt memoria: q̄ ut ſcribi. quaſi oblitteratū debuerit. Eius Epicteti etiā de ſe ſcripti duo uerſus ferūt: ex qbus latēter intelligas: nō oīs modo diis exoſos non eſſe qui in hac uita cū erūnaꝝ uarietate luctāt: ſed eſſe arcanas cauſas: ad quas paucoꝝ potuit peruenire curioſitas.

δοῦλοσ ἐπίκτητοσ γενόμην. καὶ σώματι πήρόσ.
και πενίην ἶροσ. και φίλοσ ἀθανάτοισ. id eſt.
Seruus Epictetus fueram: qui corpore mancus:
Pauperie preſſus: carus eram ſuperis.

¶ Reſcire uerbū quid ſit. & quam habeat ueram & propriam ſignificationem. ¶ Caput. xix.

UErbū reſcire obſeruauimus uim hebere litteræ propriā quādā: non ex cōmuni ſignificatione cæteroꝝ uerboꝝ: quibus eadem præpoſitio re īponit. Neq; ut reſcribere: relegere: reſtituere: dicimus itidē reſcire. Nā qui factū aliquod occultius: aut inopinatū inſperatumq; cognoſcit: is dicitur proprie reſcire. Cur autem in hoc uno uerbo re particula huius ſententiæ uim habeat: equidem adhuc quæro. Aliter enim dictum eſſe: reſciui aut reſcire apud eos: qui diligenter locuti ſunt: nondum inuenimus: q̄ ſuper his rebus: quæ aut conſulto

consilio latuerit: aut contra spem opinionẽue usu uenerint. q̄q̄ ipsũ scire de oĩbus cõmuniter rebus dicatur uel aduersis: uel prosperis: uel insperatis: uel expectatis. Neuius in triphalo ita scripsit. Si unq̄ qcq̄ filium resciuero: argentum amoris causa sumpsisse mutuo: extẽplo illo te ducam: ubi nõ despuas. Claudius quadrigarius in primo ãnali. Ea lucani ubi resciuerũt: sibi per fallacias uerba data esse. Itẽ Quadrigarius in eodẽ libro in re tristi & inopinata: uerbo isto ita utit᷑. Id ubi resciuerunt propinqui obsidum: quos Pontio traditos supra demonstrauimus: eorum parentes cum propinquis capillo passo ĩ uiã prouolarunt. M. Cato in q̄rto originũ. Deinde dictator iubet postridie magistrũ equitũ accersi. Mittã te si uis inqt: cum equitibus. Sero est inquit magister equitũ: iam resciuere.

Quæ uulgo dicũt᷑ uiuaria: id uocabulũ ueteres nõ dixisse. & qd ꝓ eo. P. Scipio in orõne ad populũ. quid postea. M. Var. ĩ libris de re rustica dixerit usurpatum. Caput. xx.

Viuaria: quæ nunc dicuntur septa quædã loca: ĩ qbus feræ uiuæ pascũt᷑. M. Varro ĩ libro de re rustica. iii. dicit leporaria appellari. Verba Var. subieci. Villaticæ pastiõis genera sũt terna: ornithões: leporaria: piscinæ. Nũc ornithones dico: omniũ alitũ: quæ ĩtra parietes uillæ solent pasci. Leporaria te accipere uolo nõ ea: quæ tritaui nr̃i dicebãt: ubi soli lepores sint: sed omnia septa ædificia uillæ: quæ sũt: & habent inclusa animalia: quæ pascuntur. Is item infra in eodẽ libro ita scribit. Quũ emisti fundũ thusculanũ a. M. Pisone: in leporario apri fuerunt multi. Viuaria autẽ quæ nunc uulgus dicit: quos παραδείσους. id est hortos græci appellant: quæ leporaria Var. dicit: haud usquã memini apud uetustiores scriptum. Sed quod apud Scipionẽ omnium ætatis suæ purissime locutũ legimus: roboraria aliquot romæ doctos uiros dicere audiui id significare: quod nos uiuaria dicimus. Appellataq; esse a tabulis roboreis: qbus septa essent: quod genus septoꝝ uidimus in Italia locis plerisq;. Verba ex oratiõe eius contra Clau. Asselliũ quinta hæc sunt. Vbi agros optime cultos: & uillas expolitissimas uidisset: ĩ his regiõibus excelsissimo loco murũ statuere aiebat. ĩde corrigere uiã: aliis ꝑ uineas medias: aliis per robor arium atq; piscinã: aliis per uillam. Lacus uero & stagna: quæ piscibus uiuis coercentur clausa: suo atque proprio nomĩe piscinas nominauerunt. Apiaria quoq; dici loca: in quibus siti sint aluei apum.

II

Sed neminem eorum ferme qui incorrupte locuti sunt: aut scripsisse memini: aut dixisse. M. autem Var. de rerustica. iii. μελισσῶνεσ. i. apiaria mellariaq; ut ἀμπελῶνεσ. i. uineas: & δαφνῶνεσ. i. laureta inquit ita facere oportet: quæ quidem mellaria appellabāt. Sed hoc uerbum quo Varro usus est: græcum est. nā melissones ita dicunt.

¶ Super eo sidere: quod græci ἅμαξαν: nos septentriones uocamus. ac de utriusq; uocabuli ratione & origine.

¶ Caput. xxi.

AB ægina in piræum complusculi earūdem disciplinarum sectatores græci: Romaniq; homines eadem in naui transmittebamus. nox fuit: & clæmens mare: & anni æstas: cælumq; liquide serenum. sedebamus ergo in puppi simul uniuersi: & lucentia sidera cō siderabamus. Tum quispiam ex iis: qui eodem in numero græcas res eruditi erant: quid ἅμαξα: id est plaustrum esset: quid ἄρκτοσ: idest ursa: quid βοώτησ: id est bootes: & quænam maior ἄρκτοσ: & quæ minor: & cur ita appellata: & quam in partem procedētis noctis spatio mouerentur: & quamobrem Homerus solam eam non occidere dicat: cum & quædam alia scite: tum ista omnia ac perite disserebat: hic ego ad nostros iuuenes conuertor. Quid inq̄ uos oppidici dicitis mihi? quare quod ἅμαξαν græci uocant: nos septentriones uocamus. Non enim satis est: q̄. vii. stellas uidemus. sed quid hoc totum quod septentriones dicimus: significat: scire inq̄ id prolyxius uolo. Tum quispiā ex iis: qui se ad litteras memoriasq; ueteres dediderat. Vulgus inquit grammaticorum septentriones a solo numero stellarum dictum putat. Triones enim per sese nihil significare aiunt: sed uocabuli esse supplementū. sicut in eo quod quinquatrus dicamus: q̄ quinq; ab idibus dierum numerus sit atrus nihil. Sed ego quidem cum. L. Lælio: &. M. Varrone sentio: qui triones rustico certo uocabulo boues appellatos scribunt: quasi quosdā terriones: hoc est arandæ colendæq; terræ idoneos. Itaque hoc sidus: quod a figura posituraq; ipsa: quia simile plaustri uidetur: antiqui græcorum ἅμαξαν dixerunt: nostri quoq; ueteres a bubus iunctis septētriones appellarūt. i. a. vii. stellis: ex quibus quasi iuncti triones figurant. Præter hāc inquit opinionē id quoq; Varro addit: dubitare sese: an propterea magis hæ septem stellæ triones appellatæ sint: quia ita sunt sitæ: ut ternæ stellæ proximæ quæque inter sese faciāt trigona: id est triquetras

figuras. Ex his duabus ratiōibus: q̄s ille dixit: quod posterius est: sub-
tilius elegantiusq; uisum est. Intuentibus enim nobis in illud: ita ꝓ-
pemodum res erat: ut ea forma esset: ut triquetra uideretur.

De uēto iapige. deq; alioꝝ uentoꝝ uocabulis: regiōibusq; accepta a Phauorini sermonibus. Caput. xxii.

Apud mensam Phauorini in conuiuio familiari legi solitū erat: aut uetus carmen Meliti poetæ: aut historia partim græcæ lin-
guæ: alias latinæ. Legebatur ergo tunc ibi in carmine latino ιαπυξ uē-
tus: quæsitūq; est: quis hic uentus: & quibus ex locis spiraret. & quæ
tam infrequentis uocabuli ratio esset. Atq; etiam petebamus: ut sup
cæterorum nominibus regionibusque ipse nos docere uellet: quando
uulgo neq; de appellationibus eorum: neq; de finibus: neque de nu-
mero cōueniret. Tum Phauorinus ita fabulalatus est. Satis inqt no-
tum est: limites regionesq; esse cæli quattuor: exortum: occasum: me
ridiem: septentrionem. Exortus occasus mobilia & uaria sunt. Meri-
dies septentrionesq; statu perpetuo stant: & manent. Oritur enī sol
non idem semper: sed aut æquinoctialis oriens dicitur: cū in circulo
currit: qui appellatur ἰσονύκτιος. i. æquinoctialis: aut ἰσημέρινος
idest æquidialis: aut solstitialis: aut brumalis: quæ sunt θερινὰι τρο-
πὰι: καὶ χειμερινὰι. id est æstiua solstitia & hyberna. Item cadit sol
non in eūdem semper locum. fit enim similiter occasus eius: aut æq-
noctialis: aut solstitialis: aut brumalis. Qui uentus igitur ab oriente
uerno. i. æqnoctiali uenit: noīat eurus ficto uocabulo: ut isti ἐτυμο-
λογικὸι: id est rationem originis uerbi interpretando indagātes aiūt
ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων. i. ab oriente sole fluens. Is alio quoq; a græcis noīe
ἀφηλιώτης: a romanis nauticis subsolanus cognomīatur. Sed qui
ab æstiua & solstitiali orientis meta uenit: latine aquilo: boreas græce
dicitur. eumq; propterea quidam dicunt ab Homero ἀιθρηγενέτην
serenitatē facientem appellatum. Boream autem putant dictū ἀπὸ
τῆς βοῆς. i. boatu: quoniam sit uiolenti flatus & sonori. Tertius uē-
tus est: qui ab oriente hyberno spirat uulturnum romani uocāt. Eū
pleriq; græci mixto noīe: ꝙ inter notum & eurum sit: εὐρόνοτον ap
pellant. Hi sunt igitur tres uenti oriētales: aquilo: uulturnus: eurus:
quoꝝ medius eurus est. His oppositi & cōtrarii sunt alii tres occidui.
caurus: quē solēt græci ἀργέστην uocare. is aduersus aquilonē flat.
Itē alter fauonius: qui græce uocat ζέφυρος. is aduersus eurum flat.

Tertius africus: qui græce uocatᷣ λιψ. is aduersus uulturnū flat. Ex duæ regiones cæli oriētis: occidētisq; inter sese aduersæ sex hr̄e uentos uidentᷣ. ¶ Meridies autē quoniā certo: atq; fixo limite est: unū meridionalē uentum habet. is latine auster: græce νότοσ nominatur: quoniam est nebulosus atq; humectus. νοτὶς enī græce humor nomiatᷣ. ¶ Septētriones autem habent ob eādē causam unū. Is obiectus directusq; in austꝶ latine septētrionarius: græce ἀπαρκτίασ appellatus. Ex his octo uentis alii quattuor detrahūt uētos. atq; id facere se dicunt Homero auctore: qui solos. iiii. uentos nouerit: euꝶ: austrū: aquilonem: fauonium. Versus Homeri sunt.

σὺν δ᾽εὖρος τε̄ πεσε ζέφυρόσ τε νότοσ τε δυσαής:
καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

Cūq; euro incubuit zephyrusq; notusq; furentes:
Sudificusq; simul boreas mala plurima uoluens. ¶ A quattuor cæli partibus: quas quasi primas nominauimus: oriente scilicet: atq; occidente latioribus: atq; simplicibus non tripartitis. Partim autem sūt: qui pro octo. xii. faciunt: inter hos quattuor in media loca inserētes: cum meridie septentriones eadem ratione: qua secundi quattuor intersiti sunt inter primores duos apud orientem: occidentemq;. Sunt porro alia quædam nomīa quasi peculiarium uentorum: quæ īcolæ in suis quisq; regionibus fecerunt: aut ex locorum uocabulis: in quibus pollent ex aliqua causa: quæ ad faciendum uocabulū acciderat. Nostri nāq; galli uentum ex sua terra flantem: quem seuissimū patiuntur: circium appellant a turbine (opinor) eius: ac uertigine. ἰάπυγα ex ipsius Apuliæ ore ꝓficiscētē: quasi finibus apuli eodem & ipsi nomine iapigem dicunt. Eum esse propemodū caurū existimo. Nā & est occidentalis: & uidetur aduersus euꝶ flare. Itaq; Virgilius Cleopatram e nauali prælio in ægyptum fugiētem uento iapige ferri ait. Equum quoq; apulum eodem: quo uentum uocabulo iapigem appellauit. Est etiam uentus nomine cæcias: quem Aristoteles ita flare dicit: ut nubes non procul propellat: sed ut ad sese uocet: ex quo uersum istum prouerbialem factum ait.

κακὰ ἐφ᾽ἑαυτὸν ἕλκων ὡσὸ καικίας νέφος. i. Mala ad sese attrahēs: ut cæcias nubes. Præter hos autē: quos dixi: sunt alii plurifariā uenti commenticii suæ quisq; regionis indigenæ: ut orōus quoque ille ad apulos: quos ipse quoq; executurus fui. addidisseq; eos: q etesiæ: &

prodromi appellãtur:qui certo tempore anni: quum canis oritur:ex alia:atq; alia parte cæli spirãt.rationesq; omniũ uocabuloꝝ: qa plus paulo adbibi:effudissem:nisi multa iam prorsum oĩbus uobis reticẽtibus uerba fecissem: quasi fieret a me ἀκρόασις ἐπιδεικτική. id est ascultatio sese ostentãs.In conuiuio autẽ frequẽti loqui solum unũ: neq; honestum est ĩquit:neq; cõmodũ. Hæc nobis Phauorinus ĩ eo quo dixi tempore:apud mensam suã sũma cũ elegãtia uerborũ: totiusq; sermonis comitate:atq; gratia denarrauit. Sed ꝙ ait uẽtũ quí ex terra gallia flaret:circiũ appellari.M.Cato in libris originũ eũ uẽtum cercium dicit nõ circium.Nam cũ de hispanis alpinis scriberet: qui citra hiberum colunt: uerba hæc posuit. Sunt in his regionibus ferrariæ argẽtifodinæ pulcherrĩæ.Mõs ex sale mero magnus. Quãtũ demas tãtũ adcrescit.Vẽtus cercius: quum loquare:buccam implet. Armatum hominẽ plaustꝝ oneratum percellit. ¶ Quod supra autẽ dixi ἐτησίας:id est etesias ex asia & alia parte cæli flare: haud scio an secutus opinionem multoꝝ temere dixerim.P.Nigidii in secundo librorum:quos de uento composuit:uerba hæc sunt.

¶ & austri anniuersarii secũdo sole flãt.

Considerãdũ igit᷑ est:quid secũdo sole.

¶ Cõsultatio diiudicatioq; locoꝝ facta ex comœdia Menãdri: & Cecilii:quæ Plociũ inscripta est. ¶ Caput. xxiiii.

COmœdias lectitamus nostrorum poetarũ sumptas : ac uersas de græcis Menãdro:& Posodio:aut Apollodoro: aut Alexide. & quibusdam item aliis comicis. Atqui cum legimus eas:nihil sane displicent:quin lepide quoque & uenuste scriptæ uideãtur : prorsus ut melius posse fieri nihil censeas. At enim si conferas: & componas græca ipsa unde illa uenerunt:ac singula considerate ; atque apte iũctis:& alternis lectionibus committas:oppido q̃ iacere:atq; sordere ĩcipiũt:quæ latina sũt.Ita græcaꝝ:q̃s æmulari nequerũt:facetiis:atq; luminibus obsolescũt.Nup adeo usus huius rei nobis uenit. Cecilii Plociũ legebamus.haudquaq̃ mihi:& q aderant:displicebat.Libitũ est:Menãdri quoq; Plociũ legere:a quo istam comœdiam uerterat. Sed enĩ postq̃ ĩ manus Menander uenit:a principio statim dii boni: quantũ stupere:atq; frigere:quantũq; mutare a Menandro Cecilius uisus est:Diomedis hercle arma:& Glauci non dispari magis precio æstimata sunt.Accesserat de hinc lectio ad eũ locum in quo maritus

IV

ſenex ſup uxore diuite:atq; deformi quærebatᷣ:ꝙ ancillã ſuã nõ iſci-
to puellã miniſterio:& facie non illerabili coactus erat uenũdare:ſu-
ſpectã uxori q̃ſi pellicẽ. Nihil dicã ego q̃tũ differat uerſus utriuſq;
eximius. Sit ſatis aliis ad iudiciũ faciẽdũ exponi. Menander ſic.
ἐπαμφοτέραν ἵνἔπίκληρος ἡ μέλλειν καθευδήσειν
κατεργάσασα μέγα. καὶ περὶ βόητον ἔργον
ἐκ τῆς οἰκίας ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν. ἣν ἐβούλετο.
ἵν᾽ἔπι βλέπωσι πάντες εἰς τὸ κρεωβύλης πρόσωπον.
ἥ τ᾽εὔγνωςος εἶχε με γυνὴ δέσποινα.
καὶ τὴν ὄψιν ὧν ἐκτίσατο ὄνος ἐν πιθήκοισ τοι:
τὸ λεγόμενον ἐςὶ δὴ τοῦτο σιωπᾶν βούλομαι.
τὴν νύκτα. τὴν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.
οἴμοι κρεωβίλην λάβειν με. καὶ δέκα τάλαντα.
γυναικῶν ὄυσα πηχέως. εἶ τ᾽ἐςὶ τὸ φρύαγμ.
εἴπως ἀνυπόςατον. διὰ τὸν ὀλύμπιον.
καὶ ἀθηνᾶν ὀυδαμῶς παιδισχάριον. θεραπευτικὸν δὲ
λόγου: τάχιον. ἀπαγέσθω δέ τισ ἡ ἀρ᾽ἀντίκα γύγην. Ideſt:
In aurem utrãq;:quãdoquidẽ dotata eſt:cubet:
Re confecta magnifica:& negocio inclyto
Domo illam exegit:cui male uoluit maxume.
Vt omnes in creobulæ faciem oculos conuerterent:
Tum me cunctis notum ut faceret uxor hera.
Meoq; demorareṫ in uultu:aſinus inter ſimias fierem:
Vti aiunt. Se. Quid tandem? Ma. Tacere uolo.
Noctem mali conſciam plurimi.
Me miſerum qui creobulam duxi:& talenta decem:
Nanam mulierculam. cuius ſuperbia
Adeo intolerabilis eſt. Iouem olympum
Et mineruam teſtor non ancillulam potius officioſa:dicto citius
Præſto. hanc quiſpiam abigat quæſo:at illam referat.
Cecilius autem ſic. Se. Is demum miſer eſt:qui erumnã ſuã nequit
Occultare. Ma. ferre ita me uxor forma & factis facit.
Si taceam:tamen indicium eſt:quæ niſi dotem omnia
Quæ nolis habet. qui ſapit de me diſcet:qui quaſi
Ad hoſtis captus libere ſeruio:ſalua urbe atq; arce.
Quæ mihi quicquã placet:eo priuatum. uin me ſeruatum?

Dum eius mortem inhio:egomet uiuo mortuus
Inter uiuos. Ea me clam cum mea ancilla ait
Conſuetum. id me arguit. ita plorando:orādo:
Inſtando:atq; obiurgando me obtudit:uti eam
Venundarem. nunc credo inter ſuas æqualis
Et cognatas ſermones ſerit. Quæ uoſtrum fuit
Integra ætatula:quæ hoc itidem a uiro
Impetrarit ſuo? quod ego anus modo
Effeci:pellice ut meum priuarem uirum?
Hæc erunt concilia hodie. differor ſermone miſer.
Præter uenuſtaté auté rerū:atq; uerborū:ī duobus libris nequaq̄ paré: in hoc equidé ſoleo animum attendere: ꝙ quæ Menāder præclare & apposite & facete ſcripſit:ea Cecilius nequaq̄ potuit: & quidé conatus enarrare. Sed quaſi minime probanda prætermiſit: & alia neſcio quæ inimica inculcauit. ❡ Eſt & illud Menandri de uita hominum media ſūptū:ſimplex:& uerū: & delectabile: quod neſcio quopacto omiſit. Idem enī ille maritus ſenex:cū altero ſene uicino colloqués: & uxoris locupletis ſuperbiā deprecans:hæc ait.
ἔχω δ᾽ἐπίκληρον λαμίαν οὐκ εἴ ρηκάσοι.
Τούτ᾽οὐχὶ κυρίαν τῆσ οἰκίασ.καὶ των ἀγρῶν.
καὶ πάντων ἀντ᾽ἐκεί νησ ἔχομεν.απόλλων χαλεπῶν.
καλεπώτατον ἅπασι δ᾽αργαλέα ἐςὶν ἐμοὶ μόνω.
ὑιῶ πολὺ μᾶλλον θυχατρὶ.πρᾶγμα
ἄμοχον λέγεις ἓν οἶδα. Id eſt:
Lamiā hæreditariam duxi:quod non dixeram tibi.
Tum uero domus:atq; agrorum heram:
Vniuerſorumq; illius loco. Se. hei q̄miſerum & graue?
Difficillimum immo. At omnibus moleſta eſt:non ſoli mihi.
Filio multo magis filiæq;. Se. Prouinciam
Inexpugnabilem geris certo ſcio.
Cecilius uero hoc in loco ridiculus magisq̄ perſonæ iſti: quā tractabat:aptus atq; conueniens uideri maluit. ſic enim hæc corrupit.
Se. Sed tua moroſa ne uxor quæſo eſt? Ma. Quam rogas?
Se. Qui tandem? Ma. Tedet mentionis. quæ mihi ubi domum
Adueni:ac ſedi:extemplo ſauium datat. Se. Ieiuna anima?
Nil peccat de ſauio:ut deuomas uolt:quod foris potaueris.

Q uid de illo quoq; loco ĩ utraq; comœdia posito existimari debeat manifestũ est. Cuius loci hæc ferme sententia est. Filia hoĩs paupis ĩ peruigilio uitiata est. Ea res clã patre fuit: & habebat̃ pro uirgine ex eo uitio grauida mensibus exactis parturit. Seruus bonæ frugi: quũ pro foribus domus staret: & ꝓpinquare partum herili filiæ: atq; oĩo uitiũ esse oblatũ ignoraret: gemitũ & ploratũ audit puellæ in puerperio enitentis: timet: irascit̃: suspicat̃: misereť: dolet. Hi oẽs motus eius animi affectionesq; in græca quidem comœdia mirabiliter acres & illustres. Apud Ceciliũ autem pigra hæc oĩa: & a reꝝ dignitate atq; gratia uacua sunt. Post ubi idẽ seruus percontando quod acciderat: repperit: has apud Menãdrum uoces facit.
ὦ τρὶσ κακοδάιμον ὅςις ὢν πένησ ἀνήρ.
κὰι παιδοποιεῖ. ὡς ἀλόγιστος ἔστ᾽ ἀνήρ.
ὅς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκάιων ἔχει.
ἐι μήτ᾽ ἂν ατυχίσῃ ἐισ τὰ κοινὰ τοῦ βίου.
ἐπαμφίεσθαι δύναται τοῦτο χρήμασιν.
ἀλλ᾽ ἐν ἀνακατακύπτω κὰι ταλαιπώρῳ βίω
χει μαζόμενος ζητῶν μὲν. ἀνίαρὸν λέγχων τὸ μέρος:
ἀπάν τῶν ἀγαθῶν ὀυ δυνάμενος.
ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλεγῶν. πάντας νουθετῶ.
Se. Q uam extreme infelix est: quisquis in egestate situs
Quærit liberos: hei quantum est insciens sui.
Q ui neq; necessariarum studium rerum gerit:
Nisi quantum aliquid iugiter in uita deterat.
Neq; (licet res cogat) tectum præbere quit sibi.
Sed inops domo in erumna uitam trahit:
Hyemem tolerans male: miseriæ omnis socius:
Bonorumq; uniuersorum insors: ac carens:
Vnum equidem obprobrans: cunctos monitos uolo:
Ad hoꝝ autem sinceritatẽ ueritatẽq; uerboꝝ: an aspirauerit Cecilius consideremus. Versus sunt hi cecilii: trunca quædam ex Menãdro dicentis: & consarcinantis uerba tragici tumoris.
Is demum infortunatus est homo pauper:
Q ui educit in egestate liberos: cui fortuna
Et res est ut continuo pateat. nam opulento famam
Facile occultat factio. ¶ Itaq; ut supra dixi: quũ hæc uerba sehorsũ

lego: neutiq; uident ingrata: ignauaq;. Quū autē græca cōparo: & cōtendo: nō puto Ceciliū sequi debuisse: quod assequi nequiret.

De uetere parsimonia. deq; antiquis legibus sumptuariis.

Caput. xxiiii.

Parsimonia apud ueteres romanos: & uictus: atq; cœnarum tenuitas: nō domestica solum obseruatione: ac disciplina: sed publica quoq; animaduersione: legumq; complurium sanctionibus custodita est. Legi adeo nuper in Capitonis Atteii cōmentariis: senatus decretum uetus. C. Fannio: & M. Valerio Messala consulibus factū in quo iubentur principes ciuitatis: qui ludis megalensibus antiquo ritu mutitarēt: id est mutua inter sese dominia agitarēt: iurare apud eos uerbis conceptis non amplius in singulas cœnas sumptus esse facturos: q̄ centenos uicenosq; æris: præter olus: & far: & uinum. Neq; uino alienigena: sed patrio usuros. Neq; argenti in cōuiuio plus pōdo: q̄ libras centum illaturos. Sed post id senatusconsultū lex fannia lata est: quæ ludis romanis: itē ludis plebeiis: & saturnalibus: & aliis quibusdā diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit: decemq; aliis diebus: in singulis mensibus tricenos. Cæteris autē oībus diebus denos. Hāc Lucilius poeta legem signat: cum dicit: Fannii cētussisq; misellos. In quo errauerunt quidam commentariorum ī Lucilium scriptores: q̄ putauerunt fannia lege perpetuos in omne dierū genus centenos æris statutos. Centum enim æris Fannius constituit: sicuti supra dixi festis quibusdam diebus: eosq; ipsos dies nomīauit. Aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumptus inclusit ītra æris: alias tricenos: alias denos. Lex deinde licinia rogata est: quæ cum certis diebus sicuti fannia centenos æris impēdi permisisset: nuptiis ducenos indulsit. cæterisq; diebus statuit æris tricenos: quum & carnis aridæ: & salsamenti certa pondera in singulos dies cōstituerit. Sed quicquid esset tum e terra: uite: arbore promiscue: atq; īdefinite largita est. Huius legis Lælius poeta meminit ī crotopæginis. Verba Lælii hæc sunt: quibus significat hædum: qui ad epulas fuit allatus: dimissum: cœnamq; ita ut lex licinia sanxisset: pomis oleribusq; instructam. Lex licinia inquit introducitur. lux liquida hædo reddit̄. Lucilius quoq; legis istius meminit in his uersibus. Legem uitemus licini. Postea. L. Sylla dictator: quum legibus istis situ: atq; senio obliteratis pleriq; in patrimoniis amplis helluarentur: & familiam pe

cuniamq; suam prandiorum gurgitibus proluissent: legẽ ad populũ tulit: qua cautũ est: ut calendis: idibus: nonisq;: diebusq; ludoꝝ: & feriis quibusdã solẽnibus: sestertios tricenos in cœnã insumere ius potestasque esset. Cæteris autem diebus omnibus non amplius ternos. Præter has leges æmiliam quoq; legẽ inuenimus: qua lege nõ sũptus cœnaꝝ: sed ciboꝝ genus & modus præfinitus ẽ. Lex deĩde antia præter sumptũ æris: id etiã sanxit: ut qui magistratus esset: magistrũue capturus esset: nequo ad cœnã: nisi ad certas personas itaret. Postremo lex Iulia ad populũ peruenit Cæsare Augusto ĩperãte: quo profestis quidẽ diebus ducenti finiunt̃. calendis: idibus: nonis: & aliis quibusdã festiuis trecẽti: nuptiis autẽ & repotiis sestertii milies esse. Etiã dicit capito Atteius edictum: diui ne Augusti: an Tiberii cæsaris non satis cõmemini: quo edicto per dieꝝ uarias solẽnitates: a trecentis sestertiis adusq; duo milia sumptus cœnarũ propagatus est: ut his saltem finibus luxuriæ efferuescentis æstus coerceretur.

Quid græci ἀναλογίαν uocant. quid contra ἀνωμαλίαν.

Caput. xxv.

IN latino sermone: sicut in græco alii analogiã sequẽdã putauerũt: alii ἀνομαλίαν. i. inæqualitatẽ. ἀναλογία est similiũ declinatio. quã quidã latine ꝓportionẽ uocãt. ἀνωμαλία est inæqualitas declinationũ consuetudinẽ sequẽs. Duo autẽ græci grãmatici illustres: Aristarchus: & Crates summa ope ille ἀναλογίαν: hic ἀνωμαλίαν defensitauit. M. Varrõis liber ad Ciceronẽ de lingua latina octauus: nullã esse obseruationem similium docet. Itaque in oĩbus pene uerbis cõsuetudinẽ dominari ostendit: sicuti cum dicimus ĩqt lupus lupi: probus probi: & lepus leporis. Itẽ paro paraui: lauo laui: pungo pupugi: tõdo tutudi: & pingo pinxi. Quũq; inqt a cœno: & prãdeo: & poto: & cœnatus sum: & prãsus sum: & potus sum dicamus. & astringor cõtra: & extergor: & lauor: astrĩxi: & extersi: & laui dicimus. Itẽ quũ dicamus ab osco: thusco: græco: osce thusce: græce. a gallo tamen & mauro: gallice & maurice dicimus. Itẽ a ꝓbus probe: a doctus docte: sed a rarus nõ rare: sed alii raro dicũt: alii rarẽter. Idẽ. M. Var. in eodem libro: Sentior inquit nemo dicit: & id perse nihil est: assentior tamen fere oẽs dicũt. Sisenna unus assentio in senatu dicebat. & eum postea multi secuti. neq; tamen uincere cõsuetudinẽ potuerũt. Sed idẽ Varro in aliis libris multa pro ἀναλογία tuẽda scripsit. Sũt

hi igitur tanq̃ loci cõmunes contra ἀναλογίαν dicere:& rursus item pro ἀναλογία.

Sermones. M. Frontonis:& Phauorini philosophi: de generibus colorum. uocabulisq; eorꝶ græcis & latinis. Atq; inibi color spadix: & cuiusmodi sit. Caput. xxvi.

PHauorinus philosophus cũ ad. M. Frõtoné cõsularé pedibus ægrũ uiseret: uoluit me quoq; ad eũ secũ ire. Ac deinde cũ ibi apud Frõtoné plerisq; uiris doctis præsẽtibus: sermões de coloribus uocabulisq; eorꝶ agitarentur: q multiplex colorũ facies: appellatiões auté incertæ & exiguæ forẽt. Plura inqt sunt Phauorinus ĩ sensibus oculorꝶ: q̃ in uerbis uocibusq; colorꝶ discrimina. Nã ut alias eorꝶ concinnitates omittamus: simplices isti ruffi: & uirides colores singula q dem uocabula: multas autem species differentes habent. Atq; eã uocum inopiã in lingua magis latina uideo: q̃ græca. Quippe qua ruffus color a rubore quidé appellatus est. Sed cũ aliter rubeat ignis: aliter sanguis: aliter ostrum: aliter crocũ. has singulas ruffi uarietates latina oratio singulis propriisq; uocabulis non demonstrat: oĩaq; ista significat una ruboris appellatione. Q uũ tamen ex ipsis rebus uocabula colorꝶ mutuet: et igneum aliquid dicit: & flameum: & sanguineum: & croceũ: & ostrinũ: & aureũ. Ruffus enim color: & ruber nihil a uocabulo rubei differunt: neq; proprietates omnes eius declarãt ξανθὸς δὲ καὶ ἐρυθρὸς. καὶ πυρρὸς καὶ φοινίκους. i. flauus auté & ruber: & rubidus: & fuluus: & puniceus: scilicet habere quasdã distãtias coloris ruffi uidentur: uel augentes eũ uel remittentes: uel mixta quadã specie temperantes. Tum Fronto ad Phauorinum non ĩficias inquit imus: quin lingua græca: quam tu uidere legisse: prolyxior fusiorq; sit: q̃ nostra. Sed in his tamen coloribus quibus modo dixisti: denominandis: non perinde inopes sumus: ut tibi uidemur. Nõ enĩ hæc sunt sola uocabula ruffum colorem demonstrantia: quæ tu mõ dixisti: ruffus & ruber: sed alia quoque habemus plura: q̃ quæ dicta abs te græca sunt. Fuluius enĩ: & flauus: & rubidus: et phœniceus: et rutilus: et luteus: et spadix appellationes sunt ruffi coloris: aut acuentis eũ: q̃si incẽdẽtes: aut cũ colore uiridi miscentes: aut nigro ĩfuscantes: aut uirenti sensim albo illuminãtes. Nã phœniceus: quem tu græce φοινικοῦν. i. puniceũ dixisti: noster ẽ: et rutilus: et spadix phœniciei συνώνυμα. i. cognata: qui factus græce noster est: exuberãtiã

II

ſplendoremq; ſignificat ruboris. quales ſunt fructus palmæ arboris: nõ admodũ ſole incocti: unde ſpadicis & phœnicei nomẽ eſt. Spadica enim dorici uocant auulſum e palma termitẽ cũ fructu. ¶ Fuluus autẽ uidet̃ de ruffo atq; uiridi mixtus: in aliis plus uiridis: ĩ aliis plus ruffi habere. Sic poeta uerborum diligentiſſimus: fuluam aquilã dicit: & iaſpidem. fuluos galeros: & fuluum aurꝝ. & arenã fuluã: & fuluum leonẽ. Sic. Q . Ennius in annalibus fuluo ære dixit. ¶ Flauus contra uidet̃ ex uiridi: & ruffo: & albo concretus. Sic flauentes comæ. & quod mirari quoſdam uideo: frondes oleaꝝ a Virgilio dicunt̃ flauæ. Sic multo ante Pacuuius aquam flauam dixit: & flauũ puluerẽ. cuius uerſus (quoniam ſunt iucũdiſſimi) libens commemini.

Cedo tamen pedem: lymphis flauis flauum pulueren.
Manibus iiſdem quibus Vlyxi ſæpe permulſi: abluam:
Laſſitudinemq; nimiam: manuũ multitudine.

Rubidus autẽ & ruffus atrore nigrore multo mixtus. Luteus contra ruffus color eſt dilucior. Vnde ei quoq; nomẽ eſſe factũ uidet̃. Non ergo inquit mi Phauorine ſpecies ruffi coloris plures apud græcos: q̃ apud nos nominant̃. Sed ne uiridis quidẽ color pluribus ab illis: q̃ a nobis uocabulis dicitur. Neq; nõ potuit Virgilius: colorẽ equi ſignificare uiridem uolens: cæruleũ magis dicere equum q̃ glaucũ. Sed maluit uerbo uti notiore græco: q̃ inuſitato latino. Noſtris autẽ latinis ueteribus cæſia dicta eſt: quæ a græcis glaucopis dicit̃. ut Nigidius ait de colore cæli quaſi cælia. Poſtq̃ hæc Fronto dixit: tũ Phauorinus ſciẽtiam reꝝ uberem: uerboꝝq; eius elegantiã exoſculatus: abſq; te inqt uno: forſitan lingua profecto græca longe anteiſſet. Sed tu mi Frõto quod in uerſu Homero eſt: id facis.

καὶ νίκην ἐπάρετῇ ἀμφήριϛον ἔθηκας. ideſt
Et uirtute tua facta eſt uictoria nutans.

Sed quũ omnia libens audiui quæ peritiſſime dixiſti: tũ maxime ꝙ uarietatẽ flaui coloris enarraſti: feciſtiq; ut ĩtelligerem uerba ex ãnali .xiiii. Ennii amœniſſima: quæ minime intelligebam.

Verrunt extemplo placide mare marmore flauo.
Cæruleum ſpumat mare conferta rata pulſum.

Nõ enĩ uidebat̃ cæruleũ mare: cum marmore flauo cõuenire. Sed cũ ſit (ita ut dixiſti) flauus color uiridi & albo mixtus: pulcherrime prorſus ſpumas uirentis maris: flauo marmore appellauit.

Quid. T. Castritius existimauerit super Salustii uerbis: & Demosthenis; quibus alter Philippum descripsit: alter Sertorium.

Caput. xxvii.

VErba hæc sũt grauia atq; illustria de rege Philippo Demosthenis; ἑώρων δὲ αὐτὸν φίλιππον πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγὼν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον. τὴν κλεῖν κατεαγότα τὴν χεῖρα. τὸ σκέλος πεπηρωμένον. πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι τοῦτο προϊέμενον ὥστε τὸ λοιπὸν μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν .i. Videbã etiam ipsum Philippum: quocũ certaremus pro ĩperio prĩcipatuq; oculo effossũ: humero fractum: manu cureq; oblæsum: omne deniq; corporis mẽbrum: quod fortuna auferre uoluisset: id ultro offerẽtẽ: ut de cætero uitam cũ honore & gloria ageret. Hæc æmulari uolens Salustius: de Sertorio duce in historiis ita scripsit. Magna gloria tribus milibus in hispaniã. T. Didius imperator: magno usu bello marsico: paratu militum & armorũ fuit. Multaq; tum ductu eius: quæ rapta primo per ignobilitatẽ: deinde per inuidiã scriptorũ celebrata sunt: cõminus faciem suam ostentabãt: aliquot aduersis cicatricibus: & effoso oculo. Quo dehonestamẽto corporis maxĩe lætabat'. Neq; illis anxius: quia reliq̃ gloriosius retinebat. De utriusq; his uerbis. T. Castritius cũ pẽsitaret: nõne inq̃t ultra naturæ modũ humanæ est: dehonestamento corporis lætari? Siquidẽ lætitia dicit' exultatio quædã animi: gaudio efferuentiore euentu rerũ expetitarũ. Quãto illud sinceriusq; & humanius: magisq; oĩbus cõueniens πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι τοῦτο προϊέμενον .i. omne deniq; corporis mẽbrũ: quod fortuna auferre uoluisset: id ultro offerẽtẽ: ut de cætero uitam cũ honore & gloria ageret. Quibus uerbis ostendit' inquit: Philippus non ut Sertorius corporis dehonestamento lætus: quod est inq̃t insolẽs & ĩmodicũ: sed præ studio laudis: & honoris iacturarum dãnorũq; corporis contẽptor: qui singulos artus suos fortunæ producendos daret: quæstu atq; cõpendio gloriarũ.

Non esse compertum cui deo rem diuinam fieri oporteat: quum terra mouetur uiribus.

Caput. xxviii.

QVænã esse causa uideat': quãobrẽ terræmotus fiant: nõ mõ his communibus hominum sensibus: opinionibusq; cõpertũ nõ est: sed ne ĩter physicas quidẽ philosophias satis constitit: uentorum

ne ui accidãt:ſpecus hiatuſq; terræ ſubeuntiũ:an aquaꝝ ſubter ĩ ter/
rarũ cauis undãtiũ fluctibus pulſibuſue:ita ut uidẽt̃ exiſtimaſſe an/
tiquiſſimi græcoꝝ: q Neptũnũ ἐν νοσίγαιον κὰι σείσαιχθόνα .i.
terriquaſſonẽ:& tellurimotonẽ appellauerũt:an cuius aliæ rei cauſa:
alteriuſue dei ui ac numine nõdũ etiã(ſicut diximus) pro certo credi/
tum. Propterea ueteres romani cũ in oĩbus aliis uitæ officiis: tũ in cõ
ſtituendis religionibus:atq; in diis ĩmortalibus animaduertendis ca/
ſtiſſimi cautiſſimiq;. ubi terram mouiſſe ſenſerãt:nũciatũue erat: fe
rias eius rei cauſa edicto ĩperabãt. Sed dei nomen ita uti ſolet:cui ſer/
uari ferias oporteret:ſtatuere & edicere quieſcebãt: ne aliũ ꝓ alio no/
minando falſa religione populũ alligarent. eas ferias ſiqs polluiſſet:
piaculoq; ob hãc rẽ remotus eſſet hoſtiã ſi deo:ſi deæ ĩmolabãt. Idq;
ita ex decreto pontificũ obſeruatũ. M. Varro dicit: quoniã & qua ui
& per quẽ deoꝝ deaꝝue terra tremeret:ĩcertum eſſet. ¶ Sed de lunæ
motibus:ſoliſque defectibus:non minus in eius rei cauſa reperienda
ſeſe exercuerũt. Quippe. M. Cato uir ĩ cognoſcẽdis rebus multi ſtu
dii:incerta tamẽ cauſa & ĩcurioſa:ſuper ea re opinatus eſt. Verba Ca
tonis ex originũ quarto hæc ſunt. Non libet ſcribere quod in tabula
apud pontificẽ maximũ eſt:quotiẽs annona cara:quotiens lunæ aut
ſolis lumini caligo:aut quid obſtiterit: uſq;adeo paruifecit rõnes ue/
ras ſolis & lunæ deficientium:uel ſcire:uel dicere.

¶ Apologus æſopi phrygis memoratu nõ inutilis. ¶ Caput. xxix.

AEſopus ille e phrygia fabulator haud ĩmerito ſapiens æſtĩatus
eſt:quũ quæ utilia monitu ſuaſuq; erãt:nõ ſeuere:nõ ĩperioſe
præcepit:& cẽſuit: ut philoſophis mos ẽ: ſed feſtiuos: delectabileſq;
apologos cõmentus: res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas in
mentes animoſq; hominũ cũ audiendi quadã illecebra induit. uelut
hæc eius fabula de auiculæ nidulo lepide atq; incũde præmonet: ſpẽ
fiduciãq; rerum:quas efficere quis poſſit:haud unq̃ in alios:ſed ĩ ſe/
metipſo habendam. Auicula inquit eſt parua:nomẽ eſt caſſita. ha/
bitat:nidulaturq; in ſegetibus:id ferme temporis ut appetat meſſis:
pullis iamiam plumantibus. Ea caſſita in ſementes forte conceſſerat
tempeſtiuiores. propterea frumentis flaueſcentibus : pulli etiam tũc
inuolucres erant. Quũ igit̃ ipſa iret cibũ pullis quæſitũ: monet eos
ut ſiquid ibi nouæ rei f eret:diceretur ue animaduerterent. idque ſibi
ubi rediſſet:renũtiarẽt. Dominus poſtea ſegetũ illaꝝ filiũ adoleſcẽtẽ

uocat. Et uides ne inquit hæc ematuruisse? & manus iam postulare? Iccirco die crastino ubi primũ diluculabit: fac amicos adeas: & roges ueniant: operãq; mutuã dent: & messem hanc nobis adiuuent. hæc ubi ille dixit discessit. atq; ubi redit cassita: pulli trepiduli circũstrepere: orareq; matrẽ: ut statim iam properet: atq; aliũ in locũ sese asportet. nã dominus inquiunt: misit qui amicos rogaret: uti luce oriente ueniant: & metant. Mater iubet eos a metu ociosos esse. Si enĩ dominus inquit messem ad amicos reiicit: crastino seges nõ metet: neque necesse est: hodie uti uos auferã. Die igitur postero mater in pabulũ uolat: dominus quos rogauerat opperitur. sol feruit: & fit nihil. & amici nulli erant. Tum ille rursum ad filium: amici isti inquit magnã in partẽ cessatores sunt. Quin potius imus: & cognatos affinesq; nostros oramus: ut adsint cras tempori ad metendũ? Itidẽ hoc pulli pauefacti matri nunciant. Mater hortat: ut tũ quoq; sine metu: ac sine cura sint. cognatos affinesq; nullos ferme tã obsequibiles esse ait: ut ad laborẽ capescendũ nihil content: & statim dicto obediãt. uos mõ inquit aduertite si modo quid denuo dicet. Alia luce orta auis in pastum profecta est. cognati & affines operã: quam dare rogati sũt: supersederunt. Ad postremũ igitur dominus filio ualeant inquit amici cum propĩquis. Afferes prima luce falces duas. unã egomet mihi: & tu capies alterã. & frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metemus. Id ubi ex pullis dixisse dominũ mater audiuit: tempus ĩquit est cedendi: & abeundi. fiet nunc dubio procul quod futuꝝ dixit. In ipso enim iam uertitur: cuia est res: non in alio: unde petit. Atque ita cassita nidum migrauit. & seges a domino demessa est. Hæc quidem est Aesopi fabula de amicoꝝ: & propinquoꝝ leui pleꝝq; & inani fiducia. Sed quid aliud sanctiores libri philosophoꝝ monent: q̃ ut in nobis tantũ ipsis nitamur. Alia autem omnia quæ extra nos extraq; nostrũ animũ sunt: neq; pro nostris: neq; pro nobis ducamus. Hũc Aesopi apologũ. Q. Ennius in satyris scite admodũ & uenuste uersibus quadratis cõposuit: quoꝝ duo postremi isti sunt: quos habere cordi & memoriæ operæprecium esse hercle puto.

Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm.

Ne quid expectes amicos: quod tu per te agere possis.

Quid obseruatum sit ĩ undaꝝ motibus: quæ ĩ mari alio atq; alio mõ fiũt: austris flãtibus aquilonibusq;. Caput. xxx.

II

Hoc sæpenumero ĩ undarꝝ motu obseruatũ est: q̄s aquilones uẽti: quiq; ex eadẽ cæli regione aer fluit: q̄s ue faciunt in mari austri: atq; africi. Nam fluctus: qui flante aquilone maximi: ac creberrimi excitant̃: simulac uentus posuit sternũt̃: ac conflaccescũt: & mox fluctus esse desinunt. At non idem fit flãte austro uel africo: quibus iam nihil spirantibus undæ tamen factæ diutius tument: & a uento quidem iamdudum trãquilla sunt. Sed mare est etiã atq; etiã undabundum. Eius rei causa esse cõiectatur: ꝙ uenti a septẽtriõibus ex altiore cæli parte in mare incidentes: dehorsum ĩ aquarꝝ profunda: q̄si præcipites deferunt̃. undasq; faciunt non prorsus impulsas: sed ui ĩtus cõmotas: quæ tãtisper erutæ uoluunt̃: dum illius infusi desuper spiritus uis manet. Austri uero & africi ad meridianũ orbis circulum & ad partem axis infimã depressi: inferiores & humiles per suprema æquoris euntes: protrudunt magis fluctus: q̄ eruunt. Et iccirco non desuper læsæ: sed propulsæ inaduersum aquæ: etiam desistente flatu retinent aliq̄tisper de pristino pulsu impetum. Id autẽ ipsum quod dicimus: ex illis quoq; homericis uersibus: siquis non incuriose legat adminiculari potest. Nã de austri flatibus ita scripsit.

ἔνθα ἰ νότος πόντοιο κλύδωνα εἰς λᾶαν ὠθεῖ. Id est:

Auster ubi insanas urget sub saxa procellas.

Contra autẽ de borea: quẽ aquilonem appellamus: alio dicit modo:

καὶ βορέης αἰθριγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων. Id est:

Sudificusq; altos aquilo rotat impete fluctus.

Ab aquilonibus enĩ qui alti superniq; sunt: fluctus excitatos quasi ꝑ ꝓna uolui dicit. Ab austris autem iis qui humiliores sunt: maiore ui quadam propelli: sursum utq; subiici. Id enĩ significat uerbũ λᾶαν ὠθεῖ: id est lapidem propellit. Sicut in alio loco: λᾶαν ἄνω ὤθεσκε: id est saxum sursum propellit. Id quoq; a peritissimis rerꝝ philosophis obseruatum est: austris spirantibus mare fieri glaucum & cæruleum: aquilõibus obscurius: atriusue. Cuius rei causã: cũ Aristotelis libros ꝓblematum percerpsimus: notaui. Cur austro spirãte mare cæruleũ fiat: Aquilone obscurius atriusq;: An ꝓpterea ꝙ aquilo minus mare perturbat. Omne autem: quod trãq̄llius est: atrum esse uidetur.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER TERTIVS.

HYeme iam discedēte apud balneas sitias ī area sub
calido sole cū Phauorio philosopho ābulabamus
atq; ibi interābulandū legebatur Catilina Salustii
quē in manu amici conspectū legi iusserat. Cūq;
hæc uerba ex eo libro lecta essēt: Auaricia pecuniæ
studiū habet: quam nemo sapiens concupiuit. ea
quasi uenenis malis imbuta: corpus animūq; uirilē effœmīat. semp
infinita & insatiabilis est. neq; copia: neq; inopia minuit̃. Tū Phauo
rinus me aspiciēs: quo inquit pacto corpus hoīs auaricia effœmīat?
Quid enī istuc sit: q̄ animū uirilē ab ea effœmiari dixit: uideor fer-
me assequi. Sed quonam modo corpus quoq; hominis effœminet:
nōdum reperio. Et ego inq̄ longe iamdiu in eo ipso quærendo fui. ac
nisi tu occupasses: ultro te hoc rogassem. Vix ego hæc dixerā conta-
bundus: atq; inibi quispiā de sectatoribus Phauorini: q uidebat̃ esse
in litteris ueterator: Valerium inquit probū audiui hæc dicere: usum
esse Salustiū circūlocutione quadā poetica. & quū dicere uellet: ho-
minem auaricia corrumpi: corpus & animū dixisse: quæ duæ res ho-
minem demonstrarent. Nāq; homo ex anima & corpore est. Nunq̄
inquit Phauorinus: quod equidem scio: tam importuna: tāq; auda-
ci argutia fuit noster probus: ut Salustium uel subtilissimū breuita-
tis artificem periphrasim poetarum facere diceret. Erat tū nobiscum
in eodem ambulacro homo quispiam sane doctus. is quoq; a Phauo
rino rogatus: ecqd hēret sup ea re dicere: huiuscemodi uerbis usus ē.
Quos īquit auaricia minuit & corrūpit: quiq; sese quærēda undiq;
pecunia dederūt: eos plerosq; tali genere uitæ occupatos uidemus:
ut sicuti alia in iis omnia præ pecunia: ita labor quoque uirilis: exer-
cendique corporis studium relictum sit. Negociis se plerūque um-
braticis: & sellulariis quæstibus intentos habent: in quibus omnis
eorum uigor animi: corporisque elanguescit. & quod Salustius ait
effœminatur. Tum Phauorinus legi denuo uerba eadem Salustii
iubet. atque ubi lecta sunt. Quid igitur inquit dicemus: q̄ uidere
est pecuniæ cupidos: & eosdem tamen esse corpore uegeto & ualen-
ti? Tum ille ita respondit: non hercle inscite. Quisquis est inquit
pecuniæ cupiens: & corpore tamen est benehabito & strenuo: aliarū
quoq; reꝝ: uel studio: uel exercitio eū teneri necessariū est: atq; ī sese
colendo nō æque esse parcum. Nam si auaricia sola summa: omnes

hominis partes: affectionesq; occupat: & si ad incuriam usq; corporis grassetur: ut per illā unā: neq; uirtutis: neq; uiriū: neq; corporis: neq; animi adsit curā. Tū deniq; iis uere dici potest: effœmīato esse & aīo & corpore: qui neq; sese: neq; aliud curet: nisi pecuniā. Tū Phauorinus aut hoc inquit: quod dixisti probabile est: aut Salustius odio auariciæ plusq̄ potuit eam criminatus est.

¶ Quénā esse natalem diem. M. Varro dicat eoꝝ: qui ante noctis hora sextā: postue eā nati sunt. Atq; inibi de tēporibus terminisq; dieꝝ qui ciuiles nominantur. & usq;quaq; gentiū uarie obseruāt̄. & præterea qd. Q. Mutius scripserit super ea: quā maritus nō iure usurpauisset: ꝙ rationē ciuilis anni nō habuerit ¶ Caput. ii.

QVæri solitū est: q noctis hora tertia: quartaue: siue qua alia nati sūt: uter dies natalis haberi appellariq; debeat: isne quē nox ea consecuta est: an qui dies noctē cōsecutus est. M. Varro ī libro reꝝ humanaꝝ: quē de diebus scripsit: homines inquit: qui media nocte: ad proximā mediā noctem in his horis. xxiiii. nati sunt: una die nati dicuntur. Quibus uerbis ita uidetur: dieꝝ obseruationē diuisisse: ut qui post solem occasum: ante mediam noctem natus sit: is ei dies natalis sit: a quo die ea nox cœperit. Contra uero qui in sex horis posterioribus nascitur: eo die uideri natū: q post eā noctē diluxerit. Athenienses autē aliter obseruare idem Varro in eodē libro scripsit. eosq; a sole occaso ad solem iterum occidentē omne id mediū tempus unū diem esse dicere. Babylonios porro aliter. A sole enim exorto ad exortum eiusdem incipientem: totum id spatium unius diei nomine appellare. Multos uero ī terra umbria unum & eūdem diē esse dicere a meridie usq; ad insequentem meridiē. Q uod qdē Varro īqt nimis absurdū est. Nā qui calendis hora sexta natus est apud umbros: dies eius natalis uideri debebit: & calendarum dimidiaꝝ & qui est post calendas dies: ante horā eiusdem diei. vi. Populū autem romanum ita uti Varro dixit: dies singulos annumerare a media nocte: usq; ad mediā proximā multis argumentis ostenditur. Sacra sunt romana partim diurna: partim nocturna. Sed ea quæ inter noctem fiūt: diebus adiiciūt̄ nō noctibus. Quæ igit̄ sex posterioribus noctis horis fiunt: eo die fieri dicunt̄: qui proximus eam noctem illucescit. Ad hoc ritus quoq; & mos auspicādi eādē eē obseruationē docet. Nā magistratus quando una die eis est auspicandum: & id super quo auspicauerunt

agendū poſt mediā noctē auſpicāt̄. & poſt meridiē ſole magno. Au/
ſpicatiq; eſſe: & egiſſe ex eodē die dicuntur. Præterea tribuni plebei:
quos nullū diē abeſſe roma licet: cū poſt mediā noctē ꝓficiſcunt̄: &
poſt primā facem ante mediā ſequētē reuertunt̄: nō dicunt̄ abfuiſſe
unū diem: quando ante horam noctis.vi.regreſſi: parte aliqua illius
in urbe roma ſunt. ¶.Q.quoq; Mutiū iuriſconſultū dicere ſolitū
legi: nō eſſe uſurpatā mulierē calendis Ianuariis: quæ apud uirū cau/
ſa matrimonii eſſe cœpiſſet: ante diem.iiii.calendas Ianuarias ſequē
tis uſurpatū iſſet. Non enim poſſe impleri trinoctium: quod abeſſe
a uiro uſurpandi cauſa ex.xii.tabulis deberet. quoniam tertiæ noctis
poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent: qui īciperet ex calēdis. Iſtæc
autē oīa de dierū tēporibus & finibus ad obſeruationē diſciplinamq;
iuris antiqui pertinentia: cū in libris ueterū inueniremus nō dubita/
bamus: quin Virgilius quoq; id ipſū oſtenderit: non expoſite: atque
aperte: ſed ut hominem decuit: poeticas res agentem recōdita: & q̄ſi
operta ueteris iuris ſignificatione. ¶Torquet inquit medios nox hu/
mida curſus. Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis. His enī uerſi
bus oblique ſicuti dixi: admonere uoluit diem: quē Romani ciuilem
appellauerunt: a.vi.noctis hora oriri.

¶De noſcendis explorādiſq; Plauti comœdiis: quoniam promiſcue
ueræ atq; falſæ noīe eius inſcriptæ ferunt̄. Atq; inibi ꝙ Plautus ī pi/
ſtrino: & Neuius in carcere fabulas ſcriptitarunt.

¶Caput.iii.

VErū eſſe cōperior: quod quoſdā bene litteratos homines dicere
audiui: q pleraſq; Plauti comœdias curioſe: atq; contente lecti
tarunt: nō indicibus Helii: nec Claudii: nec Aurelii: nec Accii: nec Ma
nilii: ſup his fabulis: quæ dicunt̄ ambiguæ: credituros: ſed ipſi Plau/
to moribuſq; ingenii: atq; linguæ eius. Hac enim iudicii norma Var
ronem quoq; eſſe uſum uidemus. Nā præter illas unam &.xx. quæ
uarronianæ uocantur: quas iccirco a cæteris ſegregauit: quoniam du/
bioſæ non erant: ſed conſenſu omniū Plauti eſſe cenſebant̄: quaſdā
itē alias ꝓbauit adductus ſtilo: atq; facetia ſermonis Plauto cōgruē/
tis. Eaſq; iā nomibus aliorū occupatas: Plauto uindicauit. Sicuti iſtā
quam nuperrime legebamus: cui eſt nomen boetia: nam cum in illis
una: &.xx. nō ſit: & eſſe Aquilii dicatur: nihil tamē Varro dubitauit:
quin Plauti foret. neq; alius quiſquam non infrequens Plauti lector

dubitauerit:ſi uel hos ſolos uerſus ex ea fabula cognouerit:qui quo-
niam ſunt:ut de illius Plauti more dicam plautiniſſimi:propterea et
meminimus eos:et aſcripſimus.Paraſitus ibi exuriens hæc dicit.
Vt illum dii perdant:primus qui horas repperit.
Q uiq; adeo primus ſtatuit hic ſolarium.
Q ui mihi cōminuit miſero articulatim diem.
Nam me puero uetus erat ſolarium
Multo omnium iſtorum optimū:et ueriſſimum.
Vbi ubi iſte monēbat eſſe:niſi cum nihil erat.
Nunc etiam quod eſt:non eſtur:niſi cum ſoli lubet.
Itaq; adeo iam oppletuſt oppidum ſolariis.
Maior pars populi aridi reptant fame.
Phauorinus quoq; noſter:cū Neruulariā Plauti legerē: quæ inter in
certas eſt habita:et audiſſet ex ea comœdia uerſum hunc.
Stratæ ſcruppæ de ſtrato uluæ ſordidæ:delectatus faceta uerboꝝ an-
tiquitate:meretricū uitia:atq; deformitates ſignificātium : uel unus
hercle inquit hic uerſus Plauti eſſe hanc fabulā: ſatis poteſt fidei fe-
ciſſe.Nos quoq; ipſi nuperrime:cū legeremus fretū:nomē eſt id co-
mœdiæ:quā Plauti eſſe quidā nō putāt:haud qcq̄ dubitamus: quin
Plauti foret:et omniū maxime genuina. Ex qua duos hos uerſus ex-
ſcripſimus:ut hiſtoriam quæreremus oraculi arietini: Nūc illud:eſt
quod Arietini reſpōſum magnis ludis dicitur.Peribo ſi nō fecero. Si
faxo:uapulabo.M.tamē Varro in libris de comœdiis plautinis prīo
actu uerba hæc ponit.Nā nec gemini:nec leones:nec cordolium: nec
Anus Plauti:nec bis cōpreſſa:nec boetia unq̄ fuit.Neq; adeo ἄγροι-
κος:neq; cōmorientes:ſed.M.Accutici . In eodem libro.M. Varrōis
id quoq; ſcriptum eſt:Plautium fuiſſe quempiam poetam comœdi
arum.Cuius quoniam fabulæ Plauti inſcriptæ forent: acceptas eſſe:
quaſi plautinas:cū eſſent:non a Plauto plautinæ:ſed a Plautio plau
tinæ.Feruntur autem ſub Plauti nomine comœdiæ circiter:cētū atq;
.xxx.Sed homo eruditiſſimus Lælius:quīq; et.xx.eſſe eius ſolas exi
ſtimauit.Non tamen dubium eſt:quin iſta : et quæ ſcripta a Plauto
non uidentur:et nomini eius adiiciuntur:ueterum poetarū fuerint:
et ab eo retractatæ:et expolitæ ſint. Ac ꝑpterea recipiāt dictū plauti-
nū.Sed enī Saturionē:et Addictum:et tertiam quandā: cuius nunc
mihi nomen non ſuppetit: in piſtrino eū ſcripſiſſe Varro: et pleriq;

alii memoriæ tradiderunt: cũ pecunia omni: quã in operis artificum scænicoꝝ pepererat: in mercationibus perdita inops romã rediſſet. & ob quærẽdũ uictum ad circũagendas molas: quæ truſatiles appellãt': operã piſtori locaſſet. Sicuti de Neuio quoq; accepimus: fabulas eũ in carcere duas ſcripſiſſe: Areolum: & Leontẽ: cũ ob aſſiduã maledicẽtiam: & probra in principes ciuitatis: de græcoꝝ poetaꝝ more dicta: ĩ uincula romæ a triumuiris coniectus eſſet. Vnde poſt a tri. ple. exemptus eſt: cũ iis q̃s ſupra dixi fabulis: delicta ſua: & petulãtias dictorũ quibus multos ante læſerat: diluiſſet.

Quod. P. Africano: & aliis tũc uiris nobilibus ante ætatẽ ſenectã barbam: & genas radere: patrii moris fuit. Caput. iiii.

IN libris: quos de uita. P. Scipionis Africani cõpoſitos legimus ſcriptũ animaduertimus. P. Scipioni Pauli filio: poſtq̃ de pœnis triumphauerat: cenſorq; fuerat: eidem diem dictum ad populũ a Claudio Aſellio tri. ple. cui equum in cenſura ademerat. Eũq; cum eſſet reus: neq; barbam deſiſſe radi: neque nõ candida ueſte uti: neq; fuiſſe cultu ſolito reorum. Sed cum in eo tempore Scipionem minorem. xl. annorum fuiſſe conſtaret: quod de barba raſa ita ſcriptum eſſet: mirabamur. Comperimus autem cæteros quoque in iiſdem tẽporibus nobiles uiros: barbã in eiuſmodi ætate raſitauiſſe. Iccircoq; pleraſq; imagines ueteꝝ: non admodum ſenum: ſed in medio ætatis ita factas uidemus.

Delitiarum uitium: & mollicies oculorum: & corporis: ab Archeſilao philoſopho: cuidam obprobrata acerbe ſimul & feſtiuiter.

Caput. v.

PLutarchus refert Archeſilaũ philoſophũ uehemẽti uerbo uſũ eſſe: de quodã nimis delicato diuite: qui incorruptus tamen: & caſtus perinteger dicebat'. Nã cũ uocẽ eius infractã: capillũq; arte cõpoſitum: & oculos ludibundos: atque illecebræ uoluptatiſq; plenos uideret: nihil intereſt inquit: quibus membris cinædi ſitis poſteriori bus: an prioribus.

De ui atq; natura palmæ arboris: quod lignũ ex ea ponderibus impoſitis renitatur. Caput. vi.

PErhercle rẽ mirãdã Ariſtoteles ĩ. vii. ꝓblematũ: & Plutarchus ĩ. viii. ſymphoſicorũ ſcribit. Si ſuper palmæ ĩquit arboris lignũ magna põdera ĩponas: ac tã grauiter urgeas: onereſq;: ut magnitudo

oneris ſuſtineri non queat:non deorſũ palma cedit:nec intra flectitᷣ:
ſed aduerſus põdus reſurgit:& ſurſum utitur:recuruaturq;.Propte-
rea inquit Plutarchus in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit
uictoriæ:quoniam ingenium eiuſmodi ligni eſt: ut urgentibus pre-
mentibuſq; non cedat.

¶ Hiſtoria ex ãnalibus ſumpta:de.Q .Ceditio tri.militũ. uerbaq;
ex originibus.M.catonis appoſita:quibus ceditii uirtutem cũ Spar-
tano leonida æquiparat. ¶ Caput. vii.

PVlchrum dii boni facinus:græcarũq; facundiarꝫ magniloquẽ-
tia condignum.M.cato in libris originum: de.Q .ceditio tri.
militum ſcriptum reliquit.Id profecto eſt ad hanc ferme ſententiã.
Imperator pœnus in terra ſicilia:bello carthaginenſi primo: obuiam
romano exercitui progreditur.colles locoſq; idoneos prior occupat.
Milites romani:uti res narrata eſt:in locum inſinuant fraudi & per-
niciei obnoxium.Tribunus ad conſulem uenit. Oſtendit exitum de
loci importunitate:& hoſtium circũſtantia. Maturum cenſeo inqt:
ſi rem ſeruare uis:faciundum:ut.cccc.aliquos milites ad uerrucã illã
(ſic enim.M.cato locum editum:aſperũq; appellat)ire iubeas . Eãq;
uti occupent:imperes:horteriſq;.hoſtes profecto ubi id uiderint:for
tiſſimus quiſque & promptiſſimus: ad occurſandum pugnãdumq;
in eos præuertentur.unoq; illo negocio ſeſe alligabunt. atque illi oẽs
.cccc.proculdubio obtruncabuntur. Tu interea occupatis in ea cæde
hoſtibus:tẽpus exercitus ex hoc loco educendi habebis.Alia:niſi hæc
ſalutis uia nulla eſt.conſul tribuno reſpondit:conſilium quidem fi-
dum:atq; prouidens ſibi uiderier.Sed iſtos inquit milites.cccc.ad eũ
locum in hoſtium cuneos:quiſnam erit:qui ducat? Si alium inquit
tribunus:neminem reperis:me licet ad hoc periculũ utare. Ego hanc
tibi:& reip.animam do:conſul tribuno gratias laudeſq; agit. Tribu
nus &.cccc.ad moriendũ proficiſcũtur. Hoſtes eorꝫ audaciam demi-
rantur.Quorſum ire pergant:in expectãdo ſunt. Sed ubi apparuit:
ad eãdẽ uerrucã occupandam iter intendere mittit aduerſum illos im
perator carthaginenſis peditatũq; equitatum:quos in exercitu uiros
habuit ſtrenuiſſimos.Romani milites circũueniuntᷣ.circũuenti repu
gnant.Fit præliũ diu anceps.Tãdẽ ſuperat multitudo. Quadringẽti
omnes tum una perfoſſi gladiis:aut miſſilibus operti cadũt.Conſul
interibi:dũ ea pugna fit:ſe in locos tutos:atq; editos ſubducit. Sed

quod illi tribuno duci militum.cccc.diuinitus ĩ eo prælio usu uenit: non iam nostris: sed ipsius Catonis uerbis subiecimus.uerba Catõis. Dii ĩmortales tri.militum fortunam ex uirtute eius dedere. Nam ita euenit. Cum sautius multifariam ibi factus esset : tum uulnus capiti nullum euenit. Eumq; inter mortuos defatigatum uulneribus : atq; spirantem quod sanguen defluxerat: cognouere: eum sustulere. Isq; cõualuit. Sæpeq; post illam operam reip. fortem: atq; strenuam phi buit. Illoq; facto: quod illos milites subduxit: exercitum cæterũ ser uauit. Sed idem benefactum in quo loco ponas: nimiũ interest. Leo nides Lacedæmonius laudatur: qui simile apud Thermopylas fecit. Propter eius uirtutes omnis græcia gloriã: atq; gratiam præcipuã cla ritudinis inclytissimæ decorauere monumẽtis: signis: statuis: elogiis: historiis. Aliisq; rebus gratissimum id eius factum habuere. At tribu no militum parua laus pro factis relicta: qui idem fecerat: atq; rẽpu. seruauerat. Hanc. Q. Ceditii uirtutem. M. cato tali suo testimonio decorauit. Claudius autem Quadrigarius annali.iii. non Ceditio no men fuisse refert: sed Laberio.

¶ Litteræ eximiæ consulum. C. Fabritii: & Aemilii ad regẽ Pyrrhum a Quinto claudio scriptore historiarũ in memoriam datæ.

¶ Caput.viii.

CVm Pyrrhus rex in terra Italia esset: & unam atq; alterã pugnã prospere pugnasset: satisq; ãgerentur romani: & pleraq; Italia ad regem desciuisset: tum ambraciensis quispiam Thimochares Re gis Pyrrhi amicus ad. C. Fabritium consulẽ furtim uenit. ac premiũ petiuit. & si de premio cõueniret: promisit regem uenenis necare. Id quod facile factu esse dixit: quoniam filii sui pocula in conuiuio regi ministrarent. Eam rem Fabritius ad senatũ scripsit. senatus legatos ad regem misit. Mandauitq; ut de Thimochare nihil proderent: sed monerent: uti rex circũspectius ageret: atq; a proximorũ insidiis salu tem tutaretur. hoc ita uti diximus: ĩ Valerii Antiatis historia scriptũ est. Quadrigarius autem ĩ libro.iii. non Thimocharem: sed Niciam adisse ad consulem scripsit. Neq; legatos a senatu missos: sed a con sulibus. Et regem a populo romano laudes atq; gratias scripsisse. ca ptiuosq; omnis: quos tum habuerit: restituisse: & reddidisse. Consu les tum fuerunt. C. Fabritius: & Aemilius. Litteras quas ad regẽ Pyr rhum super ea causa miserunt: Claud. Quadrigarius scripsit fuisse

hoc exemplo. Consules Romani salutem dicunt Pyrrho regi. Nos ꝓ tuis iniuriis continuo animo strenui commoti inimiciciter tecū bella re studemus. Sed cōmunis exempli: & fidei ergo uisum est: uti te salꝰ uum uelimus: ut esset: quem armis uincere possimus. Ad nos uenit Nicias familiaris tuus: qui sibi precium a nobis peteret: si te clam interfecisset. Id nos negauimus uelle. Neue ob eam rem quicq̄ cōmodi expectaret: & simul uisum est: ut te certiorem faceremus: ne qd eiusmodi si accidisset: nostro consilio ciuitates putarent factum. & quod nobis nō placet precio: aut premio: aut dolis pugnare: Tu nisi caueas iacebis.

Quis & cuiusmodi fuerit: qui in prouerbio fert̃ equus seianus. & qualis color equoꝶ sit: qui spadices uocant̃. Deq; istius uocabuli ratione. Caput nonum.

C. Bassus in commentariis suis: item Iulius modestus in secundo quæstionum confusaꝶ historiā de equo seiano tradunt: dignā memoria: atq; admiratione. Cn. Seium quempiam scribunt fuisse. Eūq; habuisse equum natum argis in terra græcia: de quo fama constans esset: tanq̄ de genere equoꝶ ꝓgenitus foret: qui Diomedis thracis fuissent: quos hercules Diomede occiso e thracia argos ꝑduxisset. Eum equum dicunt fuisse magnitudine inusitata: ceruice ardua: colore phœniceo: flaua & comanti iuba. Omnibusq; aliis equoꝶ laudibus quoq; longe præstitisse. Sed eūdem equum tali fuisse fato: siue fortuna ferunt: ut quisquis haberet eum: possideretq;: is cum omni domo: familia: fortunisq; omnibus suis ad internitionem usq; deperiret. Itaq; primum illum Cn. Seium dominum eius: a. M. Antonio qui postea triumuir reipu. constituendæ fuit: capitis damnatum miserando supplicio affectum esse. Eodem tempore Cor. Dolobellā cōsulem in syriam proficiscentem fama istius equi adductum argos diuertisse. Cupidineq; habendi eius exarsisse. Emisseq; sestertiis centū milibus. Sed ipsum quoq; Dolobellam in syria bello ciuili obsessum atq; interfectum esse. Mox eundē equum: qui Dolobellæ fuerat. C. Cassium: qui dolobellam obsederat: abduxisse. Cum cassium postea satis notum est: uictis Parthis: fusoq; exercitu suo: miseram mortem oppetiisse. Deinde Antonium post interitum Cassii parta uictoria: equum illum nobilem cassii requisisse. & cum eo potitus esset: ipsum quoq; postea uictū: atq; desertū: detestabili exitio īterisse. Hic ꝓpuer

bium de hominibus calamitosis ortum: diciq; solitũ. Ille homo habet equum seianum. ¶ Eadem sententia est illius quoq; ueteris prouerbii: quod ita dictum accepimus. Aurum tolosanum. Nam cũ oppidum tolosanum in terra italia. Q. Cepio consul diripuisset: multumq; auri in eius oppidi templis fuisset: quisquis ex ea direptiõe aurum attigit: misero cruciabiliq; exitu periit. Hunc equum. C. Bassus uidisse se argis refert: haud credibili pulchritudine: uigoreq;: & color exuperãtissimo. Quem colorem nos (sicuti dixi) puniceum: græci partim φοίνικα: alii σπαδίκα appellant: quoniam palmæ termes ex arbore cum fructu auulsus spadix dicitur.

¶ Quod est quædã septenarii numeri uis & facultas: in multis naturæ rebus animaduersa: de qua. M. Varro ĩ hebdomadibus disserit copiose. ¶ Caput. x.

M. Varro ĩ primo librorum: qui inscribunt hebdomades: uel de imaginibus septenarii numeri: quem græci hebdomada appellãt: uirtutes: potestatesq; multas: uariasq; dicit. Is nãq; numerus inquit: septẽtriones maiores: minoresq; facit in cælo. Item uergilias: quas græci πλειάδας uocant. Facit etiam stellas: quas alii erraticas. P. Nigidius errones appellat. Circulos quoq; ait in cælo: circum longitudinẽ axis septẽ esse: e quis duos minimos: qui axẽ extimũ tangunt: πόλυς: id est axes appellari dicit. Sed eos in spæra quæ κρικώτη: id est spæra pertusa uocatur propter breuitatẽ non inesse. Atqui neq; ipse zodiacus septenario caret numero. Nã in septimo signo fit solstitiũ a bruma. In septimo bruma a solstitio. In septimo æquinoctium ab æquinoctio Dies deinde illos: quibus halcyones hyeme anni in quã nidulantur: eos quoq; septẽ esse dicit. Præterea scribit lunæ curriculũ cõfici integrũ quater septenis diebus. Nã duodetricesimo luna inquit: ex quo uestigio profecta est: eodem redit. Auctoreq; opinionis huius Aristidem esse samiũ: in qua re nõ id solũ animaduerti debere dicit: quod quater septenis. i. octo & uigĩti diebus conficeret iter luna suum. Sed quod is numerus septenarius: si ab uno profectus: dũ ad semetipsũ progreditur: omnis: per quos progressus est: numeros cõprehẽdat: ipsũq; se addat: facit numerum octo &. xx. quot dies sũt curriculi lunaris. Ad homines quoq; nascẽdos uim numeri istius porrigi: pertinereq; ait. Nã cũ in uterũ inquit mulieris genitale semen datũ est: primis septẽ diebus cõglobatur coagulaturq;. Fitq; ad capiendã figurã idoneũ. Post deinde

quarta hebdomade: quod eius uirile fœtus futurum eſt: caput: & ſpi-
na: quæ eſt in dorſo informatur. Septima autem fere hebdomade. i.
nono &. xl. die totus inquit homo ĩ utero abſoluitur. Illam quoque
uim numeri huius obſeruatam refert: ꝙ ante menſem ſeptimũ: neq;
maſculus: neq; fœmina ſalubriter: ac ſecundum naturam naſci po-
teſt. & ꝙ ii: qui iuſtiſſime in utero ſunt: poſt. cclxxx. dies: poſtq̄ ſunt
cõcepti: quadrageſima denique hebdomade ita naſcuntur. Pericula
quoque uitæ fortunarumq; hominum: quæ climateras Chaldæi ap-
pellant grauiſſima quæq; fieri affirmat ſeptenariis. Præter hæc mo-
dum eſſe dicit ſummum adoleſcẽdi humani corporis ſeptem pedes:
quod eſſe magis uerum arbitramur: q̄ quod Herodotus homo fabu-
lator in primo hiſtoriarũ inuentum eſſe ſub terra ſcripſit. Oreſti cor-
pus cubita longitudinis habens ſeptem: quæ faciũt pedes duodecim
& quadrantem. Niſi ſi (ut Homerus opinatus eſt) uaſtiora: prolyxio-
raq; fuerint corpora hominum antiquorum: & nunc quaſi iam mũ-
do ſeneſcente: rerũ atque hominum detrimenta ſunt. Dentes quoq;
& in primis ſeptem menſibus: & ſeptenos ex utraq; parte gigni ait.
& cadere ãnis ſeptenis. & genuinos ãnaſci annis fere bis ſeptenis. Ve-
nas etiam in hominibus: uel potius arterias: medicos muſicos dicere
ait: numero moueri ſeptenario: quod ipſi appellant τὴν διὰ τεσά-
ρων συμφωνίαν: id eſt per quaternarium conſonantiam: quæ fit ĩ
collatione quaternarii numeri. Diſcrimina etiam periculorum ĩ mor-
bis maiore ui fieri putant in diebus: qui conficiuntur ex numero ſep-
tenarii. Eoſq; dies omniũ maxime ita ut medici appellant: κριτικοὺς
ἢ κρισίμους: id eſt iudicarios uel iudiciales cuiq; uideri primam heb-
domadam: & ſecundam: & tertiam. Nec non id eſt etiam ad uim fa-
cultateſq; eius numeri augendas: ꝙ quibus inedia mori conſiliũ eſt:
ſeptimo demum die mortem appetũt. Hæc Varro de numero ſepte-
nario ſcripſit admodum cõquiſite. ¶ Sed alia quoq; ibidem cõgerit
frigidiuſcula. Veluti ſeptem opera eſſe in orbe terrarum miranda. &
ſapientes item ueteres ſeptem fuiſſe. & curricula ludorum circenſiũ
ſolẽnia ſeptem eſſe. ad oppugnandas thebas duces ſeptem delectos.
Tum ibi addit ſe quoque iam duodecimam annorum hebdomadã
ingreſſum eſſe: & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorũ cõ-
ſcripſiſſe. Ex quibus aliquãdiu cum proſcriptus eſſet: direptis biblio-
thecis ſuis non comparuiſſe.

Quibus: & q̃ friuolis argumentis Actius in didascalicis utatur: q/bus docere nititur Hesiodum esse: q̃ Homerum natu antiquiorem.

Caput.xi.

SVper ætate Homeri atq; Hesiodi: non consentitur. Alii Homerum: q̃ Hesiodum: maiorem natu fuisse scripserunt. In qbus Philochorus & Zenophanes. Alii minorem: ĩ quis. L. Actius poeta: & Ephorus historiæ scriptor. M. autem Varro in primo de imaginibus: uter prior natus sit: parum constare dicit. Sed non esse dubium quin aliquo tempore eodem uixerint. idq; ex epigrammate ostendit: quod in tripode scriptum est: qui in monte helicone ab Hesiodo positus traditur. Actius autem in primo didascalico leuibus admodum argumẽtis utitur: per quem ostendit Hesiodum natu priorẽ. Quod Homerus inquit: cum in principio carminis Achillẽ esse filium Pelei diceret: quis esset Peleus: non addidit. Quam rem procul inqt dubio dixisset: nisi ab Hesiodo iam dictum uideretur. De Cyclope itidẽ inquit: uel maxime q͵ unoculus fuit: rem tam insignẽ nõ prætcrisset nisi æque prioris Hesiodi carminibus inuulgatum esset. De patria quoq; homeri multo maxime dissensum est. Alii colophonium: alii smyrnæum: sunt qui atheniensem: sunt qui ægyptũ dicãt fuisse. Aristoteles tradit ex insula io natũ. M. Varro in libro de imaginibus primo Homeri imagini hoc epigramma apposuit.

Capella homeri candida hoc tumulum indicat.

Quod ariete mortuo faciunt sacra.

ἑπτὰ πόλεις ἐρίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου.

σμύρνα ῥόδος κολοφῶν σαλαμὶν ἴος ἄργος ἀθῆναι.

Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri.

Smyrna: rodus: colophon: salamin: ius: argos: athenæ.

Largũ atq; auidũ bibẽdi a. P. Nigidio doctissimo uiro nouo & ꝓpemodũ absurdo uocabulo bibosum dictũ. Caput.xii.

OBibẽdi auidũ. P. Nigidius in cõmẽtariis grãmatis bibacẽ & bibosum dicit. Bibacẽ ego: ut edacẽ a plerisq; aliis dictũ lego. Bibosum dictũ: etiã nusq̃ repperi: nisi apud Laberiũ. Neq; aliud est: ꝙ simili inclinatu dicatur. Non enĩ simile est: ut uinosus: aut uitiosus: cæteraq; quæ hoc mõ dicũt: quoniã a uocabulis nõ a uerbo inclinata sũt. Laberius in mimo uel prĩo: q salinator inscriptus est: uerbo hoc ita utit̃. Nõ mammosa: non annosa: non bibosa: non procax.

¶ Quod Demoſthenes etiam tum adoleſcens cum Platonis philo/ſophi diſcipulus foret: audito forte Calliſtrato rhetore in cõtione populi: deſtitit a Platone: & ſectatus eſt Calliſtratum.

¶ Caput. xiii.

HErmippus hoc ſcriptũ reliqt: Demoſthenẽ admodũ adoleſcẽtẽ uentitare ĩ academiã: Platonẽq; audire ſolitũ. Atq; is inqt Demoſthenes domo egreſſus: ut ei mos erat: cũ ad Platonẽ pergeret: cõpluriſq; populos currentes uideret: percontatur eius rei cauſam. Cognoſcitq; currere eos auditũ Calliſtratum. Is Calliſtratus athenis orator in repu. fuit. Illi δημαγογοὺς appellant. uiſum eſt paulũ diuertere. expeririq; an ad digna auditu: tanto properatũ ſtudio foret. Venit ĩquit: atq; audit Calliſtratum: nobilem illam τὴν περὶ ὀρώπου δίκην. id eſt de oropo cauſam dicentem. Atq; ita motus: & demulctus: & captus eſt: ut Calliſtratum iam ĩde ſectari cœperit: academiã cum Platone reliquerit.

¶ Dimidiũ librũ legi: aut dimidiã fabulã audiui: aliaq; huiuſcemodi: q dicat uitioſe dicere. Eiuſq; uitii cauſas reddere. M. Varronẽ: nec queq̃ ueterꝶ iiſce uerbis ita uſum eſſe.

¶ Caput. xiiii.

DImidiũ librũ legi: aut dimidiã fabulam audiui: uel quid aliud huiuſcemodi: & male & uitioſe dici exiſtimat Varro. Oportet enim inquit dicere: dimidiatũ librũ: non dimidiũ. & dimidiatã fabulam: non dimidiam. Contra autem ſi e ſextario hemina fuſa eſt non dimidiatũ ſextariũ fuſum dicendũ eſt. Et qui quoq; ex mille nũmũ quod ei debebatur: quingentos recepit: non dimidiatũ recepiſſe dicemus: ſed dimidiæ. At ſi ſcyphus inquit argenteus mihi cum alio cõmunis in duas partes diſiectus ſit: dimidiatũ meũ dicere eſſe ſcyphũ debeo: nõ dimidiũ. Argẽti autem: quod in eo ſcypho ineſt: dimidiũ meũ eſſe: non dimidiatum: diſſerit. ac diuidit ſubtiliſſime: quod dimidium dimidiato interſit. &. Q . Ennium ſcienter hoc in ãnalibus dixiſſe ait. Sicuti ſi quis ferat uas uini dimidiatũ. Sic pars quæ deeſt a uaſe: non dimidiata dicenda eſt: ſed dimidia. Oĩs autẽ diſputatõis eius: quã ſubtiliter quidẽ: ſed ſub obſcure explicat: ſũma hæc eſt. Dimidiatũ eſt quaſi diſmediatũ: & in partis duas pares diuiſum. Dimidiatum ergo: niſi ipſum quod diuiſum eſt: dici haud conuenit. Dimidiũ uero eſt non quod ipſũ dimidiatũ eſt: ſed quæ ex dimidiato pars altera eſt. Cũ igitur partẽ libri dimidiã legiſſe uolumus dicere:

aut partem dimidiã fabulæ audisse: si dimidiã fabulã: aut dimidiũ librum dicemus: peccabimus. Totum enim ipsum: quod dimidiatũ aut diuisum est: dimidiũ dicis. Itaq; Lucilius eadẽ secutus: uno oculo inquit pedibusq; duobus: dimidiatus ut porcus. Et alio loco: quid ni & scuta quidem ut uendat: scutarius laudat. Perfractam strigilem soleam improbus dimidiatam. Iã in. xx. manifestius dimidiã horam dicere studiose fugit. Sed ꝓ dimidia dimidiũ ponit ĩ hisce uersibus.

Tempestate sua: atq; eodem uno tempore: & horæ
Dimidio tribus confectis duntaxat eãdem: & quartam.

Nã cũ obuiũ ꝓximũq; esset dicere: & hora dimidia tribus cõfectis: uigilate: atq; attente uerbũ nõ probũ mutauit: per quod satis apparet: ne horã quidẽ dimidiã recte dici: sed uel dimidiatam horã: uel dimidiam partem horæ. Propterea Plautus in bachidibus dimidium auri dicit: non dimidiatũ auꝝ. Item in aulularia: dimidium obsonii: non dimidiatum obsonium: in hoc uersu.

Ei adeo obsonii hinc iussit dimidiũ dari. In menæchinis autẽ dimidiatum diem: non dimidium in hoc uersu. Dies quidem iam ad umbiculum dimidiatus mortuus est. Etiam. M. Cato in libro: quẽ de agricultura conscripsit: semen cupressi serito crebrũ: ita uti linum seri solet. eo crebro terram insternito: dimidiatũ digitum. Iam id bene tabula: aut pedibus: aut manibus cõplanato. dimidiatum ĩquit digitum: non dimidium. Nam digiti quidem dimidium. digitũ autẽ ipsum dimidiatum dici oportet. Item. M. Cato de carthaginensibus ita scripsit. Homines defoderunt in terram dimidiatos. ignemq; circũposuerunt. ita interfecerunt. Neq; quisq̃ omnium: qui probe locuti sunt his uerbis secus: q̃ dixi usus est.

¶ Extare in litteris: perq; hominum memorias tardi: ꝙ repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatum: interclusa anima: & uim magni: nouiq; motus non sustinente.

¶ Caput. xv.

Cognito repẽte insperato gaudio expirasse animã refert Aristoteles philosophus Polycratã nobilẽ fœminã e naxo insula. Philippides quoq; comœdiaꝝ poeta: haud ignobilis ætate iã edita: cũ in certamĩe poetaꝝ præter spem uicisset: & lætissime gauderet ĩter illud gaudium repente mortuus est. de rhodio etiã diagora celebrata historia est. Is diagoras tris filios adolescentes habuit: unũ pugilem: alteꝝ

pãcratiaſten:tertium luctatorem. Eoſq; omnis uidit uincere:corona
riq; eodem olympiæ die:& cum ibi eum tres adoleſcentes amplexi:co
ronis ſuis in caput patris poſitis ſauiarentur : cũq; populus gratula-
bundus flores undiq; in eum iacerent:ibi in ſtadio inſpectãte popu-
lo:in oculis atq; in manibus filiorum animam efflauit. Præterea in
noſtris annalibus ſcriptum legimus.qua tẽpeſtate apud cannas exer
citus populi romani cæſus eſt:anum matrẽ nuncio de morte filii alla
to:luctu atq; mœrore affectam eſſe. Sed is nuntius non uerus fuit.
Atq; is adoleſcẽs non diu poſt ex ea pugna ĩ urbem redit. Anus repẽ-
te filio uiſo:copia:atq; turba:& quaſi ruina incidentis inopinati gau
dii oppreſſa exanimataq; eſt.

¶ Tẽporis uarietas in puerperiis mulierꝝ: quænã ſit a medicis & phi
loſophis tradita. Atq; inibi poetarꝝ quoq; ueterꝝ:ſuper eadẽ re opini-
ones. Multaq; alia auditu:atq; memoratu digna. Verbaq; ipſa Hip
pocratis medici ex libro illius ſumpta: q̃ inſcriptus eſt περὶ τροφῆς:
id eſt de alimẽto. Id quoq; eſſe a grauiſſimis uiris memoriæ mãdatũ.

¶ Caput.xvi.

ET medici & philoſophi illuſtres:de tẽpore humani partus quæ
ſiuerunt. πόσος ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος. id
eſt quãtum eſt hominum geſtationis tempus . Et multa opinio eſt.
Eaq; iam pro uera recepta. Poſtq̃ mulieris uterus cõceperit ſemen:gi
gni hominẽ ſeptimo mẽſe rarenter:nũq̃ octauo:ſæpe nono: ſæpenu
mero decimo mẽſe. Eũq; eſſe hominem gignendi ſũmũ finẽ : decem
menſes non inceptos:ſed exactos. Idq; plautũ ueterẽ copiã dicere ui-
demus:in comœdia ciſtellaria:his uerbis . Tum illa:quã cõpreſſerat
decimo poſt menſe exacto:hic peperit filiam. Hoc idẽ tradit etiã Me
nãder poeta uetuſtior:humanarꝝ opinionũ uel peritiſſimus. Verſus
eius ſuper ea re de fabula Plocio poſui. γυνὴ κύει δεκάμηνος: mu-
lier decimeſtris parit. Sed noſter Cecilius:cum faceret eodem noĩe: &
eiuſdẽ argumenti comœdiam:ac pleraq; a Menandro ſumeret:ĩ mẽ-
ſibus tamẽ genitalibus nominãdis:nõ prætermiſit octauũ:quẽ præ-
terierat Menander. Cecilii uerſus hi ſunt.

Inſolet ne mulier decimo menſe parere?
Pol nono quoq;:ſeptimo:atq; octauo.

Eam rem Cecilium non inconſiderate dixiſſe:neq; temere a Menan-
dro: atq; a multorꝝ opinionibus deſciuiſſe. M. Varro uti credamus

facit. Nam menſe nonnunq̃ octauo editũ eſſe partum in libro. xiiii.
rerum diuinaꝝ ſcriptũ reliquit. Quo ĩ libro etiam undecimo menſe
aliquando naſci poſſe hominem dicit. Eiuſq; ſententiæ: tam de. viii.
q̃ de. xi. mẽſe Ariſtotelẽ laudat auctorem. Sed huius de menſe. viii.
diſſenſionis cauſa cognoſci poteſt ĩ libro Hippocratis. qui ĩſcriptus
eſt: περὶ τροφῆς de alimento. ex quo libro: uerba hæc ſũt: ἔϛι δὲ καὶ
οὐκ ἔϛιν ὀκτάμηνος γένησις. id eſt: Eſt autem & non eſt octime⸗
ſtris partus. Id tam obſcure: atq; præciſe: tãque aduerſe dictum Sabi
nus medicus: qui Hippocratem commodiſſime cõmentatus eſt: his
uerbis enarrauit. ἔϛι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ την εκτρωσιν:
οὐκ ἔϛι δὲ ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ ἔϛιν οὖν φαντασία μὲν
παραντικὰ ὄντα δυνάμει δὲ οὐκ ἔϛι. Id eſt apparent quidem: uelu
ti animalia poſt abortum: Sed nequaq̃ ſunt: quippe quæ ſtatim ui⸗
ta excedant. Itaque eſſe quidem tantiſper imaginantur: ſed potentia
nõ ſunt. Antiquos autem romanos Varro dicit nõ recepiſſe huiuſce⸗
modi quaſi monſtroſas raritates. Sed nono menſe: aut decimo: neq;
præter hos alias partionem mulieris ſecundum naturam fieri exiſti⸗
maſſe. Iccirco eos nomina parcis tribus feciſſe a pariendo: & a nono:
atq; decimo menſe. Nam parca inquit immutata littera una a par⸗
tu nominata. Item nona & decima a partus tempeſtiui tempore. Ce
ſellius autem uindex in lectionibus ſuis antiquis tria inquit nomina
parcarum ſunt: Nona: Decima: Morta. Et uerſum hunc Liuii anti⸗
quiſſimi poetæ ponit ex ὀδυσσεία: id eſt ulyſſea. Quando dies adue
niet: qué profata morta eſt. Sed homo minime malus Ceſellius mor
tam quaſi nomen accepit: cum accipere quaſi meram deberet. Præte
rea ego de partu humano: præterq̃ quæ ſcripta ĩ libris legi: hoc quoq;
ueniſſe uſu romæ comperi. Fœminã bonis atque honeſtis moribus:
non ambigua pudicitia in. xi. menſe poſt mariti mortẽ peperiſſe. Fa⸗
ctumque eſſe negocium ꝓpter rationẽ temporis: quaſi marito mor⸗
tuo: poſtea concepiſſet. quoniam decemuiri in decimo menſe gigni
hominem: non in undecimo ſcripſiſſent. Sed diuum Hadrianũ cau⸗
ſa cognita decreuiſſe in. xi. quoque mẽſe partum edi poſſe. Id quoq;
ipſum eius rei decretũ nos legimus. In eo decreto Hadrianus ita ſta⸗
tuere ſe dicit: requiſitis ueterum philoſophorum: & medicorum ſen
tentiis. Hodie quoque in ſatyra forte. M. Varronis legimus: quæ in⸗
ſcribitur teſtamentum uerba hæc. Siquis mihi filius: unus: pluresue

in decem menſibus gignuntor: Ii: ſi erunt ὄνοι λύρας: id eſt aſini ad lyram exhæredes ſunto. Quod ſiquis undecimo menſe: καταριςοτέλη: id eſt ſecundum Ariſtotelem natus eſto: Accio idem: quod Titio ius eſto apud me: Per hoc uetus prouerbium Varro ſignificat: ſicuti uulgo dici ſolitum erat: de rebus inter ſe nihil diſtantibus. Idem Acci quod Titii: ita pari eodemque iure eſſe in. x. menſibus natos: & ĩ. xi. Quod ſi ita: neque ultra decimum menſem fœtura mulierum protolli poteſt: quæri oportet: cur Homerus ſcripſerit Neptũnũ dixiſſe puellæ a ſe recens compreſſæ:

χαῖρε νῦν φιλότητι: περιπλομένου δ᾽ ἐνιαυτοῦ.
τέξεις ἀγλαὰ τέκνα. ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ.
ἀθανάτων.

Nunc gaude dilecta. aſt cum ſe euoluerit annus
Illuſtres. neque enim diuum cubilia uana.
Natos nixa dabis ¶ Id cum ego ad compluris grammaticos attuliſſẽ partim eorum diſputabant: Homeri quoque ætate: ſicuti Romuli: aunum fuiſſe: non. xii. menſium: ſed. x. Alii conueniſſe Neptunno: maieſtatique eius dicebant: ut longiore tempore fœtus ex eo grandeſceret. Alii alia quædã nugalia. Sed Phauorinus mihi ait: περιπλωμένον ἐνιαυτόν: id eſt uoluente anno: non confecto eſſe anno: ſed affecto. In qua re uſus eſt uerbo non uulgariæ ſignificatiõis. Affecta enim: ſicuti. M. Cicero: & ueterum elegantiſſimi locuti ſunt: ea proprie dicebantur: quæ non ad finem ipſum: ſed proxime fini ꝓgreſſa deductaue erant. Hoc uerbum ad hanc ſententiam Ciceronis in oratione fuit: quam dixit de prouinciis conſularibus. Hippocrates autẽ in eo libro: de quo ſupra ſcripſi: cum & numerum dierũ: quibus cõceptum in utero coagulum conformatur: & tempus ipſius partiõis nono aut decimo menſe definiſſet: neq; id tamẽ ſemp eadẽ eſſe fini dixiſſet: ſed alias ocius fieri: alias ſerius: hiſce ad poſtremum uerbis uſus eſt. γίνεται δὲ ἐντούτοις καὶ πλείω. καὶ ἐλάσσω. καὶ ὅλου. κατὰ μέρος καὶ εἴπομεν δὲ. καὶ πλείω πλειόνων. καὶ ἐλάσσω ἐλασσόνων. i. In hiſce uero & plura fiunt: & pauciora: & ex toto: & ꝑ ꝑtes. Dicimus etiam plura pluribus: & pauciora paucioribus: q̃bus uerbis ſignificat quod aliq̃do ocius fieret: nõ multo tamẽ fieri ocius. Neq; quod ſerius multo ſerius. Memini ego romæ accurate hoc: atq; ſollicite quæſitũ: negocio nõ rei tunc paruæ poſtulante: an. viii. mẽſe

infans ex utero uiuus editus:& ſtatim mortuus ius trium liberorum ſuppleuiſſet:cũ abortio quibuſdã:non partus uideretur mẽſis octa/ ui intẽpeſtiuitas. ❡Sed quoniã de Homerico annuo partu: ac de.xi. menſe diximus quæ cognoueramus: uiſum eſt non prætereundum: quod in Plinii ſecundi libro.vii.naturalis hiſtoriæ legimus. Id autẽ: quia extra fidem uideri poteſt:uerba ipſius Plinii poſuimus. Maſſu rius auctorem.L.Papyrium prætorem:ſecundo hærede lege agente: bonorum poſſeſſionem cõtra eum dediſſe: cum mater partũ ſe.xiii. menſibus tuliſſe diceret:quoniam nullum certum tempus pariendi: ſtatutum ei uideretur.In eodem libro Plinii ſecundi : uerba hæc ſcri/ pta ſunt.Oſcitatio in nixu lætalis eſt:ſicut ſtrenuiſſe accĩt abortiuũ.

❡Quod tres libros Plato Philolai pythagorici:& Ariſtoteles paucu/ los Speuſippi philoſophi mercati ſunt: preciis fidem nõ capiẽtibus.

❡Caput.xvii.

Memoriæ mandatum eſt Platonem philoſophum tenui admo/ dum pecunia familiari fuiſſe.Atq; eum tamen tris Philolai py thagorici libros decem milibus denarium mercatum.Id ei preciũ do/ naſſe quidam ſcripſerunt amicum eius Dionem ſyracuſanum. Ari/ ſtotelem quoq; traditũ libros pauculos Speuſippi philoſophi poſt mortẽ eius emiſſe talentis atticis tribus.ea ſumma fit nummi noſtri duo &:lxx.milia.τιμῶν amarulentus librum maledicentiſſimũ con ſcripſit:qui σιλλος Sillus inſcribitur. In eo libro Platonem philo/ ſophum:quem dixeramus admodum tenui pecunia familiari fuiſſe contumelioſe appellat:q̃ impenſo precio librum pythagoricæ diſci/ plinæ emiſſet.Exque eo Timæum nobilem illum dialogum continu aſſet. Verſus ſuper ea re Τιμῶνος hi ſunt. καὶ σὺ πλάτων καὶ γάρ σεμαθητὴν ὁ πόθος ἔσχεν : πολλῶν δ᾽ἀργυρίων ὀλίγην ἤλλα/ ξας βίβλον ὅθεν ἀπαρχόμενος γράφειν ἐδιδάχθης. Id eſt:tuq; Plato. Nam diſcipulũ te dira cupido Abſtulit. exiguum redimis grã di ære libellum.Scribere per quem orſus:prædoctus abinde fuiſti.

❡Quid ſint pedarii ſenatores & quã ob cauſam ita appellati.Quã/ q; habeant originem uerba hæc:ex edicto tranſlatitio conſulum: Se/ natores:quibuſq; in ſenatu ſententiam dicere licet.

❡Caput.xviii.

Non pauci ſunt:q opinant̃ pedarios ſenatores appellatos:q ſen tentiam in ſenatu non uerbis dicerent: ſed in alienã ſentẽtiam

pedibus irēt. Quid igitur cum se.con.per discessionem fiebat: nōne uniuersi senatores sententiam pedibus ferebant? Atqui hæc etiā uocabuli istius ratio dicitur: quam. C. Bassus in commentariis suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in ueterum ætate: qui currulem magistratum gessissent: curru solitos honoris gratia in curia uehi: in quo curru sella esset: supra quam considerent: quæ ob eam causam currulis appellaret. Sed eos senatores: qui magistratū currulē nōdū cœperant: pedibus itauisse in curiam. Propterea senatores nōdū maioribus honoribus functos pedarios nominatos. M. autem Varro in satyra Menippea: quæ ἱπποκύων: id est equicatella inscripta est: eqtes quosdam dicit pedarios appellatos. Videturq; eos significare: qui nondū a censoribus in senatum lecti: senatores quidē non erāt. Sed quia honoribus populi usi quidem erant: in senatum ueniebant: & sententiæ ius habebant. Nam & currulibus magistratibus fæcti: qui nondum a censoribus in senatum lecti erant: senatores non erant. Et qui in postremis scripti erant: non rogabant sententias: sed quas prīcipes dixerant in eas descendebant. Hoc significabat edictū: quo nūc quoq; consules: cum senatores in curiā uocant: seruandæ cōsuetudinis causa: translatitio utuntur. Verba edicti hæc sunt: Senatores quibusq; in senatu sententiam dicere licet. Versum quoque Laberii: in quo id uocabulum positū est: notari iussimus: quē legimus ī mimo: qui scriptor inscriptus est: caput sine lingua: pedaria sentētia est. hoc uocabulum a plerisq; barbare dici animaduertimus. nam pro pedariis pedaneos appellant.

¶ Qua ratione. C. Bassus scripserit: parcum hominem appellatum & quam eius uocabuli causam putarit. & cōtra quem in modum: qbusq; uerbis Phauorinus hanc traditionem eius eluserit.

¶ Caput. xix.

APud cœnam Phauorini philosophi cum discubitum fuerat: cœptusque erat apponi cibus: seruus assistens mensæ eius legere inceptabat: aut litterarum quid græcarū: aut nostratiū: uelut eo die: quo affui ego legebat. C. Bassi eruditi uiri liber de origīe uerbo℞ & uocabulo℞. In quo ita scriptū fuit. Parcus cōposito uocabulo dictus est: q̄si par arcæ: quādo sicut in arca oīa recōdūt: eiusq; custodia seruantur: & continent: ita homo tenax: paruoq; contentus: omnia custodita. & recōdita hēt: sicuti arca. quāobcausam parcus: quasi par

arcæ nominatus eſt. Tum Phauorinus ubi hæc audiuit: ſuperſtitioſe inquit: & nimis moleſte atq; odioſe cōfabricatus cōmolituſq; magis eſt originem uocabuli. C. iſte Baſſus: q̄ enarrauit. Nam ſi licet res dicere cōmenticias: cur non probabilius uideat̄: ut accipiamus parcum ob eam cauſam dictum: ꝗ pecuniam conſumi: atq; impendi arceat: & prohibeat: quaſi pecuniarcus. Quin potius: quod ſimplicius inqt ueriuſq; eſt: id dicimus? Parcus enī neq; ab arca: neq; ab arcendo: ſed ab eo: quod eſt parum: & paruum denominatus eſt.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER QVARTVS.

IN ueſtibulo ædiū palatinaꝝ oīs fere ordinis multitudo opperientes ſalutationem Cæſaris conſtiterant. Atq; ibi in circulo doctoꝝ hominū: Phauorino philoſopho præſente oſtētabat quiſpiā grāmaticæ rei doctor: ſcholica quædā nugalia: de generibus: & caſibus uocabuloꝝ differens: cū arduis ſuperciliis uociſque & uultus grauitate compoſita: tanq̄ interpres: & arbiter ſibyllæ oraculorum. Tum aſpiciens ad Phauorinū: q̄q̄ ei etiam nondum ſatis notus eſſet. Penus quoque inquit uariis generibus dictum: & uarie declinatum eſt. Nam & hoc penus: & hæc penus: & huius peni: & peniris: & penitiris: & penoris ueteres dictauerunt. Mundū quoq; muliebrem Lucilius in ſatyrarum. xvi. nō uirili genere: ut cæteri: ſed neutro appellauit his uerſibus.

Legauit quidam uxori mundum omne: penūq;.
Quod mundum: atq; penum? nam quis diiudicet iſtuc?

Atq; omniū hoꝝ & teſtimoniis: & exemplis cōſtrepebat. Cūq; nimis ocioſe ſibi placeret: interceſſit placide Phauorinus: & iam bone inqt magiſter: quicquid eſt nomen tibi: abunde multa docuiſti: quæ qdē ignorabamus: & ſcire haud ſane poſtulabamus. Quid enī refert mea eiuſque qui cum loquor: quo genere penum dicam: aut in quas extremas litteras declinem: ſi nemo id: non nimis barbare fecerit? Sed hoc plane īdigeo addiſcere: qd ſit penus: & quo ſenſu id uocabulū dicat̄: ne rē quotidiani uſus: tāq̄ qui in uenalibus latine loqui tētant: alia: q̄ oportet uoce appellem. Quæris inquit iſte rē minime obſcurā. Quis adeo ignorat penum eſſe: uinum: & triticum: & oleum: & lentem:

& fabam:atq; huiuſcemodi cætera. Etiam ne inquit Phauorinus:mi
lium:& panicum:& glans:& ordeum penus eſt? Sunt enĩ ꝓpemodũ
hæc quoq; huiuſmodi. Cumq; ille reticens hæreret: nolo inquit hoc
iam labores:an iſta quæ dixi:penus appellentur. Sed poteſne mihi:
non ſpeciem aliquam de penu dicere:ſed definire: genere propoſito:
& differentiis appoſitis:quid ſit penus? Quot ſint penus genera? &
quas differentias dicas? non hercle inquit intelligo. Rem inquit Pha
uorinus plane dicam. Poſtulas:quod difficilius eſt:dici planius. Nã
hoc quidem peruulgatum eſt:definitionẽ omnem: ex genere & diffe
rentia conſiſtere. Sed ſi item mihi præmandare: quod aiunt poſtu-
las:faciam ſane id quoq; honoris tui habendi gratia: atq; deinde ita
exorſus eſt. Si inquit ego te nunc rogem:uti mihi dicas: & quaſi cir-
cũſcribas uerbis:quid homo ſit:non opinor reſpondeas hominẽ eſſe
te:atq; me. Hoc enim quis homo ſit:oſtendere eſt: non quid homo
ſit:dicere. Sed ſi inq̃ peterem:ut ipſum illud: quod homo eſt defini
res:tum profecto mihi diceres hominem eſſe mortale animal: ratõis
& ſcientiæ capiens:uel quo alio mõ diceres:ut eum a cæteris animali-
bus omnibus ſeparares. Perĩde igitur nunc te rogo: ut quid ſit penus
dicas:non ut aliquid ex penu nomines. Tũ ille oſtentator: uoce iam
molli:atq; demiſſa:philoſophias ĩquit ego non didici:nec diſcere ap
petiui. Et ſi ignoro:an ordeum ex penu ſit: aut quibus uerbis penus
definiatur:non ea re:litteras quoq; alias neſcio. Scire inquit ridẽs iã
Phauorinus:quid penus ſit: non ex noſtra magis eſt philoſophia: q̃
grãmatica tua. Meminiſti enĩ credo:quæri ſolitũ: quid Virgilius di-
xerit penũ inſtruere:uel longã:uel lõgo ordine. Vtrũq; enĩ profecto
ſcis legi ſolitũ. Sed ut faciã:æquiore aĩo ut ſis:ne illi quidẽ ueteris iu
ris magiſtri:qui ſapiẽtes appellati ſunt:definiſſe ſatis recte exiſtimã
tur:quid ſit penus. Nam:Q. Scæuolam ad demonſtrandã penum
his uerbis uſum audio. Penus eſt inquit:quod eſculentum:aut pocu
lentum eſt. Quod enim ipſius patris:aut liberoꝝ patriſfamilias:e-
iuſq; faĩliæ:quæ circũ eos:aut liberos eius eſt:& opus nõ facit: cauſa
paratum eſt:ut Mutius ait:penus uideri debet. Nã quæ ad edẽdum
bibẽdũq; in dies ſingulos prãdii:aut cœnæ cauſa paratur: penus nõ
ſunt. Sed ea potius:quæ huiuſce generis longæ uiſionis gratia cõtra-
hũtur:& recõduntur:ex eo:quod non in promptu ſint: ſed intus: &
penitus habeãtur:penus dicta ſunt. Hæc ego ĩquit: cũ philoſophiæ

me dedissem: non insuper tamen habui discere. quoniã ciuibus Romanis latine loquentibus: rẽ non suo uocabulo demonstrare: nõ minus turpe esset: q̃ hominem non suo nomine appellare. Sic Phauorinus sermones in genus cõmune: a rebus paruis & frigidis abducebat ad ea: quæ esset magis utile audire ac discere: nõ allata extrinsecus: nõ per ostentationem: sed indidem nata: acceptaq;. Præterea de penu adscribendum hoc etiam putaui. Seruium Sulpitiũ in reprehẽsis Scæuolæ capitibus scripsisse. Saco helio placuisse: non quæ esui tantũ: & potui forẽt: sed tus quoq;: & cæreos in penu esse. Quodq; esset eius ferme rei causa comparatum. Massurius autem Sabinus in iuris ciuilis secundo: etiam quod iumentorũ causa apparatũ esset: quibus dominus uteret̃: penori attributũ dicit. Ligna quoq;: & uirgas: & carbones: quibus conficeretur penus: quibusdam ait uideri esse ĩ penu. Ex iis autem quæ promercalia: & usuaria in locis iisdẽ essent: ea sola esse penoris putat: quæ sint usui annuo.

Quid differant: & quã uim habeant uocabula ista in edicto ædilium. & an eunuchus & steriles mulieres redhiberi possint: diuersæq; super ea re sententiæ. Caput .ii.

IN edicto ædiliũ currulium: qua parte de mancipiis uendundis cautũ est: scriptum sic fuit. Titulus seruorum singulorum: ut scriptus sit: curato ita uti intelligi recte possit: qd morbi uitiiq; cuiq; sit. Quis fugitiuus: erroue sit. Noxaue solutus non sit. Propterea quæsierunt iureconsulti ueteres: quid mancipium morbosum: quid ue uitiosum recte diceretur. Quantumque morbus a uitio differret. Cecilius Sabinus in libro: quem de edicto ædilium currulium composuit: Labeonem refert: quid esset morbus hisce uerbis definisse. Morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam: qui usum eius facit deteriorem. Sed morbum alias ĩ toto corpore accidere dicit: alias in parte corporis. Totius corporis morbum esse: ueluti φθίσις: id est tabes: aut febris. Partis autem: ueluti cæcitas: aut pedis debilitas. Balbus autem inquit: & athiphus: uitiosi magisquam morbosi sunt: ut equus mordax aut calcitro: uitiosus: nõ morbosus est. Sed cui morbus est: is uitiosus est. Neque id tamen contra fit. Potest enĩ qui uitiosus est: non morbosus esse. Quamobrem cum de homine morboso ageretur: nequaq̃ inquit ita diceretur: quanto ob id uitium minoris erit. De eunucho quidem quæsitum est: an contra edictum

ædilium uideretur uenũdatus: si ignorasset emptor: eum eunuchum esse? Labeonem respondisse aiunt: redhiberi posse: quasi morbosũ. Sues autem fœminas si steriles essent: & uenum issent: ex edicto ædilium posse agi: Labeonem scripsisse. De sterili autem muliere: si natiua sterilitate sit: Trebatiũ contra Labeonem respondisse dicunt. Nã cum redhiberi eam Labeo: quasi minus sanam putasset: nõ oportere aiunt Trebatium ex edicto apposuisse: si ea mulier a principio genitali in sterilitate esset. Ac si ualitudo eius offendisset: exq; ea uitium factum esset: ut concipere fœtus non posset: tum sanam non uideri: & esse in causa redhibitionis. de mumope περὶ νωδοῦ: id est de edentulo quoque qui lusticiosus latine appellatur: dissensum est. Alii enĩ redhiberi omnino oportere. Alii contra: nisi id uitium morbo contractum esset. Eum uero cui dens deesset: Seruius redhiberi posse respõdit. Labeo in causa esse redhibendi: negauit. Nam & magna inquit pars dente aliquo caret. Neque eo magis plerique homines morbosi sunt. Et absurdum admodum est dicere: non sanos nasci homines: quoniam cum infantibus non simul dentes gignuntur. Non prætereundum id quoque in libris ueterum iurisperitorum scriptum esse morbum: & uitium distare. Quod uitium perpetuum: morbus cũ accessu: discessuque sit. Sed hoc si ita est: neque cæcus: neque eunuchus morbus est: contra Labeonis: quam supra dixi sententiam. Verba Massurii Sabini apposui: ex libro iuris ciuilis secundo: Furiosus mutusue: cuiue quod membrum lacerum: læsumque est: aut obest: quo ipse minus aptus sit: morbosi sint. Qui non longe uidet: tam sanus est: q̃ qui tardus currit.

Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante carbilianũ diuortiũ. atq; inibi quid sit pellex. Caput. iiii.

Memoriæ traditũ est: quingentis fere annis post romã cõditam nullas rei uxoriæ neq; actiões: neq; cautiões ĩ urbe Roma: aut in latio fuisse: quia ꝑfecto nihil desiderabantur: nullis etiam tũc matrimoniis diuertentibus. Seruius quoq; Sulpitius in libro quem cõposuit de dotibus: Tum primum cautiones rei uxoriæ necessarias eẽ uisas scripsit: cum. Sp. Carbilius: cui ruga cognomẽtum fuit: uir nobilis diuortium cum uxore fecit: quia liberi ex ea: corporis uitio non gignerentur: anno urbis conditæ quingentesimo uicesimo tertio. M. Atilio. P. Valerio consulibus. Atq; is Carbilius traditur uxorem: quã

dimisit: egregie dilexisse: carissimamq; morum eius gratia: habuisse: & iurisiurandi religionem animo: atq; amori præuertisse: ꝙ iurare a censoribus coactus erat: uxorem se liberoꝝ quærendoꝝ gratia habiturum. Pellicem autem appellatam: probrosamq; habitā eam: quæ iuncta consuetaq; esset cum eo: in cuius manu mācipioq; alia matrimonii causa foret: hac antiquissima lege ostenditur: quā Numæ Regis fuisse accepimus. Pellex ædem Iunonis non tangito. Si tangit: iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito. Pellex autem quasi ἀσπάλλαξ. id est talpa: id est quasi παλλακίς: id est concubina: ut pleraq; alia: ita hoc quoq; uocabulū de græco flexum est.

Quid Seruius Sulpitius in libro: qui est de dotibus scripserit: de iure atq; more ueterum sponsalioꝝ. Caput .iiii.

Sponsalia ī ea parte Italiæ: quæ latiū appellatur: hoc more atq; iure solita fieri scripsit Seruius Sulpitius in libro: quē scripsit de dotibus. Qui uxorem inquit ducturus erat: ab eo unde ducenda erat: stipulabatur eam ī matrimonium ductum iri. qui daturus erat: itidem spondebat daturum. Is contractus stipulationū: spōsionūq; dicebatur sponsalia. Tum quæ promissa erat: sponsa appellabatur. Qui sponderat ducturū sponsus. Sed si post eas stipulatiōes uxor non dabatur: aut non ducebatur: qui stipulabatur: ex spōsu agebat. Iudices cognoscebant. Iudex quam ob rem data: acceptaue non esset uxor quærebat. Si nihil iustæ causæ uidebať: litē pecunia æstimabat. Quantiq; interfuerat eam uxorem accipi: aut dari: eum qui spopōderat: aut qui stipulatus erat: condēnabat. Hoc ius sponsalioꝝ obseruatum dicit Seruius ad id tempus: quo ciuitas uniuersa latio lege iulia data est. Hæc eadē Horatius scripsit in libro: quem de nuptiis cōposuit.

Historia narrata de perfidia aruspicū etruscoꝝ. ꝙq; ob eam rem uersus hic a pueris Romæ urbe tota cantatus est. Malum consilium consultori pessimum est Caput quintum.

Statua romæ in comitio posita Horatii Coclitis fortissimi uiri de cælo tacta est. Ob id fulgur piaculis luendum aruspices ex etruria Acciti inimico atq; hostili in populum romanum animo: instituerant eam rem contrariis religionibus procurare. Atq; illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi. quem sol oppositu circūundiq; aliarum ædium nunq̄ illustraret. Quod cum

ita fieri persuasissent: delati ad populū: proditiq; sunt. Et cū de perfidia confessi essent: necati sunt. Constititq; eam statuam perīde: ut ueræ rationes post compertæ monebant: in locum editum subducendam. Atq; ita in area Vulcani sublimiori loco statuendam. Eaq; res bene: & prospere reip. cessit. Tunc igitur: q in etruscos aruspices male consulentis animaduersum: uindicatumq; fuerat: uersus hic scite factus: cantatusq; pueris urbe tota fertur: Malum consilium consultori pessimum est. Ea historia de aruspicibus: ac de uersu isto senario scripta est in annalibus maximis libro undecimo. Et in ueteri Flacci libro primo rerum memoria dignarum. Videtur autē hic uersus de græco illo Hesiodi uersu expressus.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Consultum male consultori pessima res est.

¶ Verba ueteris senatusconsulti ista: quo decretum est hostiis maioribus expiandum: q in sacrarium hastæ martiæ mouissent. Atq; ibi enarratum: quid sint hostiæ succidaneæ. Quid item tempora præcidanea. Et quid Capito Atteius ferias quasdam præcidaneas appellauit. ¶ Caput. vi.

Ut terram mouisse nuntiari solet: eaq; res procuratur: ita in ueteribus memoriis scriptum legimus: nunciatum esse senatui: ī sacrario: in regia: hastas martias mouisse. Eius rei causa se. con. factū est. M. Antonio Au. Posthumio con. eiusq; exēplum hoc est. Quod .C. Iulius. L. filius pont. nunciauit: ī sacrario: in regia hastas martias mouisse: de ea re ita censuerunt: ut. M. Antonius con. hostiis maioribus Ioui: & Marti procuraret: q cæteris diis: quibus uideret placādis: uti procurasset: satis habēdum censuerunt. Siquid succidaneis opus esset: robigus accederet. Quod succidaneas hostias senatus appellauit: quæri solet: quid uerbum id significet. In Plauti quoq; comœdia quæ Epidicus inscripta est: super eodem ipso uerbo requiri audio in his uersibus. Non piacularem oportet fieri ob stulticiam tuā ut meū tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum; Succidaneæ autē hostiæ dicuntur e littera: per mortem compositi uocabuli in i litteram commutata. Nam quasi succedaneæ appellatæ: quoniā si primis hostiis litatum non erat: aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebātur: quæ q̄si prioribus iam cæsis luendi piaculi gratia subdebantur: & succedebāt ob id succidaneæ nominatæ: littera i scilicet tractim pronunciata. Au

dio enim quoſdam eam litteram in hac uoce barbare corripere. Eadẽ autem ratione uerbi præcidaneæ quoq; hoſtiæ dicuntur: quæ ante ſacrificia ſolennia pridie cæduntur. Porca etiam præcidanea appellata: quam piaculi gratia: ante fruges nouas fieri cœptas immolari Cereri mos fuit: ſiqui familiam funeſtam aut non purgauerãt: aut aliter eã rem: q̃ oportuerat procurauerant. Sed Porcam & hoſtias quaſdã præcidaneas: ſicuti dixi appellari: uulgo notũ eſt. Ferias præcidaneas dici id opinor a uulgo remotum eſt: propterea uerba Atteii Capitonis ex quinto librorum: quos de põtificio iure compoſuit: ſcripſi: Lib. Cornucario pont. max. feriæ præcidaneæ in atrum diẽ inauguratæ ſunt. Collegium decreuit: non habendum religioni: quin eo die feriæ præcidaneæ eſſent.

De epiſtola Valerii Probi grãmatici ad Marcellũ ſcripta: ſup accẽtu nominũ quorũdã punicoꝝ. Caput. vii.

VAlerius Probus grãmaticus: ĩter ſuã ætatẽ præſtãti ſciẽtia fuit. Is Annibalẽ: & Aſdrubalẽ: & Hamilcarẽ: ita ꝓnũciabat: ut penultimã circũflecteret: ut teſtis eſt epiſtola eius ſcripta ad Marcellũ: ĩ q̃ Plautũ & Enniũ: multoſq; alios ueteres eo mõ ꝓnuntiaſſe affirmat. Solius tamẽ Ennii uerſũ unũ ponit ex libro: q Scipio ĩſcribit. Eum uerſũ q̃drato numero factũ ſubiecimus: in quo niſi tertia ſyllaba de Annibalis nomine circunflexe ponatur: numerus claudus eſt. Verſus Ennii: quem dixit: ita eſt.

Qui propter Annibalis copias conſiderant.

Quid. C. Fabritius de Cornelio Rufino homĩe auaro dixerit. Quẽ cum odiſſet: inimicuſq; eſſet: deſignandum eum cõſulẽ curauit. Caput. viii.

FAbritius Lucinus magna gloria uir: magniſq; rebus geſtis fuit. P. Cornelius Rufinus: manu qdẽ ſtrenuus: & bellator bonus: militariq; diſciplina peritus admodum fuit. Sed furax hõ & auaricia acri erat. Hunc Fabritius non ꝓbabat: neq; amico utebat̃. Oſuſq; eũ morũ cauſa: fuit. Sed cũ tẽporibus reip. difficillimis cõſules creandi forent: & is Rufinus peteret conſulatum: competitoreſq; eius eſſent imbelles quidam: & futiles: ſumma ope adnixus eſt Fabritius: uti rufino conſulatus deferretur. Eam rem pleriſq; admirantibus: ꝙ hominem auarum: cui eſſet inimiciſſimus: creari conſulem peteret: quem hoſtiliter oderat: Fabritius inquit: nihil eſt: quod miremini: ſi malui

compilari: q̃ uenire. Hunc Rufinum postea bis consulatu: & dictatu ra functũ censor Fabritius senatu mouit: ob luxuriæ notam: ꝙ decẽ pondo argenti factitaret. Id autem quod supra scripsi: Fabritium de Cor. Rufino: ut in pleraq; historia scriptũ est: dixisse. M. Cicero: nõ aliis a Fabritio: sed ipsi Rufino gratias agenti: ꝙ eius gratiã dedigna tus nõ esset: dictum esse refert: in libro secundo de oratore. Verba Ci ceronis hæc sunt. Arguta etiam significatio est: cum parua re: & sæpe uerbo: res obscura: & latens illustratur: ut cum. C. Fabritio. P. Corne lius homo (ut existimat) auarus: & furax: sed egregie fortis: & bonus ĩ perator gratias ageret: ꝙ se hõ inimicus consulem fecisset: bello præ sertim magno: & graui: nihil est quo mihi gratias agas inquit: si ma lui compilari: q̃ uenire.

¶ Quid significat proprie religiosus. Et in quæ diuerticula significa tio istius uocabuli flexa sit. Et uerba Nigidii Figuli ex cõmẽtariis eius super ea re sumpta. ¶ Caput nonum.

Nigidius Figulus hõ (ut ego arbitror) iuxta Marcum Varronẽ do ctissimus: ĩ. xi. commentariorum grammaticorum uersum ex antiquo carmine refert: memoria hercle dignum: Religentẽ esse opor tet: religiosum nefas. Cuius autem id tamen sit: non scribit. At in eo dem loco Nigidius: hoc inquit inclinamentum semper huiuscemo di uerborum: ut uinosus: mulierosus: religiosus: nummosus: signifi cat copiam quandam immodicam rei: super qua dicitur. Quo circa religiosus is appellabatur: qui nimia & superstitiosa religiõe sese alli gauerat. Eaq; res uitio assignabatur. Sed præter ista quæ Nigidius di cit: alio quodam diuerticulo significatiõis: religiosus pro castro: atq; obseruanti: cohibentiq; sese certis legibus: finibusq; dici cœptus. Si mili autem modo: illa quoq; uocabula ab eadem profecta origine: di uersum significare uidentur: religiosi dies: & religiosa delubra. Reli giosi enim dies dicuntur tristi omine infames impeditiq;: in quibus & res diuinas facere: & rem quampiam nouam exordiri temperandũ est: quos multitudo imperitorum: praue: & perperã nefastos appel lant. Itaque. M. Cicero in libro epistolarum. viiii. ad Atticum maio res inquit nostri funestiorem diem esse uoluerunt haliensis pugnæ: q̃ urbis captæ: ꝙ hoc malũ ex illo. Itaq; alter religiosus etiã nunc dies alter ĩ uulgus ignotus. Idẽ tamen. M. T. in oratione de accusatore cõ stituendo: religiosa delubra dicit: non ominosa: nec tristia: sed maie

ſtatis uenerationiſq; plena. Maſſurius autem Sabinus in cōmētariis
quos de indigenis cōpoſuit: Religioſum inquit eſt: quod propter ſā-
ctitatem aliquā remotum: ac ſepoſitum a nobis eſt. Verbum a relin-
quendo dictum: tanq̄ cerimoniæ a carendo. Secūdū hanc Sabini in-
terpretationem templa quidē ac delubra: quia hoꝝ cumulus in uitu
perationem non cadit: nec illoꝝ quoq; laus īmodeſta eſt quæ nō uul
go: ac temere: ſed cū caſtitate: cerimoniaq; adeunda: & ruerenda: & re
formidanda ſunt: magiſq̄ inuulganda. Sed dies religioſi dicti: quos
ex contraria cauſa propter ominis diritatem relinquimus. Iccirco ait
Terentius in eunucho. Tum quod dem: recte eſt. Nā nihil eſſe mihi
religio eſt dicere. Quod ſi (ut ait Nigidius) omnia iſtiuſmodi inclina-
menta: nimium ac præter modum ſignificant: & iccirco in culpas ca-
dunt: ut uinoſus: mulieroſus: uerboſus: moroſus: famoſus: Cur īge-
nioſus: & formoſus: & officioſus: & ſpecioſus: quæ pariter ab īgenio
& forma: & officio inclinata ſunt: cur etiā diſciplinoſus: conſilioſus:
uictorioſus: quæ. M. Cato ita effigurauit: cur item facundioſa: quod
Sempronius Aſellio. xiii. reꝝ geſtaꝝ ita ſcripſit: Facta ſua ſpectari o-
portere: dicta non: ſi minus ſint facundioſa: cur inq̄ iſta omnia: nūq̄
in culpam ſed in laudem dicunt? q̄q̄ hæc quoq; incrementum ſui ni
mium demonſtrent? An propterea quia illius quidem quæ ſupra po
ſui adhibendus eſt modus quidam neceſſarius? Nam & gratia ſi ni-
mia quidem: atq; immodica: & mores: ſi multi atq; uarii: & uerba: ſi
perpetua: atq; infinita: & obtundentia: & fama: ſi magna: & īquieta
& inuidioſa ſit: neq; laudabilia: nec utilia ſunt. Ingenium autem: &
officium: & forma: & diſciplina: & conſilium & uictoria & facundia:
ſicut ipſæ uirtutum amplitudines nullis finibus cohibent. Sed q̄to
maiora: auctioraq; ſunt: & iam tanto laudatiora ſunt.

¶ Quid obſeruatum de ordine rogandaꝝ ſententiaꝝ: iurgiorūq; in ſenatu. C. Cæſaris conſulis: &. M. Catonis diem dicendo eximentis.

¶ Caput. x.

ANte legē: quæ nūc de ſenatu habendo obſeruatur: ordo rogādi
ſententias uarius fuit. Alias primus rogabatur: qui a cēſoribus
princeps in ſenatū lectus fuerat. Alias qui deſignati conſules erant.
Quidam e conſulibus: ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti: quē
iis uiſum erat honoris gratia extra ordinem ſentētiā primū rogabāt.
Obſeruatum tamen eſt: cum extra ordinem fieret: ne qs quēq̄ ex alio

q̃ ex consulari loco sententiam primum rogaret. ❡.C.Cæsar in cō-
sulatu quem cum.M.Bibulo gessit: quattuor solos extra ordinem ro
gasse sentētiā dicitur. Ex iis quattuor principem rogabat.M.crassū.
Sed postq̃ filiam.Cn.Pompeio desponderat: primum cœperat Pō-
peium rogare. Eius rei rationem reddidisse eū senatui Tyro Tullius
.M.Ciceronis libertus refert.itaq; se ex patrono suo audisse scribit.
Id ipsum Capito Atteius in libro: quem de officio senatorio compo
suit: scriptum reliquit. In eodem libro Capitonis: id quoq; scriptum
est.C.inquit cæsar consul.M.catonem sententiam rogauit. Cato rē
quam consulebatur: quoniam nō e repu.uidebatur: perfici nolebat.
Eius rei gratia ducendæ: longa oratione utebatur. Eximebatq; dicen-
do diem. Erat enim ius senatori: ut sententiam rogatus: diceret ante
quicquid uellet: alii rei: & quoad uellet. Cæsar consul uiatorem uoca
uit. Eumq; cum finem non faceret: prehendi loquentem: & in carce-
rem duci iussit. Senatus consurrexit: & prosequebatur catonem ī car
cerem. Hac inquit inuidia facta cæsar destitit: & mitti catonē iussit.

❡Quæ qualiaque sint: quæ Aristoxenus: quasi magis comperta de
Pythagora memoriæ commendauit. & quæ Plutarchus in eundem
modum de eodem Pythagora scripserit.

❡Caput. xi.

OPinio uetus falsa occupauit: & cōualuit Pythagoram philoso-
phū non esitauisse ex animalibus. Item abstinuisse fabulo: quem κύ
αμον græci appellant. Ex hac opinione Callimachus poeta scripsit.
καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔσχεν ἀνιώντων ἐδέσθαι κἀγώ. πυθαγό
ρας ὡσ ἐκέλευε λεγω. A fabuloque manus tristante amouit edētes.
Hoc ut Pythagoras iusserat ipse loquor. Ex eadē item opinione.M.
Cicero in libro de diuinatione primo: hæc uerba posuit. Iubet igitur
Plato sic ad summū proficisci corporibus affectis: ut nihil sit: quod
errorem animis: perturbationemq; afferat. Ex quo etiā pythagoreis ī
terdictum putatur ne faba uescerentur: quæ res habet inflationē ma
gnam. Is cibus tranquillitatem mentis quærentibus constat esse con
trarius. Hæc quidē Marcus Cicero. Sed Aristoxenus musicus uir lit-
terarum ueterum diligentissimus: Aristotelis philosophi auditor: in
libro quem de Pythagora reliquit: nullo sæpius legumento Pythago
ram dicit usum q̃ fabis. quoniam is cibus & subduceret sensim aluū
& leuigaret. Verba ista Aristoxeni subscripsi. πυθαγόρας λεγων ὀ-

σπορίων. μάλισα τὸν κύαμον ἐδοκίμασε λίαν κυ ητικόντε γὰρ εἶναι: καὶ διαφορητικόν. διὸ καὶ μάλισα κέχρηται αὐτῷ. Id est: cũ dicat Pythagoras in legumentis fabam præcipue approbauit: admodum enim genitalem esse: & alui discussiuam. quam ob rem ea maxime utit̃. Porculis quoq; minusculis: & hædis tenerioribus uictitasse idem Aristoxenus refert. Quam rem uidetur cognouisse ex Xenophilo pythagorico familiari suo: et ex quibusdam aliis natu maioribus: qui ab ætate Pythagoræ: haud multũ aberant. Ac de animalibus Alexis etiã poeta in comœdia: quæ Pythagoræ uita inscribitur docet. Videtur autem de κυάμῳ: id est faba non esitato causam erroris fuisse: quia in Empedoclis carmine: qui disciplinas Pythagoræ sectatus est uersus hic inuenitur.

δειλοὶ πῶν δειλοὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι.

Ah miseri a cyamo miseri subducite dextras.

Opinati enim sunt pleriq; κυάμων legumẽtũ uulgo dici. Sed q diligentius scitiusq; carmina Empedoclis arbitrati sunt: κυάμους hoc ĩ loco testiculos significare dicunt: Eosq; more Pythagoræ operte atq; symbolice κυάμους appellatos: quia sũt: εἰς τὸ κύειν δεινοί. καὶ αἴτιοι τοῦ κύειν. id est in ferendo utero ualidi: causæq; uteri ferendi: & genituræ humanæ uim præbeant. Iccirco Empedoclem uersu isto nõ a fabulo edẽdo: sed a rei ueneriæ proluuio uoluisse homĩes deducere: Plutarchus quoq; homo in disciplinis graui auctoritate ĩ prĩo librorum quos de Homero cõposuit: Aristotelẽ philosophũ scripsit: eadẽ ipsa de pythagoricis scripsisse: q nõ abstinuerũt edũdis aĩalibus: nisi pauca carne q̃dã. Verba ipsa Plutarchi (quoniã res ĩopĩata ẽ) subscripsi:

ἀρισοτέλης δὲ μήτρας. καὶ καρδίας. καὶ ἀκαλύφης. καὶ τοι ούτων τινῶν ἄλλων ἀπέχεσθαι φησὶ τοὺς πυταγορικούς. χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοισ. Id est Aristoteles a uulua: corde: & marina urtica: atq; id genus quibusdam aliis abstinere pythagoricos dicit: cæterorũ autem usum habuisse. ἀκαλύφη autem est animal marinum: quod urtica appellat̃. Sed & piscibus nõnullis abstinere pythagoricos plutarchus in symphõicis dicit. Pythagoram uero ipsum: sicut celebre ẽ: Euphorbũ prĩo se fuisse: dictasse: ita hæc remotiora sunt iis: que Clearchus & Dicæarchus memoriæ tradiderũt: fuisse eũ postea pyrãdrũ deinde Callidenam: deinde fœminam pulchra facie meretricem: cui nomen fuerit Alce.

¶ Notæ & aĩaduersiones censoriæ in ueteribus monumẽtis repertæ memoria dignæ. ¶ Caput.xii.

SIquis agrum suum passus fuerat sordescere: eũq; indiligenter curabat: ac neq; arauerat: neq; purgauerat: siue quis arborẽ suã uineamq; habuerat derelictui: nõ is sine pœna fuit. Sed erat opus cẽsorium. Censoresq; ærarium faciebant. Item siquis eques romanus: equum habere gracilentum: aut parum nitidum uisus erat: impolitiæ notabatur. Id uerbum significat: quasi tu dicas incuriæ. Cuius rei utriusq; auctoritates sunt: &. M. Cato id sæpenumero attestatus est.

¶ Quod incẽtiones quædã tibiarum certo modo factæ ischiacis mederi possunt. ¶ Caput.xiii.

CReditum hoc a plerisq; est: & memoriæ mãdatum: ischiaci cũ maxime doleant: tum si modulis lenibus tibicen ĩcinat: minui dolores. Ego nuperrime in libro Theophrasti scriptum inueni: uiperarum morsibus tibicinẽ scite: modulateq; adhibitum mederi. Refert & Democriti liber: qui inscribitur περὶ λοιμῶν ἢ λογικῶν κανῶν. id est de pestibus: aut rationaliũ regula. In quo docet plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarũ: Tãta prorsus est affinitas corporibus hominũ: mẽtibusq;: & propterea quoq; uitiis: aut medelis animorum: & corporum.

¶ Narratur historia de hostilio Mancino ædili: & Manulia meretrice. Verbaq; decreti tribunorum ad quos a Manulia prouocatum est. ¶ Caput. xiiii.

CVm librum. viiii. coniectaneorum Atteii Capitonis legeremus qui inscriptus est de iudiciis publicis: decretum tribunoꝝ uisũ est grauitatis antiquæ plenum: propterea id meminimus. Atq ob eã causam: & in hanc sententiam scriptum est. A. Hostilius Mancinus ædilis currulis fuit. Is Manuliæ meretrici diem ad populum dixit: ꝙ de ambulacro eius noctu lapide ictus esset. Vulnusq; ex eo lapide ostentabat. Manulia ad tri. ple. prouocauit. Apud eos dixit: Comesatorem Mancinum ad ædes suas uenisse. Eum sibi recipere non fuisse in æde sua. Sed cum ui irrumperet: lapidibus depulsum. Tribuni decreuerunt ædilem ex eo loco iure deiectum: quo eum uenire cum coronario non decuisset. Propterea ne cum populo ædilis ageret: intercesserunt.

¶ Defensa a culpa sententia ex historia Salustii: quam inimici ãtea

cum insectatione maligne reprehenderunt.

Caput.xv.

Elegantia orationis Salustii: uerbo℞q; facundia: & nouādi studium: cum multa prorsus inuidia fuit. Multiq; nō mediocri ingenio uiri conati sunt reprehendere pleraq;: & obtrectare. In qbus plura inscite: aut maligne uellicant. Nonnulla tamen uideri possūt: non indigna reprehensione. Quale illud in Catilinæ historia repertū est. quod habeat eam speciem: quasi parum attente dictum. Verba Salustii hæc sunt. At mihi quidem tametsi haudquaq̄ par gloria sequatur scriptorem: & auctorem rerum: tamen in primis arduum uidetur resgestas scribere: Primum: ꝙ facta dictis exæquāda sunt. Deinde quia pleriq;: quæ delicta reprehenderis: maliuolentia: & īuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute: atq; gloria bono℞ memores: quæ sibi facilia quisq; factu putat: æquo animo accipit. Supra: ueluti ficta ꝓ falsis ducit. Proposuit inquiunt dicturum causas: quāobrē uideatur esse arduum resgestas scribere: atq; ibi non primum causam: sed querelas dicit. Non enim causa uideri debet: cur historiæ opus arduum sit: ꝙ ii qui legant: aut inique interpretant̄ quæ scripta sunt: aut uera esse non credant. Obnoxiam quippe: & obiectam falsis existimationibus eam rem dicendam: magis aiunt q̄ arduam: qa quod arduum est: sui operis difficultate est arduum: non opinionis alienæ erroribus. Hæc illi maleuoli reprehensores dicunt. Sed arduum Salustius non pro difficili tantum: sed pro eo quoq; ponit: quod græci δισχερὲς: aut χαλεπὸν appellant: quod est cum difficile: tum molestum quoq;: & incōmodum: & intractabile. Quorū uerbo℞ significatio: a sententia Salustii suprascripta non abhorret.

De uocabulis quibusdam a Varrone: & Nigidio contra quotidiani sermonis consuetudinem declinatis. Atq; inibi id genus quædam cum exemplis ueterum relata.

Caput.xvi.

M. Varronem &. P. Nigidium uiros romani generis doctissimos comperimus: non aliter locutos esse: & scripsisse: q̄ senatuis: & domuis: & fluctuis: q est prius casus ab eo: quod est senatus: domus & fluctus: huic senatui: domui: fluctui. Cæteraq; his cōsimilia pariter dixisse. Terētii quoq; comici uersus in libris ueteribus itidem scriptus est: Eius anuis opinor causa: quæ est mortua. Hāc eo℞ auctori-

tatem quidam e ueteribus grammaticis ratione etiam firmare uolue
runt: ꝙ omnis datiuus singularis i littera finitus i: si non similis est
genitiui singularis s littera addita: genitiuum singularem facit: ut pa
tri patris: duci ducis: cædi cædis. Cum igitur inquiunt: in casu dandi
huic senatui dicamus: genitiuus ex eo singularis senatuis est: & non
senatus. Sed non omnes concedunt in casu datiuo senatui magis di-
cendum: q̄ senatui: sicut Lucilius ī eodem casu uictu & anu dicit: nō
uictui & anui: in hisce uersibus. Quod sumptum atq; epulas uictu
præponis honesto. Et alio in loco Anu noceo inquit. Virgilius quoq;
in casu dandi aspectu dicit: non aspectui. Teque aspectu ne subtra-
he nostro. Et in Georgicis: Quod neque concubitu indulgent. C. au-
tem cæsar grauis auctor linguæ latinæ: in anticatione unius inquit ar
rogantiæ: superbiæq;: dominatuq;. Item in Dolobella actiōis illibui-
sti: quorum in ædibus: fanisq; posita: & honori erant: & ornatu. In li
bris quoq; analogicis oīa illiusmodi sine i littera dicenda censet.

De natura quarundam particularum: quæ præpositæ uerbis intē
di: atq; produci barbare: atq; inscite uidentur: exemplis rationibusq;
plusculis disceptatum.

Caput. xvii.

Lucilii ex undecimo uersus sunt.
Scipiade magno improbus obiiciebat asellus
Lustrum: illo censore: malum infœlixq; fuisse. Obiiciebat o littera ꝓ
ducta multos legere audio. Idq; eo facere dicunt: ut ratio numeri sal-
ua sit. Idem infra: Et iam.
Coniicere in uersus dictum præconis uolebam
Graii. In hac quoq; prima uerbi præpositione: ob eādē causā ꝓducit
Item quintodecimo.
Subiicit hinc humilē: & suffercatus posteriorem. Subiicit u littera lō
ga legunt. quia primam syllabā breuem esse in uersu heroico nō con
uenit. Item apud Plautū in Epidico con syllabam ꝓductā ꝓnūciāt.
Age nūc iā orna te Epidice: & palliū in collū coniice. Apud Virgiliū
quoq; subiicit uerbū ꝓduci a plerisq; audio: Etiam parnasia lauras
Parua sub ingēti matris se subiicit umbra. Sed neq; ob: neq; sub præ
positio producendi habent naturam: neq; item con nisi cū eā litteræ
sequunt: quæ in uerbis constituit: & confecit: secūdum eam primæ
sunt: uel cum eliditur ex ea n littera: sicut Salustius fœnoribus īquit

coopertus. In iis autem: quæ supra posui: & metrum esse integrum potest: & præpositiones istæ possunt non barbare protendi. Secūda enim littera in his uerbis per duo ii non per unum scribenda est. Nā uerbum istud cui supradictæ particulæ præpositæ sunt: non icio est: sed iacio: & præteritum non icit facit: sed iecit. Idq; ubi compositum est: ex a littera in i mutatur. Sicut fit in uerbis insilio: & incipio. atq; ita uim consonantis capit. Et iccirco ea syllaba productius: latiusq; paulo pronuntiata priorem syllabam breuem esse non patitur. Sed reddit eam positu lōgam. Proptereaq; & numerus in uersu: & ratio in pronuntiatu manet. Hæc quæ diximus: eo etiā cōducunt ut quod apud Virgilium in. vi. positum inuenimus: Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram iniice: Sic esse iniice: ut supra dixi: & scribēdū & legendum sciamus. Nisi quis tam indocilis est: ut ī hoc quoq; uerbo: in præpositionē metri causa protendat. Quærimus igitur in obiicibus o littera qua ratione intendatur: cum id uocabulum factum sit a uerbo obiicio: & nequaq̄ simile sit: quod a uerbo moueo motus: o littera longa dicitur. Equidem memini Sulpitium Apollinarem uiꝝ præstanti litterarum scientia: obices: & obicibus o littera correpta dicere. In Virgilio quoq; sic eum legere. Qua ui maria alta tumescant. Obiicibus ruptis: sed ita ut diximus i litterā: quæ in uocabulo quoq; gemina esse debet: paulo uberius: largiusq; ꝓnūtiabat. Cōgruēs igit̄ est: & subiices etiam: quod perinde ut obiices compositū est u littera breui dici oporteat. Ennius in tragœdia: quæ Achilles inscribitur: subiices pro aere alto ponit: q cælo subiectus est in his uersibus.

Ergo deum sublimis subiices: humidus.

Vnde oritur hymber: sonitu sæuo: & strepitu. Plerosq; oīs tamē legere audias: u littera ꝓducta. Id ipsū autē uerbū. M. Cato sub alia præpositione dicit in orōne: quā de cōsulatu suo habuit. Ita hos īqt fert uentus ad priorē pyreneū: quos proiicit in altū. Et Pacuuius item in Anchise: id promontorium: cuius lingua in altum proiicit.

¶ De Africano superiore sumpta quædam ex annalibus memoratu dignissima. ¶ Caput. xviii.

Scipio Africanus ātiquior: q̄ta uirtutum gloria præstiterit: & q̄ fuerit altus animo: atq; magnificus: & qua sui cōscientia subnixus: pluribus rebus: quas dixerit: quasq; fecerit declaratum est. Ex quibus sūt hæc duo exēpla eius fiduciæ ac exuperātiæ ingentis. Cum

.M.Neuius tri.ple.accusaret eum ad populum:diceretq; accepisse a Rege Antiocho pecuniã:ut conditionibus gratiosis: & mollibus pax cum eo:populi romani nomine fieret: Et quædam item alia crimini daret:indigna tali uiro:tum Scipio pauca præfatus: quæ dignitas uitæ suæ:atq; gloria postulabat:Memoria inquit:quirites repeto diem esse hodiernum:quo Annibalem pœnum imperio nostro inimicissimum:magno prælio uici in terra africa:pacemq; & uictoriam uobis peperi insp̃abilem.Non igitur simus aduersum deos ingrati.Sed censeo relinquamus nebulonem hũc:eamusq; nunc protinus Ioui optimo maximo gratulatum. Id cum dixisset:auertit: & ire in capitoliũ cœpit.Tum concio uniuersa:quæ ad sententiam de Scipione ferẽdã conuenerat:relicto tribuno:Scipionem in capitolium comitata:atq; inde ad ædes eius cũ lætitia & gratulatione solenni prosecuta est.Fertur etiam oratio quæ uidetur eo die habita a Scipione.& qui dicũt eã non ueram:non eunt inficias: quin hæc quidem uerba fuerint: quæ dixi Scipionis.Item aliud est factum eius præclarum.Petilius quidã tri.ple.M.ut aiunt Catone inimico Scipionis comparatus in eũ atq; ĩmissus desiderabat in senatu instantissime:ut pecuniæ antiochenæ prædæq; quæ in eo bello capta erat:rationem redderet.Fuerat enĩ.L. Scipioni asiatico fratri suo imperatori:ĩ ea prouincia legatus.Ibi Scipio exurgit:& prolato e sinu togæ libro:rationes in eo scriptas esse dixit omnis pecuniæ:omnísq; prædæ.Ille tum ut palam recitaretur: & ad ærarium deferretur.Sed enim id iam nõ faciã inquit: nec me ipse afficiam contumelia. Eumq; librum statim coram discidit suis manibus:& concerpsit:ægre passus:ꝙ cui salus imperii ac reipu.accepta fieri deberet:ab eo ratio pecuniæ prædaceæ posceretur.

¶ Quid.M.Varro in longa historia scripserit:de moderando uictu puerorum impubium. ¶ Caput undeuiginti.

Pueros impuberes compertũ est:si plurimo cibo:nimioq; sõno uterent̃:hebetiores fieri:aĩaduertimusq; hinc elici tarditatem. Corporaq; eorum improcera fieri:minusq; adolescere. Idẽ plerique alii medicorum:philosophorumq;:&.M.Varro in longa historia scripsit. quæ inscripta est Capis:aut de liberis educandis.

¶ Notati a cẽsoribus:q audiẽtibus iis dixerãt ioca quædã intẽpestiuiter.ac de eius quoq; nota deliberatũ:qui steterat forte apud eos oscitabundus. ¶ Caput.xx.

II

INter censorias seueritates tria hæc exempla in litteris sunt: castigatissimæ disciplinæ. Vnum est huiusmodi. Censor agebat de uxoribus solenne iusiurandum. Verba hæc erant ita concepta. Et tu ex animi tui sententia: uxorem habes? Qui iurabat cauillator quidam: & canicula: & nimis ridicularius fuit. Is locum esse sibi ioci dicēdi ratus: cum ita: uti mos erat: censor dixisset: & tu ex animi tui sentētia uxorem habes? Habeo equidem inquit uxorem: sed non hercle ex animi tui sententia. Tum censor eum: ꝙ intempestiue lasciuisset: in ærarios retulit. causamqꝫ hanc ioci scurrilis apud se dicti subscripsit. Altera seueritas eiusdem sectæ: disciplinæqꝫ est: deliberatū est de nota eius: qui ad censores ab amico aduocatus est: & in iure stans: clare nimis: ac sonore oscitauit. atqꝫ inibi prope ut plecteretur: fuit: tāquā illud indicium uagi animi foret: & hallucinantis: & fluxæ: atqꝫ aptæ securitatis. Sed cum ille deierasset: inuitissimum sese: & repugnantē oscitatione uictum. Teneriqꝫ eo uitio: quod oscedo appellatur: tum notæ iam destinatæ exemptus est. P. Scipio Africanus Pauli filius: utrāqꝫ historiam posuit: in oratione: quam dixit in censura: cum ad maiorum mores populum hortaretur. ¶ Item aliud refert Sabinus Massurius: in septimo memorali seuere factum. censores inquit. P. Scipio Nasica: & M. Pōpilius: cū equitū cēsum agerēt: equū nimis strigosum: & male habitū: sed equitē eius uberrimū: & habitissimū uiderūt. Et cur inquiunt ita est? ut tu sis: q̄ equus curatior. Quoniā inquit: ego me curo: equum Statius meus seruus. Visum est parum reuerens esse responsum: relatusqꝫ in ærarios: ut mos est. Statius autem seruile nomen fuit. pleriqꝫ apud ueteres serui eo nomine fuerūt. cecilius quoqꝫ ille comœdiarum poeta inclytus seruus fuit: & propterea nomen habuit Statius. Sed postea uersum est in cognomentum appellatusqꝫ est cecilius Statius.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER QVINTVS.

MVsonum philosophū solitū dicere accepimus: cū philosophus īqt hortat: monet: suadet: obiurgat: aliudue quid disciplinaꝝ dissent: tū qui audiunt: si de summo: et soluto pectore: obuias uulgatasqꝫ

laudes effutiunt: si clamităt etiam: si gestiunt: si uocum eius festiuita tibus: si modulis uerborum: si quibusdam quasi frequentamētis ora tionis mouentur: exagitantur: & gestiunt: tum scias: & qui audiunt frustra esse: neq; illic philosophū loqui: sed tibicinē canere. Animus is inquit audientis philosophum: quæ dicunt̄ utilia: ac salubria sūt: & errorum atq; uitiorum medicinas ferunt: laxamentum atq; ocium prolyxe: profuseq; laudandi non habet: quisqs ille est: qui audit: nisi ille plane deperditus: inter ipsam philosophi orationem: & perhorre scat necesse est: & pudeat tacitus: & pœniteat: & gaudeat: & admiret̄: uarios adeo uultus: disparilesq; sensus gerat perinde: ut eum consciē tiamq; eius affecerit: utrarumq; animi partium: aut syncærarū: aut ægrarꝶ philosophi pertractatio. Præterea dicebat magnam laudē non abesse ab admiratione. Admirationem autem: quæ maxima est: non parere uerba: sed silentium. Iccirco inquit poetarum sapientissimus: auditores illos Vlyxi labores suos illustrissime narrantis: ubi loquen di finis factus: non exultare: nec strepere: nec uociferari facit. Sed con siluisse uniuersos dicit: quasi attonitos: et obstupidos: delinimentis aurium ad origines usq; uocis peramantibus.

¶ Super equo Alexandri Regis: qui bucephalas appellatus est. ¶ Caput secundum.

EQuus Alexandri Regis: et capite: et noīe bucephalas fuit. Emptum cares scripsit talētis. xiii. et regi Philippo donatum. æris nostri summa est sestertia. cccxii. Super hoc equo dignum memoria uisum: ꝙ ubi ornatus erat: armatusq; ad prælium: haud unq̄ inscēdi sese ab alio nisi a Rege passus sit. Id etiam de isto equo memoratum est: quod cum in eo insidens Alexander bello indico: et facinora faci ens fortia: in hostium cuneum non satis sibi prouidens: īmisisset: cō iectisq; undiq; in Alexandrum: telis uulneribus altis in ceruice: atq; ī latere equus perfossus est. Moribundus tamen: ac prope iā exanguis e mediis hostibus regem uiuacissimo cursu retulit. Atq; ubi eū extra tela extulerat: ilico concidit: et domini iam superstitis securus: quasi cum sensus humani solatio animam expirauit. Tum Rex Alexander parta eius belli uictoria: oppidum in iisdem locis condidit. Atque ob equi honores bucephalon appellauit.

¶ Quæ causa: quodq; initium fuisse dicatur Protagoræ ad philosophiæ litteras adeundi. ¶ Caput tertium.

PRotagoram uirum in ſtudiis doctrinarum egregium: cuius no
men Plato libro ſuo illi inclyto inſcripſit: adoleſcentem aiunt
uictus quærendi gratia in mercede miſſum. Vecturaſq; onerum cor/
pore ſuo factitauiſſe. quod genus græci βαςάζοντας uocant. Latine
baiulos appellamus. Is de proximo rure in abderam oppidum: cuius
popularis fuit: caudices ligni plurimos funiculo breui circundatos:
portabat. Tum forte Democritus ciuitatis eiuſdem ciuis homo ante
alios uirtutis: & philoſophiæ gratia uenerandus cum egrederet̃ extra
urbem: uidet illum: cum illo genere oneris tam impedito: ac tam in/
cohibili: facile: atq; expedite incedentem. Et prope accedit: & iunctu/
ram: poſituramq; ligni ſcite: periteque factam conſiderat. Petitq; ut
paulum acquieſcat. Quod ubi Protagoras: uti erat petitũ fecit: atq;
itidem Democritus aceruum illum: & quaſi orbem caudicum: breui
uinculo cupreſſum: ratione quadam: quaſi geometrica librari: conti/
neriq; animaduertit: interrogauit: quis id lignum ita compoſuiſſet:
& cum ille a ſe compoſitũ dixiſſet: deſiderauit: uti ſolueret: ac denuo
in modum eundem collocaret. At poſtq̃ ille ſoluit: & ſimiliter com/
poſuit: tum Democritus animi aciem: ſollertiamq; hominis non do/
cti demiratus: Mi adoleſcens inquit: cum ingenium benefaciendi ha
beas: ſunt maiora melioraq;: quæ facere mecum poſſis. Abduxitque
eum ſtatim. Secumq; habuit: & ſumptũ miniſtrauit. & philoſophi/
as docuit. & eſſe eum fecit: quantus poſtea fuit. Is tamen protagoras
inſyncærus quidem philoſophus: ſed acerrimus ſophiſtarum fuit.
Pecuniam quippe ingentem: cum a diſcipulis acciperet annuã: polli
cebatur ſe id docere: qua nam uerborum induſtria cauſa ĩfirmior for
tior fieret. Quam rem græce ita dicebat: ὸν ἥττον λόγον: κρέιτων
ϖοιε͂ιν. id eſt cauſam inferiorem ſuperiorem efficere.

¶ De uerbo duo & uiceſimo: quod uulgo incognitum eſt: a uiris do
ctis multifariam in libris ſcriptum eſt.

¶ Caput quartum.

APud ſigillaria forte ĩ libraria ego: &. L. Paulus poeta uir memo
ria noſtra doctiſſimus: cõſederamus. atq; ibi expoſiti erant Fabii an/
nales bonæ atq; ſyncæræ uetuſtatis libri. quos uẽditor ſine mẽdis eſſe
cõtendebat. Grãmaticus autem quiſpiã de nobilioribus ab emptore
ad ſpectandos libros adhibitus: repperiſſe unum ĩ libro mendũ dice/
bat. Sed cõtra librarius in quoduis pignus uocabat: ſi ĩ una uſpiam

littera delictū esset. Ostēdebat grammaticus ita scriptū in libro.iiii. Quapropter tum primum ex plebe alter consul factus est: duo & uicesimo anno: postq̄ romam galli ceperunt. Non inquit duo & uicesimo: sed duodeuicesimo scribi oportuit. Quid enim est: duo & uicesimo? Alio quoq; loco hic ita scripsit. Mortuus est anno duo & uicesimo. Rex fuit anno.xxi.

¶ Cuiusmodi ioco cauillatus sit Antiochum regē pœnus Annibal. ¶ Caput.v.

IN libris ueterum memoriarum scriptum est Annibalē carthaginensem apud Regem Antiochum facetissime cauillatū esse. Ea cauillatio huiuscemodi fuit. Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentis: quas bellum populo Romano facturus comparauerat. conuertebatq; exercitum: insignibus argenteis: & aureis florentē. Inducebat etiam currus cum falcibus: & elephantos cū turribus. Eqtatumq; frenis: ephippiis: monilibus: phaleris præfulgentem. Atque ibi rex contemplatione tanti: ac tā ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspicit: & putasne inquit conferri posse: ac satis esse credis romanis hæc omnia? Tum pœnus eludens ignauiam imbelliāq; militum eius preciose armatorum: satis plane inquit: satis esse credo romanis hæc omnia: etiam si auarissimi sunt. Nihil prorsum: neq; tā lepide: neque tam acerbe dici potest. Rex de numero exercitus sui: ac de æquipanda æstimatiōe quæsierat. Respondit Annibal de præda.

¶ De coronis militaribus: quæ sit earꝝ triūphalis: quæ obsidionalis: quæ ciuica: quæ muralis: quæ castrēsis: quæ naualis: quæ oualis: quæ oleagina. ¶ Caput.vi.

MIlitares coronæ multifariæ sunt. Quarꝝ quæ nobilissimæ sunt: has ferme esse accepimus: triumphalem: obsidionalem: ciuicā: muralē: castrensem: naualē. Est ea quoq; corona: quæ oualis dicitur. Est itē postrema oleagina: quā uti solent: qui in prælio non fuerunt: sed triūphū ꝓcurāt. Triūphales coronæ sūt aureæ quæ imꝑatoribus ob honorē triūphi mittūt. Id uulgo dicitur aurum coronarium. Hæ antiqtus e lauro erāt: post fieri ex auro cœptæ. Obsidiōalis est: quā ii qui liberati sunt obsidione: dāt ei duci: qui liberauit. Ea corona graminea ē: obseruariq; solitū: ut fieret e gramīe: quod ī eo loco generatū esset: ītra quē clausi erāt: q obsidebant. Hanc coronam gramineā .S.P.Q.R.Q. Fabio Maxīo dedit bello pœnorū secūdo: q urbē

romam obsidione hostium liberasset. Ciuica corona appellatur: quam ciuis ciui a quo seruatus est in prælio testem uitæ: salutisq; perceptæ dat. Ea fit e fronde querna: quoniã cibus uictusq; ãtiquissimus quer cus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice: quod genus superiori proximũ est. Sicuti scriptum est in quadam comœdia Cecilii. Aduehunt inqt cum ilignea corona: & chlamyde. Dii uostram fidem. Massurius aũt Sabinus in. xi. librorum memoralium: ciuicam coronam tũ dari soli tam dicit: cum is: qui ciuem seruauerat: eodem tempore: etiam hostẽ occiderat. Neque locum in ea pugna reliquerat: Aliter ius ciuicæ coro næ negat concessum: Tiberium tamen Cæsarem consultum: an ciui cam coronã capere posset: qui ciuem in prælio seruasset: & hostis ibi dem duos interfecisset: sed locum in quo pugnabat: non retinuisset: eoq; loco hostes potiti essent: rescripsisse dicit: eũ quoq; ciuica dignũ uideri: ꝙ appareret: e tam iniquo loco ciuem ab eo seruatum: ut etiã a fortiter pugnantibus retineri: non quiuerit. Hac corona ciuica. L. Gelius uir censorius in senatu Ciceronem consulem donari a repub. censuit: ꝙ eius opera esset atrocissima illa Catilinæ Coniuratio dete cta uindicataq;. Muralis est corona: qua donatur ab imperatore: qui primus murum subiit. Inq; oppidum hostium per uim ascendit. Ic circo quasi muri pinnis decorata est. Castrẽsis est corona: qua donat eum imperator: qui primus hostium castra pugnans introiuit. Ea co rona insigne ualli habet. Naualis est: qua donari solet maritimo præ lio: qui primus in hostium nauem: ui armatus transiliuit. Ea q̃si na uium rostris insignita est. Et muralis autem: & castrensis: & naualis fieri ex auro solent. Oualis uero corona myrtea est. Ea utebantur im peratores: qui ouantes introibant urbem. Ouandi autem ac nõ triũ phandi causa est: cum aut bella non rite indicta: neq; cum iusto ho ste gesta sunt: aut hostium nomen humile: & non idoneũ est: ut ser uorum pyratarumq;: aut deditione repente facta: in puluere (ut dici solet) in cruentaque uictoria obuenit. Cui facilitati aptam esse Vene ris frondem crediderunt: ꝙ non Martius: sed quasi Venerius quidã triumphus foret. ¶ Hanc myrteam coronam. M. crassus: cum bello fugitiuorum confecto: ouans rediret: insolenter aspernatus est. Sena tusq; consultum faciundum per gratiam curauit: ut lauro: non myr to coronaretur. M. Cato obiecit. M. Fuluio nobiliori: ꝙ milites ꝑ ambi tionẽ coronis leuissimis de causis dõasset. de q̃ re uerba ipsa apposui

Catonis. Nam principio: quis uidit corona donari queq̃: cũ oppidũ captum non esset? aut castra hostium incensa non essent? Fuluius autem in quem hoc a Catone dictum est: coronis donauerat milites: quia uallũ curauerant: aut quia puteum strenue foderant. Praetereũdum non est: quod ad ouationes attinet: super quo dissensisse ueteres scriptores accipio. Partim enĩ scripserũt: qui ouarẽt: introire solitos: equo uehentes. Et Sabinus Massurius pedibus ingredi ouãtis dicit: sequentibus eos: nõ militibus: sed uniuerso senatu.

Personae uocabulum q̃ lepide interpretatus: quãq; esse uocis eius originem dixerit. C. Bassus. Caput. vii.

Lepide mehercle: & scite. C. Bassus in libris: quos de origine uocabulorũ cõposuit: unde appellata persona sit: interpretatur. A personando enim id uocabulũ factũ esse coniectat. Nã caput inquit & os: cooperimento pesonae tectum undiq;: unaq; tãtũ uocis emittẽdae: uia peruium: quoniã nõ uaga: neq; diffusa est in unũ tãtũmodo exitum collectã: coactãq; uocẽ: & magis claros: canorosq; sonitus facit. Quoniã igitur indumẽtũ illud oris clarescere: & resonare uocẽ facit: ob eã causam persona dicta: o littera: propter uocabuli formã productiore.

Defensus error a Virgilii uersibus: quos arguerat Iulius Higinus grãmaticus. Et ibidẽ quid sit lituus: & de etymologia uocis eius.

Caput. viii.

Ipse quirinali lituo: paruaq; sedebat.
Succinctus trabea: leuaq; ancile gerebat.

In his uersibus errasse Virgiliũ Higinus scribit: tãq̃ non aĩaduerterit deesse aliquid hisce uerbis: Ipse q̃rinali lituo. nã si nihil inquit deesse animaduertimus: uidet̃ ita dictũ: ut fiat: lituo: & trabea succinctus: quod est inquit absurdissimũ. Quippe cũ lituus sit uirga breuis in parte: qua robustior est: incurua: qua augures utũt̃: quonam modo succinctus lituo uideri potest? Immo ipse Higinus parũ aĩaduertit sic hoc esse dictũ: ut pleraq; dici per defectionẽ solent: ueluti cũ dicit̃. M. Cicero homo magna eloquentia: atq; Roscius histrio sũma uenustate: non plenũ hoc utrũq;: neq; perfectũ est. Sed enim ꝓ pleno atq; perfecto audit̃: ut Virgilius alio in loco. Victorem buten ĩmani corpore: id est corpus immane habentem. Et item alibi: In mediũ geminos immani pondere cestus Proiecit. Ac similiter: Domus saniẽ:

dapibusq; cruentis Intus opaca:ingens. Sic igitur id quoq; uideri di-
ctum debet:picus quirinali lituo erat : sicut dicimus: statua grādi ca
pite erat. Et est autē:& erat:& fuit:plerq; absunt cum elegātia absq;
detrimento sententiæ. Et quoniam facta litui mentio est: non præ
termittendū est:quod posse quæri animaduertimus:utrū lituus au-
guralis a tuba:quæ lituus appellat̄:an tuba a lituo augurū lituus di-
cta sit? Vtrq; enim pari forma:& pariter incuruum est. Sed si(ut q-
dam putant)tuba a sonitu littuus appellata est:ex illo homerico uer
su. λίγξε βιός:id est īsonuit neruus:necesse est ita accipi:ut uirga au
guralis a tubæ similitudīe:lituus uocetur. Vtitur autē uocabulo isto
Virgilius pro tuba.

Et lituo pugnas insignis obibat:& hasta.

Historia de Croesi filio sumpta ex Herodoti libris.

Caput nonum.

Illius Crœsi regis:cum iam per ætatē fari posset:infans erat. Et
cum iam multū adoleuisset:itē nihil fari quibat. Mutus adeo
& elinguis diu habitus est. Cū uero in patrē eius bello magno uictū:
& urbe:in qua erat:capta:hostis gladio deducto regem esse ignorans
inuaderet:diduxit adolescens os clamare nitens. Eoq; nixu: atq; īpe-
tu spiritus uitium:nodumq; linguæ rupit. Planeq; & articulate locu
tus est:clamans ī hostem:ne rex Crœsus occideretur. Tum & hostis
gladium reduxit & rex uita donatus est.& adolescens loqui prorsum
deinceps īcepit. Herodotus in historiis huius memoriæ scriptor est.
Eiusq; uerba sunt:quæ prima dixisse filium Crœsi refert. ὤνθρωπε
μὴ κτεῖνε κροῖσον. Id est Heus hō non occide crœsum. Sed & qspiā
samius athleta:nomen illi fuit αἴγλης:id est Aegles : cum antea nō
loquens fuisset:ob similem dicitur causam loqui cœpisse. Nam cum
in sacro certamine sorticio inter ipsos:& aduersarios nō bona fide fie
ret:sed sortem nominis falsam subiici animaduertisset: repente ī eū
qui id faciebat sese uidere:quid faceret:magnū inclamauit. Atque is
oris uinculo solutus:per omne inde uitæ tempus non turbide : neq;
adhæse locutus est.

De argumentis:quæ græce ἀντιστρέφοντα appellant: a nobis reci
proca dici possūt. Caput.x.

Inter uitia argumētorū:lōge maximū esse uitiū uidet̄ eorū:quæ
ἀντιστρέφοντα græci dicūt. Et qdā ex nr̄is: nō hercle nimis ab-

ſurde reciproca appellauerũt. Id aũt uitiũ accidit hoc mõ: cũ argumẽ tũ ꝓpoſitũ referri cõtra: cõuertiq; ĩ eũ põt: a quo dictũ eſt: & utrūq; pariter ualet. Quale eſt prouulgatũ illud: quo Protagorã ſophiſtarũ acerrimũ uſũ eſſe ferũt: aduerſus Euathlum diſcipulũ ſuũ. Lis nãq; iter eos: & controuerſia ſup pacta mercede hæc fuit. Euathlus adoleſcẽs diues: eloquẽtiæ diſcẽdæ: cauſarũq; orãdi cupiẽs fuit. Is ĩ diſciplinã Protagoræ ſeſe dedit: daturũq; ꝓmiſit mercedẽ: grãdẽ pecuniã: q̃tã Protagoras petiuerat. Dimidiũq; eius dedit iã tunc ſtatim: priuſq̃ diſceret. Pepigitq; ut reliquũ dimidiũ daret quo prĩo die cauſã apud iudices oraſſet: & uiciſſet. Poſtea cũ diutule auditor aſſectatorq; Protagoræ fuiſſet: & in ſtudio qdẽ facundiæ abũde promouiſſet: cauſas tamẽ nõ reciperet: tẽpuſq; iã lõgũ trãſcurreret: & facere id uideret̃: ne reliquũ mercedis dare: capit cõſiliũ Protagoras (ut tũ exiſtĩabat) aſtutũ. Petere inſtitit ex pacto mercedẽ. Litẽ cũ Euathlo cõteſtat̃. & cum ad iudices cõniciẽdæ cõſiſtẽdæq; cauſæ gratia ueniſſet: tũ Protagoras ſic exorſus eſt. Diſce ĩquit ſtultiſſime adoleſcens: utroq; id mõ fore: uti reddas: quod peto: ſiue cõtra te pronũtiatũ erit: ſiue pro te. Nã ſi cõtra te lis data erit: merces mihi ex ſententia debebit̃: quia ego uicero. Sin uero ſecũdũ te iudicatũ erit merces mihi ex pacto debebit̃: qa tu uiceris. Ad ea reſpõdit Euathlus: potui ĩquit huic tuæ tã ãcipiti captioni iſſe obuiã: ſi uerba ipſe nõ facerẽ: atq; alio patrono uterer. Sed maius mihi ĩ iſta uictoria proludiũ eſt: cũ te nõ in cauſa tantũ: ſed ĩ argumẽto quoq; iſto uinco. diſce igit̃ tu quoq; magiſter ſapiẽtiſſime utroq; mõ fieri uti nõ reddã: quod petis: ſiue cõtra me pronuntiatũ fuerit: ſiue pro me. Nã ſi iudices pro cauſa mea ſenſerĩt: nihil tibi ex ſentẽtia debebit̃: qa ego uicero. Sin cõtra me pronũtiauerĩt: nihil tibi ex pacto debebo: qa ego nõ uicero. Tũ iudices dubioſũ hoc: ĩexplicabileq; eſſe: quod utrinq; dicebat̃ rati ne ſentẽtia ſua utrãcũq; ĩ partẽ dicta eſſet: ipſa ſeſe reſcinderet: rẽ iniudicatã reliquerũt. Cauſã in diẽ lõgiſſimã diſtulerũt. ſic ab adoleſcente diſcipulo magiſter diſciplinæ eloquẽtiæ inclitus: ſuo ſibi argumẽto cõfutatus eſt. & captiõis uerſutæ excogitatæ fruſtatus fuit.

¶ Biantis de re uxoria ſyllogiſmũ nõ poſſe uideri ἀντιστρέφοντα: ideſt reciprocũ. ¶ Caput. xi.

EXiſtimauit quidã etiam illud Biantis uiri ſapientis: ac nobilis reſpõſum cõſimile eſſe: atq; eſt Protagorion illud: de quo dixi

modo ἀντιστρέφον: idest reciprocā s. Nā cum rogatus esset a quodā Bias: deberet ne uxorē ducere? An uitā uiuere cælibem? ἤτοι inquit καλὴν ἄξεις ἢ αἰσχράν: καὶ εἰ καλὴν ἕξεις κοινὴν εἰ δὲ αἰσχράν: ἕξεις ποινὴν ἑκάτερον δὲ οὐκ ἀγαθόν: οὐ ληπτέον ἄρα: id est aut pulchrā duces: aut deformē. Si pulchrā: habebis cōmunē. Sin turpē: habebis pœnā. Neutrꝝ autem bonum. Non est igitur ducenda uxor. Sic autē hoc respōsum conuertunt: εἰ μὲν καλὴν ἄξω: οὐχ ἕξω ποινήν: εἰ δὲ αἰσχράν: οὐχ ἕξω κοινήν: γαμητέον ἄρα .i. si formosā ducā: nō habebo pœnā. Sin deformē: nō habeo cōmunē. Ducēda est ergo uxor. Sed minime hoc esse uidet ἀντιστρέφον .i. reciprocum: quoniā ex altero latere cōuersum frigidius est: infirmiusq; . Nā Bias proposuit: nō esse ducendam uxorem propter alterutrꝝ īcōmodum: quod necessario patiendū erit ei: qui duxerit. Qui cōuertit autē: non ab eo se defendit īcōmodo: quod adest: sed carere se altero dicit quod non adest. Satis est autem tuendæ sententiæ: quam Bias dixit: ꝙ eū qui duxit uxorem pati necesse est ex duobus incōmodis alterꝝ: ut aut κοινὴν id est cōmunē habeat: aut ποινήν .i. pœnā. Sed Phauorius noster: cum facta esset forte mentio syllogismi huius: quo Bias usus est: cuius prima πρότασις .i. ꝓpositio est ἤτοι καλὴν ἄξεις. ἢ αἰσχράν .i. aut pulchram duces: aut turpem: non ratum id: neq; iustum disiunctū esse ait: quādo nō necessariū est alterꝝ ex duobus quæ disiungunt: quod ī proloquio disiunctiuo necessarium est. Eminentia enim quædā significari formarꝝ turpes: & pulchræ uidētur. Est autē inquit tertium quoq; inter duo ista: quæ disiungunt cuius rationem prospectūq; Bias non habuit. Inter enī pulcherrimā fœminā: & deformissimā: media quædā forma est: quæ a nimiæ pulchritudinis periculo: & a summo deformitatis odio uacat. Qualis a. Q. Ennio in Menalippa: perq̄eleganti uocabulo stata dicit. quæ neq; κοινὴ .i. cōmunis futura sit: neq; ποινή .i. pœna. quam formā modicā: & modestam Phauorinus nō mehercule īscite: appellabat uxoriā. Ennius autem in ista: quam dixi tragœdia: eas fere fœminas ait incolumi pudicitia esse: quæ stata forma forent.

De nominibus deorꝝ populi Romani: Diiouis & Veiouis.

Caput. xii.

IN antiquis spectatiōibus noīa hæc deorꝝ inesse aīaduertimus: Diiouis & Veiouis. Est autem ædes Veiouis romæ inter arcem

& capitoliũ. Eoꝝ nominũ rationẽ esse hãc cõperi. Iouẽ latini ueteres a iuuando appellauerunt. Eũdẽq; alio uocabulo iuncto patrẽ appellauere. Nam quod est in elisis: aut ĩmutatis quibusdã litteris Iupiter id plenum atq; integrũ est: Iouis pater. Sic & Neptunus pater cõiuncte dictus: & Saturnus pater: & Ianus pater: & Mars pater. hoc enim est Marspiter. Itẽq; Iouis diespiter appellatus. i. diei & lucis pater. Idcircoq; simili noĩe Diiouis dictus est: & Lucetius: quod nos die & luce: quasi uita ipsa afficeret: & iuuaret. Lucetium autem Iouẽ Cn. Neuius in libris belli punici appellat. Cũ Iouem igitur: & Diiouem a iuuando nominassent: eum quoq; cõtra deũ: q nõ iuuãdi potestatem sed uim nocẽdi haberet (Nam deos quosdã ut ꝓdessent: celebrabãt. quosdam ut ne obessent placabant) Veiouem appellauerũt: dempta atq; detracta iuuãdi facultate. Ve. n. particula: quæ in aliis atq; aliis uocabulis uariatim per has duas litteras cum: a littera media ĩmissa dicitur: duplicẽ significatũ: eũdẽq; inter se diuersum capit. Nam & augendæ rei: & minuẽdæ ualet: sicuti aliæ particulæ plurimæ. ꝓpter quod accidit: ut quædam uocabula: quibus particula ista præponit̃: ambigua sint. & utroq; uersum dicant̃: uescum uehemens: & uegrãde. de quibus alio in loco uberiore tractatu facto admonuimus. Vesanos autẽ: & uecordes ex una tãtũ parte dici: quæ priuatiua est. quã græci στερητικὸν μόριον. i. priuatiuam particulã dicũt. Simulacrũ igit̃ dei Veiouis: quod est in æde: de q̃ supra dixi: sagittas tenet: quæ sũt uidelicet paratæ ad nocẽdũ. Quapropter eũ deũ pleriq; Apollinẽ esse dixerũt. Immolaturq; illi ritu humano capra. Eiusq; aĩalis figmentũ iuxta simulacrũ stat. Propterea Virgilium quoq; aiũt multæ antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritũ: numina leua in Georgicis deprecari: significãtẽ q̃dã uim esse huiuscemodi deoꝝ: ĩ lædendo magis q̃ in iuuando potẽtẽ. Versus Virgilii hi sunt.

In tenui labor est: at tenuis non gloria: si quem
Numina leua sinũt. auditq; uocatus apollo. In his autem diis: quos placari oportet: uti mala a nobis: uel a frugibus natis amoueantur. Arũgus quoq; habet̃: & Rubigus.

De officioꝝ gradu atq; ordine moribus populi ro. obseruato. Caput. xiii.

[S]enioꝝ hoĩnũ: & romæ nobiliũ atq; ĩ moꝝ disciplĩaꝝq; ueterũ doctrĩa: memoriaq; præstãtiũ disceptatio quædã fuit: præsete:

atq; audiēte me de gradu: atq; ordine officiorꝝ. Cūq; quæreret: q̄bus nos ea prioribus: potioribusq; facere oporteret: si necesse esset in opa dando: faciundoq; officio: alios aliis anteferre: non constabat. Cōueniebat autem facile: constabatq; ex moribus po. ro. Primū iuxta parentes locum tenere pupillos debere: fidei tutelæq; nostræ creditos. Secūdum eos proximum locum clientes habere: qui sese itidem in fidem patrociniumq; nostrꝝ dederunt. Tum in tertio loco esse hospites. postea esse cognatos: affinesq; huius moris obseruationisq; multa sunt testimonia: atq; documenta in antiquitatibus perscripta. Ex quibus unū hoc īterim de clientibus: cognatisq;: quod præ manibus est: ponemus. M. Cato in oratione quam dixit apud censores: ī Lentulum ita scripsit: quod maiores sanctius habuere defendi pupillos: q̄ cliētem nō fallere. Aduersus cognatos: pro cliente testat̃. Testimonium aduersum clientē nemo dicit. Patrē primū: postea patronū ꝓximū nomē habere. Massurius autē Sabinus in libro iuris ciuilis tertio: antiquiorem locum hospiti tribuit: q̄ cliēti. uerba ex eo libro hæc sunt. ❡ In officiis apud maiores ita obseruatum est: primum tutelæ deinde hospiti: deinde cliēti: tū cognato: postea affini. de q̄ causa fœminæ uiris potiores sunt habitæ: pupillarisq; tutela mulieri prælata. & iā aduersus: quē affuissent eius filii tutores relicti: in eadē causa pupillo aderant. Firmū atq; clarꝝ isti testimoniū rei perhibet auctoritas .C. Cæsaris pōtificis max. qui in orōne quā pro bithyniis dixit: hoc principio usus est. Vel pro hospitio regis Nicomedis: uel pro horꝝ necessitate: quorꝝ res agit̃: refugere hoc munus Mumi nō potui. Nam neq; hominum morte memoria deleri debet: quin a proximis retineatur: neq; clientes sine summa infamia deseri possunt. quibus & iā a propinquis nostris auxilium ferre instituimus.

❡ Quod Appion doctus homo: q polyhistor appellatus est: uidisse se romæ scripsit: recognitionē īter sese mutuā ex uetere aīcitia hoīs & leonis. ❡ Caput. xiiii.

APpion: qui polyhistor appellatus est: litteris hō multis præditus: rerꝝq; græcarꝝ plurima atq; uaria scientia fuit. Eius libri nō incelebres ferūt: q̄bus oībus ferme: quæ mirifica in ægypto uisuntur: audiūt̃q; historia cōprehēdit. Sed ī his quæ audisse uel legisse sese dicit: fortasse a uitio studioq; ostentationis fit loquacior. Est enī sane q̄ in prædicādis doctrinis suis uendicator. Hoc autē quod in libro ægy-

ptiacoꝝ quinto ſcripſit:neqꝫ audiſſe:neque legiſſe:ſed ipſum ſeſe in urbe roma uidiſſe:oculis ſuis confirmat. In circo maximo inquit ue-nationis ampliſſimæ pugna populo dabat̃. Eius rei(romæ cum forte eſſem)ſpectator inquit fui. Multæ ibi ſæuientes feræ:magnitudines beſtiarum excellẽtes:omniũqꝫ inuſitata:aut forma erat:aut ferocia. Sed præter alia oĩa leonum inquit ĩmanitas admirationi fuit. Præ-terqꝫ omnis cæteros unus. Is unus leo corporis impetu & uaſtitudĩe: terrificoqꝫ fremitu:& ſonoro:toris:comiſqꝫ ceruicum fluctuantibus aĩos oculoſqꝫ oĩum in ſeſe conuerterat. Introductus erat inter cõplu ris cæteros ad pugnam beſtiaꝝ dacus ſeruus uiri conſularis. Ei ſeruo Androdus nomen fuit. Hunc ille leo ubi uidit procul: repente inq̃t quaſi admiratus ſtetit. Ac deinde ſenſĩm:atqꝫ placide: tanq̃ noſcita-bundus ad hominem accedit. Tum caudam more atqꝫ ritu adulan-tium canum clæmenter:& blande mouet. hoĩſqꝫ ſeſe corpori adiun-git. Cruraqꝫ eius & manus ꝓpe iam exanimati metu: lingua leniter demulcet. Homo androdus ĩter illa tã atrocis feræ blãdimẽta amiſſũ animum recupat. Paulatimqꝫ oculos ad cõtuẽdũ leonẽ refert. Tum quaſi mutua recognitione facta:lætos inquit & gratulabundos uide res hoĩem & leonem. Ea re prorſus tã admirabili:maxĩos populi cla-mores excitatos dicit. Arceſſitumqꝫ a Cæſare Androdũ: quæſitumqꝫ cauſam:cur ille atrociſſimus leonum uni parſiſſet. Ibi Androdus rẽ mirificam narrat:atqꝫ admirabilẽ. Cũ ꝓuinciã inquit africã pro con ſulari imperio meus dominus optineret:ego ibi iniquis eius:& quo-tidianis uerberibus ad fugã ſum coactus. & ut mihi a domino terræ illius præſide tutiores latebræ forent:in campoꝝ & arenaꝝ ſolitudi-nes conceſſi. Ac ſi defuiſſet cibus:conſilium fuit mortem aliquo pa-cto quærere. Tũ ſole inquit medio rapido & flagrãti: ſpecum q̃dam nactus remotã latebroſãqꝫ. in eã me penetro:& recondo. neqꝫ multo poſt ad eãdẽ ſpecum uenit hic leo debili uno:& cruẽto pede gemitus edens:& murmura dolorẽ:cruciatũqꝫ uulneris cõmiſerãtia. Atqꝫ illic primo qdẽ cõſpectu aduenĩẽtis leonis territũ ſibi & pauefactũ aĩum dixit. Sed poſtq̃ introgreſſus inquit leo:uti re ipſa apparuit:in habi-taculum illud ſuum uidet me ꝓcul deliteſcentem:mitis & mãſuetus acceſſit. & ſublatũ pedẽ oſtendere mihi & porrigere:quaſi opis peten dæ gratia uiſus eſt. Ibi inquit ego ſtirpẽ ingẽtẽ:ueſtigio pedis eius hæ rentẽ reuulſi. Cõceptãqꝫ ſaniẽ uulnere intimo expreſſi. Accuratiuſqꝫ

ſine magna iam formidine ſiccaui penitus:atq; deterſi cruorem. Ille tunc mea opera:& medela leuatus: pede in manibus meis poſito recubuit & quieuit. Atq; ex eo die triēnium totum ego & leo in eadem ſpecu:eodemq; uictu uiximus. Nam quas uenabat̃ feras:mēbra opimiora ad ſpecum mihi ſuggerebat. quæ ego:ignis copiam nō habēs: ſole meridiano torrens edebam. Sed ubi me inquit uitæ illius ferinæ iā pertęſum eſt:leone in uenatū profecto reliqui ſpecū:& uiā ferme tridui permēſus:a militibus uiſus:apprehenſuſq; ſum. Et ad dominum ex africa romā deductus. Is me ſtatim rei capitalis dānādū: dādumq; ad beſtais curauit. Intelligo autem inquit hunc quoq; leonē: me tunc ſeparato captū:gratiā nunc mihi beneficii: & medicinæ referre. Hæc Appion dixiſſe Androdum tradit. Eaq; oīa ſcripta: circūlataq; tabula populo declarat. Atq; ideo cunctis petentibus dimiſſū Androdum:& pœna ſolutū. Leonēq; ei ſuffragiis populi donatum. Poſtea inquit uidebamus Androdum:& leonem loro tenui reuīctū: urbe tota circū tabernas ire. Donari ære Androdū. Floribus ſpargi leonem. Omneſq; fere ubiq; obuios dicere. hic eſt leo hoſpes hominis. hic eſt homo medicus leonis.

¶ Corpus ne ſit uox:an ἀσώματον. i. incorporeū uarias eſſe philoſophorum ſententias. ¶ Caput. XV.

Vetus atq; perpetua quæſtio inter nobiliſſimos philoſophoꝶ agitata eſt: corpus ne ſit uox:an incorporeū. hoc enī uocabulū qdā finxerunt pro inde:quod græce dicit̃ ἀσώματον. Corpus autē eſt:quod aut efficiens eſt:aut patiens:id græce dicit̃ τὸ δρώμενον ἢ πάσχον σῶμα ἐστί. i. aut efficiēs:aut patiens corpus eſt. Quā definitione ſignificare uolens Lucretius ita ſcripſit. Tāgere enī aut tāgi: niſi corpus:nulla poteſt res. Alio quoq; mō corpus eſſe græci dicunt: τὸ τριχῆ διαστατόν. i. triplici dimēſione diſtās. Sed uoce ſtoici corpus eſſe cōtēdūt. Eāq; eſſe dicūt ictū aera. Plato autē non eſſe uocem corpus putat. Nō enī pcuſſus inquit aer:ſed plaga ipſa:atq; pcuſſio uox eſt. οὐχ ἁπλῶς πληγὴ ἀέρος ἐστὶν ἡ φωνή. πλήττει γὰρ τὸν ἀέρα καὶ δάκτυλος παραγόμενος. καὶ οὐδέπω ποιεῖ φωνήν. ἀλλὰ πόση πληγὴ. καὶ σφόδρα. καὶ τόση δὲ ὥστε ἀκουστὴν γενέσθαι. i. nō ſimpliciter plaga aeris:uox eſt. nā digitus quoq; aerē pcutit nō ita tamē uocē facit. Sed quāta plaga:& uehemens: & tāta ut audibilis fiat. Democritus ac deinde Epicurus ex īdiuiduis corporibus uo

cem cōſtare dicūt. Eāq; ut ipſis eorꝫ uerbis utar. ρεῦμα λόγων .i. flumen uerborꝫ appellāt. hos alioſq; tales: argutæ delectabiliſq; deſidiæ aculeos: cū audiremus: uel lectitaremus: neq; ī his ſcrupulis: aut emolumētū aliquod ſolidū ad rōnem uitæ ptinēs: aut finē ullū quærēdi uideremus: ennianū Neoptolemū probabamus: q pfecto ita ait. Philoſophandum eſt paucis. nam omnino haud placet.

De ui oculorꝫ: atq; uidēdi rōibus. Caput. xvi.

DE uidendi ratione: deq; cernēdi natura diuerſas eſſe opiniones philoſophorum animaduertimus. Stoici cauſas eſſe uidēdi dicunt: radiorum ex oculis in ea: quæ uideri queūt: emiſſionem. aeriſq; ſimul intentionem. Epicurus affluere ſemper ex oībus corporibus ſimulacra quædam corporꝫ ipſorꝫ: eaq; ſeſe in oculos inferre. atq; ita fieri ſenſum uidēdi putat. Plato exiſtimat genus quoddā ignis: luciſq; de oculis exire. idq; coniunctum: cōtinuatūq; uel cum luce ſolis: uel cū alterius ignis lumine: ſua ui: & externa nixum efficere: ut quæcūq; offenderint: illuſtrauerintq; cernamus. Sed & hic: ea quæ diſſerimus imaginādum. Eiuſdēq; illius enniani Neoptolemi: de quo ſupra ſcripſimus: conſilio utendum eſt. qui deguſtādū ex philoſophia cenſet non in eam ingurgitandū.

Quā ob cām dies primi poſt calēdas: nonas: idus atri habeant̄. & cur diē quoq; q̄rtū ante calēdas: uel nonas: uel idus q̄ſi religioſū pleriq; uitant. Caput. xvii.

VErrius Flaccus in quarto de uerborum ſignificatione dies: qui ſunt poſtridie calendas: nonas: idus: quos uulgus imperite nefaſtos dicit: propter hanc cauſam dictos habitoſq; atros eſſe ſcribit. Vrbe inquit a gallis ſenonibus recuperata. L. attilius in ſenatu uerba fecit. Q. Sulpitium tri. militum ad halliam aduerſus gallos pugnaturum: rem diuinam dimicandi gratia poſtridie idus feciſſe. Tū exercitum po. ro. occidione occiſum. & poſt diem tertium eius diei urbē præter capitolium captam eſſe. Complureſque alii ſenatores recordari ſeſe dixerunt: quotiens belli gerendi gratia: res diuīa poſtridie calendas: nonas: idus: a magiſtratu populi romani facta eſſet eius belli proximo deinceps prælio rempu. male geſtam eſſe. Tū ſenatus eā rē ad pōtifices reiecit: ut ipſi: quod uideret̄: ſtatuerēt. Pōtifices decreuerūt nulliū iis diebus ſacrificiū recte futurꝫ. ante diem quoq; quartum calēdas: uel nonas: uel idus: tanq̄ inominalē diem pleriq; uitāt. Eius

obſeruationis an religio ulla ſit tradita quæri ſolet. Nihil ſuper ea re ſcriptũ ĩuenimus: niſi ꝙ Claudius annaliũ quinto cladẽ illã pugnæ cannẽſis uaſtiſſimã factã dicit ante diẽ quartũ nonas ſextiles.

¶ In quo & quantum differat hiſtoria ab ãnalibus. Supq; ea re uerba poſita ex libro reꝝ geſtaꝝ Sempronii Aſellionis primo.

¶ Caput. xviii.

Hiſtoriã ab annalibus qdã differre eo putant: ꝙ cum utrũq; ſit rerum geſtaꝝ narratio: eaꝝ tamen ꝓprie rerum ſit hiſtoria quibus rebus gerendis interfuerit is: q narret. Eamq; eſſe opinionẽ quorũdam Verrius Flaccus refert in libro de ſignificatu uerboꝝ. iiii. Ac ſe quidem dubitare ſup ea re dicit. Poſſe autem uideri putat nõnihil eẽ rationis in ea opinione: ꝙ hiſtoria græce ſignificat rerũ cognitionem præſentiũ. Sed nos audire ſoliti ſumus ãnales omnino id eſſe: quod hiſtoriæ ſint. Hiſtorias non omnino eſſe id: quod ãnales ſint. Sicuti quod eſt homo: id neceſſario animal eſt. quod eſt animal: non id neceſſe eſt hominem eſſe. Ita hiſtorias quidem eſſe aiunt rerũ geſtarũ: uel expoſitionẽ: uel demonſtrationem: uel quo alio nomine id dicendum eſt. Annales uero eſſe: cum res geſtæ plurium ãnorũ: obſeruato cuiuſq; anni ordine: deinceps componunt̃. Cũ uero nõ p annos: ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribunt̃: ea hiſtoria græco uocabulo ἐφημερὶσ. i. diariũ dicitur. Cuius latinum interpretamentũ ſcriptũ eſt ĩ libro Aſelliõis prĩo. ex quo libro plura uerba adſcripſimus: ut ſimul ibidem: quid ipſe ĩter res geſtas: & annales eſſe dixerit oſtẽderemus. Veꝝ ĩter eos ĩquit: q annales relĩquere uoluiſſent: & eos q res geſtas a romanis pſcribere conati eſſent: oĩum reꝝ hoc interfuit. Annales libri tãtũmodo quod factũ quoq; anno geſtũ ue ſit id demõſtrabant. Id eoꝝ eſt: q quaſi diariũ ſcribunt. quã græci ἐφημερὶδα uocãt. Nobis non mõ ſatis eſſe uideo: quod factũ eſſet id ꝓnuntiare: ſed etiam quo cõſilio: qua rõne geſta eſſent: demõſtrare. Paulo autẽ poſt idem aſellio in eodẽ libro. nã neq; alacrioris ad rẽpu. defendendã: neq; ſegnioris ad res pperam faciundas annales cõmouere quicq̃ poſſunt. Scribere autẽ bellũ quo initũ conſule: & quo mõ cõfectũ ſit: & quis triũphãs introierit. exq; eo libro: quæ in bello geſta ſunt iterare: id fabulas eſſe prædicare ait. aut ĩterea qd ſenatus decreuerit: aut quæ lex: rogatione lata ſit: neq; quibus conſiliis ea geſta ſunt iterare. id fabulas pueris eſt narrare: non hiſtorias ſcribere.

¶ Quid sit adoptatio: qd itē sit arrogatio: q̄tūq; hæc īter se differāt uerbaq; eius: quæ q̄liaq; sint: qui in liberis arrogandis super ea re populū rogat. ¶ Caput. xix.

CVm in alienā familiam: inq; liberoꝝ locum extranei sumūtur: aut per prætorem fit: aut per populum. Quod per prætorē fit: adoptatio dicitur. Quod per populū arrogatio. Adoptantᷓ autē: cum a parente: in cuius potestate sunt: tertia mācipatione in iureceduntᷓ. Atq; ab eo: qui adoptat: apud eū: apud quē legis actio est: uindicātᷓ. Arrogantur ii: qui cū sui iuris sint in alienā sese potestatem tradunt. Eiusq; rei ipsi auctores fiunt. Sed arrogationes non temere: nec inexplorate cōmittuntᷓ. Nam comitia arbitris pontificibus præbentᷓ: quæ curiata appellātur. Aetasquoq; eius: qui arrogare uult: an liberis potius gignundis idonea sit: bonaq; eius: qui arrogatur: ne insidiose appetita sint: consideratᷓ. Iusq; iurādū a. Q. . Mutio pont. max. conceptum dicitᷓ: quod in arrogādo iuraretᷓ. Sed arrogari nō pōt: nisi iā uesticeps. Arrogatio autē dicta: quia genus hoc in alienā familiā transitus per populi rogationē fit. Eius rogatōis uerba hæc sūt. Velitis: iubeatis: uti. L. Valerius. L. Titio tam iure: legeq; filius sibi fiat: q̄ si ex eo patre: matreq; familias eius natus esset. Vtiq; ei uitæ: necisque in eum potestas siet: uti pariendo filio est. hæc ita uti dixi: ita uos quirites rogo. Neque pupillus autem: neque mulier: quæ in parentis potestate est arrogari potest. quoniā & cum fœminis nulla comitioꝝ cōmunio est: & tutoribus in pupillos tantam esse auctoritatem: potestatēque fas nō est: ut caput liberꝝ fidei suæ cōmissū alienæ ditiōi subiiciant. Libertinos uero ab īgenuis adoptari quidē iure posse Massurius Sabinus scripsit. Sed id neque ꝑmitti dicit: neque ꝑmittēdū esse unq̄ putat: ut homines libertini ordinis ꝑadoptionē in iura īgenuoꝝ inuadant. Alioquin inquit si iuris ista antiquitas seruetᷓ: etiā seruus a domīo ꝑ prætorem dari in adoptionē potest. Idque ait plerosque iuris ueteris auctores posse fieri: scripsisse. Animaduertimus in orōne. P. Scipionis: quā cēsor habuit ad populū de moribus: inter ea: quæ reprehendebat: ꝙ contra maiorū instituta fierent: id etiam eū culpauisse: ꝙ filius adoptiuus patri adoptatori inter premia patrum prodesset. Verba ex oratione hæc sunt. In alia tribu patrem: ī alia filium suffragium ferre. Filium adoptiuum tā ꝓcedere: q̄ si se natū habeat absentis censeri iubere: ut ad censum nemini necesse sit uenire.

Quod uocabulū latinū soloecismo fecerit Capito Asinius. qd aūt ipsum appellauerint ueteres latini. Quibusq; uerbis soloecismū defi nierit idem Capito Asinius. Caput. xx.

SOloecismus latino uocabulo ab Asinio Capitone: eiusdēq; æta tis aliis imparilitas appellatus: a uetustioribus latinis stribiligo dicebat̄: a uersura uidelicet: & prauitate tortuosæ orationis: tāq̄ stero biligo quædā. Quod uitiū Asinius Capito ī litteris: quas ad Clodiū Thuscum dedit hisce uerbis definit. Soloecismus est inqt īpar: & īcō ueniens cōpositura partiū orationis. Cū græcū autē uocabulū sit so/ loecismus an attici hoīes: qui elegātius locuti sunt: usi eo sint quæri solet. Sed nos neq; soloecismum: neq; barbarismū apud græcoꝝ ido/ neos adhuc īuēnimus. Nā sicut βάρβαρον. i. barbaꝝ: ita σολοικον id est soloecum dixerunt. Nostri quoq; ātiquiores soloecū facile: so/ loecismum haud scio an unq̄ dixerint. Quod si ita est: neq; ī græco: neq; in latino soloecismus probe dicit̄.

Pluria qui dicat: & cōpluria: & cōpluries nō barbare dicere: sed la/ tine. Caput. xxi.

PLuria forte quis dixit sermocinans uir apprime doctus meus amicus non hercle studio ferens ostentandi: neq; quo plura di cendū non putaret. Est enim doctrina homo seria: & ad uitæ officia deuincta: ac nihil de uerbis laborante. Sed opinor assidua ueteꝝ scri/ ptorum tractatione inoleuerat linguæ illius uox: quam in libris sæpe offenderat. Aderat: cum ille hoc dixit: reprehēsor audaculus uerborū qui perpauca: eadēq; a uulgo ptrita legerat. Habebatq; nōnullas di/ sciplinæ grāmaticæ īaudaciūculas: partim rudis: inchoatasq; partim non probas. Easq; quasi puluerem ob oculos: cum adortus quēq; fu erat aspgebat. Sicut tunc amico nostro barbare inquit dixisti pluria. Nam neq; rationē uerbū hoc: neq; auctoritates habet. Ibi ille aīcus ridens: amabo te inquit uir bone: quia nunc mihi a magnis seriisque rebus ociū est: uelim doceas nos: cur pluria: siue cōpluria (nihil enim differt) nō latine: sed barbare dixerīt. M. Cato: &. Q. Claudius: Va/ lerius Antias. L. Lælius. P. Nigidius. M. Varro: quos subscriptores: approbatoresq; huius uerbi habemus: præter poetaꝝ oratoꝝq; uete rū multā copiā. Ad quæ ille nimis arrogāter: tibi īquit habeas aucto/ ritates istas: ex faunoꝝ: & aboriginū sæculo repetitas: atq; huic rōni respondeas. Nullum enim uocabulum neutrū cōparatiuū: numero

pluratiuo:caſu recto:ante extremum a habet i litteram:ſicuti melio-
ra:maiora:grauiora:proinde igitur plura:& non pluria dici cõuenit:
ne contra formã perpetuã in cõparatiuo i littera ſit ante extremũ a.
Tum ille amicus noſter cum hominem confidẽtẽ pluribus uerbis nõ
dignum exiſtimaret:Aſinii inquit Capitonis doctiſſimi uiri epiſtolæ
ſunt:uno in libro multæ opinor poſitæ in templo pacis. Prima epi-
ſtola ſcripta eſt ad Pacuuium Labeonem: cui titulus præſcriptus
eſt pluria:nõ plura dici debere:in ea epiſtola rationes grãmaticas po
ſuit:per quas docet pluria latinum eſſe:plura barbarũ. Ad Capitonẽ
igitur te dimittimus. Ex eo id quoq; ſimul diſces:ſi modo aſſequi po
teris:quod in ea epiſtola ſcriptum eſt. pluria ſiue plura abſolutũ eſt
ſiue ſimplex:non ut tibi uidet̃ cõparatiuũ. Huius opinionis aſinia-
næ id quoq; adiumentũ eſt:ꝙ compluries cum dicimus:non cõpara
tiue dicimus. Ab eo autẽ:quod eſt cõpluria:aduerbiũ eſt factũ cõplu
ries. Id quoq; quoniã minus uſitatũ eſt:uerſum Plauti ſubſcripſi ex
comœdia:quæ perſa inſcribitur. Quid metuis? do. Metuo hercle ue-
ro. Senſi ego compluries. Itẽ. M. Cato in. iiii. originũ eodẽ ĩ loco ter
hoc uerbũ poſuit. Cõpluries eoꝝ milites mercenarii inter ſeſe multi
alteri alteros occidere. Cõpluries multi ſimul ad hoſtis tranſfugere.
Compluries in imperatorem impetum fecere.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEXTVS.

HOmines feciſſe dicitur tantam uim eſſe erũnaꝝ:&
malorum aduerſus ea Chryſippus: cũ in libro πε-
ρὶ προνοίασ:ideſt de prouidentia quarto diſſere-
ret:nihil eſt prorſus iſtis inquit nihil imperitius:
qui opinantur bona eſſe potuiſſe:ſi non eſſent iti-
dem mala. Nam cum bona malis contraria ſint:
utraq; neceſſarium eſt:oppoſita ĩter ſeſe:& quaſi mutuo aduerſoq;
fulta nixu conſiſtere. Nullũ adeo contrarium ſine contrario altero:
quo enim pacto iuſtitiæ ſẽſus eſſe poſſet:niſi eſſent iniuriæ? Aut qd
aliud iuſtitia eſt:q̃ iniuſtitiæ priuatio? Quid item fortitudo intelligi
poſſet:niſi ex ignauiæ oppoſitione? Quid continẽtia:niſi ex intem-
perantiæ? Quo item modo prudẽtia eſſet: niſi foret cõtra ĩprudẽtia?

Proinde inquit homines stulti: cur non hoc etiam desiderant: ut ueritas sit: & nō sit mēdacium? Nāq; itidē sunt bona & mala: felicitas & infortunitas: dolor & uoluptas. Alterum enim ex altero (sicuti Plato ait) uerticibus inter se contrariis deliquatum est. Si tuleris unum: abstuleris utrūq;. Idē Chrysippus in eodē libro tractat: consideratq;: dignūq; esse id quæri putat: ει αι τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται. i. an hominum morbi secundum naturam proueniāt. Id est natura ne ipsa rerum: uel prouidentia quæ cōpagem hāc mundi: & genus hominū fecit: morbos quoq;: & debilitates: & ægritudines corporū: quas patiuntur hoīes: fecerit. Existimat autē non fuisse hoc principale naturæ consilium: ut faceret homines morbis obnoxios. Nunq̄ enim hoc conuenisse naturæ auctori: parentiq; rerū omnium bonarum. Sed cum multa inquit: atq; magna gigneret: pareretq; aptissima: & utilissima: alia quoq; simul agnata sūt incōmoda iis ipsis quæ faciebat cohærētia. Eaq; nō p naturā: sed p sequelas q̄sdā necessarias facta dicit: quod ipse appellat: κατὰ παρακολούθησιν. i. p sequelā. Sicut īquit: cū corpora hominū natura fingeret: rō subtilior: & utilitas ipsa operis postulauit: ut tenuissimis minutisq; ossiculis caput cōpingeret. Sed hāc utilitatē rei maioris: alia quædā īcōmoditas extrinsecus cōsecuta est: ut fieret caput tenuiter munitū. & ictibus: offensionibusq; paruis fragile. Proinde morbi quoq; & ægritudines ptæ sunt: dum salus paritur. Sic hercle inquit dum uirtus hoībus p consilium naturæ gignitur: uitia itidem per affinitatem contrariam nata sunt.

Quo itidē mō: et uim necessitatēq; fati cōstituerit: & esse tamē in nobis cōsilii: iudiciiq; nostri arbitrium confirmarit. Caput. ii.

FAtum: quod græci πεπρωμένην: uel εἱμαρμένην uocant: ad hāc ferme sentētiā Chrysippus stoicæ prīceps philosophiæ definit. Fatum ē īqt sēpiterna quædā et īdeclīabilis series rerū: et catena uoluēs semetipsa sese: et īplicans per æternos consequentiæ ordines: ex quibus apta: cōnexaq; est. Ipsa autē uerba Chrysippi quātum ualui memoria adscripsi: ut si cui meum istud interpretamentum uidebit esse obscurius: ad ipsius uerba animaduertat. In libro enim περὶ προνοίας idest de ꝓuidentia q̄rto εἱμαρμένην: fatum esse dicit: φυσικήν τινὰ σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀιδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὖν ἀπαραβάτου οὔσης τῆς

τοιάυτης συμπλοκῆς: idest naturalem quendam ordinē omnium rerum ex æterno aliis ad alia consequentibus: & incōmutabili manēte eiuscemodi complicatione. Aliarum autem opinionum disciplinarumq; auctores huic definitioni ita obstrepunt: si Chrysippus īqūt fato putat omnia moueri: & regi: nec declinari: transcēdiq; posse agmina fati: & uolumina: peccata quoq; hominum & delicta non subsistenda: neq; condicenda sunt ipsis: uoluntatibusq; eo℞: sed necessitati cuidam: & instantiæ quæ oritur ex fato: omniūq; re℞ domina: & arbitra: per quam necesse sit fieri: quicquid futurum est. Et ꝓpterea nocentium pœnas legibus inique constitutas: si hoīes ad maleficia non sponte ueniunt: sed fato trahuntur. Cōtra ea chrysippus tenuiter multa: & argute disserit. Sed omniū fere: quæ super ea rescripsit: sententia huiuscemodi est. Quanq̄ ita sit inquit: ut ratione principali quadam necessario coacta: atq; cōnexa sint fato oīa: ingenia tamē ipsa mentium nostra℞: perīde sunt fato obnoxia: ut proprietas eo℞ est ipsa & qualitas. Nā si sunt per naturā primitus salubriter: utiliterq; ficta: omnem illam uim: quæ de fato extrīsecus ingruit: īoffensius: tractabiliusq; transmittunt. Sin uero sunt aspera: & inscita: & rudia: nullisq; artium bona℞ adminiculis fulta: & si paruo: siue nullo fatalis incōmodi cōflictu urgeant᷑: sua tamē leuitate: & uolūtario impetu in assidua delicta: & in errores ruunt. Idq; ipsum ut ea rōne fiat: naturalis illa: & necessaria re℞ consequentia efficit: quæ fatum uocat᷑. Est enī genere ipso: quasi fatale: & cōsequēs: ut mala ingenia peccatis: & erroribus nō uacēt. Huius deīde rei exemplo nō hercle nimis aliene: neq; illepide utit᷑. Sicut inquit lapidē cylindrum si p spatia terræ ꝓna: aq; diruta iacias: causā quidē ei: & initiū præcipitantiæ feceris: mox tamen ille præceps uoluit᷑: nō quia tu id iā facis: sed quoniā ita sese modus eius & formæ uolubilitas habet. Sic ordo: & ratio & necessitas fati: genera ipsa: & principia causa℞ mouet. Impetus uero consiliorum: mentiumq; nostrarum actionesq; ipsas: uolūtas cuiusq; propria: et animo℞ īgenia moderāt᷑. Infert deīde uerba hæc iis: quæ dixi: cōgruentia. Διὸ ὑπὸ τῶν πυθαγορείων οὕτω ἐιρῆται. γνώσῃ δ᾽ ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ᾽ ἔχοντας ὡς τῶν βλαβῶν ἑκάστοις παρ᾽ αὐτοῖς γινομένων: καὶ καθ᾽ ὁρμὴν αὐτῶν ἁμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν. καὶ πρόθεσιν. i. q̄obrē a pythagoreis sic dr̄. Nosces hoīes spontaneas haurire

calamitates: quasi detrimenta singulis a seipsis fiant. & suo impetu delinquant. & in incōmoda ruant sua uoluntate atq; proposito. Propterea negat oportere ferri audiriq; homines aut neq̄: aut ignauos: & nocentes: & audaces: qui cum in culpa: & maleficio reuicti sunt: perfugiūt ad fati necessitatē: tanq̄ in aliquod fani asylum. & quæ pessime fecerunt: ea non suæ temeritati: sed fato esse attribuenda dicunt. Primus autem homo sapientissimus & antiquissimus poetarum dixit in hisce uersibus.

ὢ πόποι. οἷον δὴ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται:
ἐξ ἡμέων γάρ φασὶ κάκ᾽ ἔμμεναι. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ.
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν. ὑπὲρ μόρον: ἄλγε᾽ ἔχουσιν.

Hei mihi quid dānant mortales numina cæli:
Esse aiunt & enim per nos mala. cum tamen ipsis
Vecordi præter fatum sint mente dolores. Itaque. M. Cicero in libro quem de fato scripsit: cum quæstionē istam diceret obscurissimā esse & implicatissimam: Chrysippum quoq; philosophum nō expedisse se in ea refert his uerbis. Chrysippus æstuans laboransq; quonā pacto explicet: & fato omnia fieri: & esse aliquid in nobis intricatur hoc modo.

¶ Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpente inusitatæ longitudinis. ¶ Caput. iii.

Tubero in historiis scriptum reliquit: bello primo punico Attilium Regulum consulem in africa castris apud Bragadam flumen positis. prælium grande: atq; acre fecisse aduersus unū serpentē in illis locis stabulantem inusitatæ immanitatis. Eūq; magna totius exercitus conflictione balistis: atque catapultis diu oppugnatum. Eiusq; interfecti longum corium pedes centum: &. xx. romā misisse.

¶ Quid idem Tubero nouæ historiæ de Attilio Regulo a carthaginensibus capto memoriæ mandauerit. Quid etiam Tuditanus super eodem Regulo scripserit. ¶ Caput. iiii.

Quod satis celebre de Attilio Regulo: id nuperrime legimus scriptum in Tuditani libris: Regulum captum ad ea quæ in senatu Romæ dixit: suadens ne captiui cum carthaginensibus permutarentur: id quoq; addidisse. Venenum sibi carthaginenses dedisse: nō præsentaneum: sed eius modi quod mortem in diem proferret: eo cōsilio: ut uiueret quidem tantisper: quoad fieret permutatio. Post aūt

grassante sensim ueneno cor tabesceret. Eūdem uero Regulū Tubero in historiis rediisse carthaginem: nouisq; exemplorum modis excruciatum a pœnis dicit. In atras inquit & profundissimas tenebras eū claudebant. ac diu post: ubi erat uisus sol ardentissimus: repente educebant: & aduersus ictus solis oppositū continebant. Atq; intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoq; eius: ne cōniuere posset: sursum ac deorsum diductas insuebant. Tuditanus autē somno diu prohibitum: atq; ita uita priuatum refert. Idq; ubi romæ cognitum est: nobilissimos pœnorū captiuos liberis Reguli a senatu deditos. & ab iis in armario muricibus præfixo destitutos: eademque insomnia cruciatos interisse.

¶ Quod Alphenus iurisconsultus in uerbis ueteribus interpretandis: errauit. ¶ Caput. v.

ALphenus iurisco̅sultus: Ser. Sulpicii discipulus: rerumq; atticarum non incuriosus: in libro digestorum. xxx. & . iiii. Coniectaneorum autem secundo in fœdere inquit: quod inter populū ro. & carthaginenses factum: & scriptum inuenitur: ut carthaginenses quot annis populo ro. darent certum pōdus argenti puri puti: quæsitum est qd esset argentum purum putum? Respondi ego inquit: purum putū ualde purum: sicut nouum nouitium dicimus: & proprium propritium augere: atq; intendere uolentes noui atq; proprii significationē. Hoc ubi legimus: mirabamur eādem affinitatem uisam esse Alpheno puri & puti: quæ sit noui & nouitii. Nā si esset: puritium tum sane uideretur dici: quasi nouitium. id etiam mirum fuit: quod nouitiū per augendi figuram dictum existimauit: cum sit nouitium: non quod magis nouum sit: sed quod a nouo dictū: inclinatūq; sit. Is ergo assētimus: qui putum esse dicunt a putando dictum. & ob eam causam prima syllaba breui pronuntiant nō longa: uti existimasse Alphenū uidetur: qui a puro id esse factum scripsit. Putare autem ueteres dixerunt: uacantia ex quaq; re: ac non necessaria: aut etiā obstātia: & aliena auferre & excidere. & quod esset utile: ac sine uitio uideretur relinquere. Sic nāq; arbores & uites & sic etiā rōnes putari dictū. Verbum autē ipsū puto: quod declarādæ sētētiæ nr̄æ causa dicimus: nō signat profecto aliud: q̄ id agere nos ī re dubia obscuraq; ut decisis āputatisq; opinionibus: quod uideatur esse uerum: & integrū: & incorruptū retineamus. Argētū ergo ī carthaginēsi fœdere putū esse dictū: q̄si exputatū

excoctumq;:omniq; aliena materia carens:omnibusq; ex eo uitiis detractis:emaculatū & cādefactum. Scriptum est autem purum putū non in carthaginensi solum fœdere:sed cum in multis aliis ueterum libris:tum etiam in.Q.Ennii tragœdia: quæ inscribitur Alexander & ī Satyra.M.Varronis quæ inscripta est.Δίσ παῖδεσ οἱ γέροντεσ idest bis pueri senes.

Temere inepteq; reprehēsum esse a Iulio Higino Virgiliū: ꝙ præpetes Dædali pēnas dixerit.atq; ibi qd sint aues præpetes. Et qd illæ sint aues:quas Nigidius inferas appellauit. Caput.vi.

Daedalus:ut fama est:fugiens minoia regna:
Præpetibus pennis ausus se credere cælo
Insuetum per iter gelidos enauit ad arctos.In his Virgilii uersibus reprehendit Higinus præpetibus pēnis quasi improprie & īscite dictū. Nā præpetes inquit aues ab auguribus appellant: quæ aut opportunæ præuolant:aut idoneas sedes capiunt. Non apte igitur usum uerbo augurali existimauit in Dædali uolatu nihil ad augurum disciplinam pertinente. Sed Higinus nimis hercle ineptus est: cum qd præpetes essent se scire ratus est. Virgilium autem & Trimatiū doctum uirum ignorasse:qui in secundo iliadis uictoriam uolucrem præpetē appellauit in hoc uersu. Dum dat uincēti præpes uictoria palmam. Cur autē nō.Q.quoq; Enniū reprehēdit:qui in annalibus non ut Virgilius pennas Dædali præpetes:sed longe diuersius inquit.
Brūdusium pulchro præcinctum præpete portu.Et si uim potius naturāq; uerbi considerasset:neq; id solum: quod augures dicerent inspexisset:ueniam prorsus poetis daret similitudīe & translatiōe uerborum:non significatione utentibus.nam quoniam non ipse tātum aues:quæ prosperius præuolant:sed etiam loci quos capiunt:ꝙ idonei:felicesq; sunt:præpetes appellantur. iccirco Dædali pennas præpetes dixit:quoniam ex locis in quibus piculum metuebat:in loca tutiora puenerat.Locos porro præpetes & augures appellāt. & Ennius in annalium primo dixit.
Præpetibus hilares sese:pulchrisq; locis dant.
Auibus autem præpetibus cōtrarias auis inferas appellari Nigidius figulus in libro primo augurii priuati ita dicit.Discrepat dextera sinistræ:præpetibus īferæ.Ex quo est cōiectare præpetes appellatas: quæ altius sublimiusq; uolitent:cū differre a præpetibus Nigidius īferas

dixerit. Adolescens ego romæ: tum cum etiam ad grãmaticos itarem audiui Apollinarem Sulpitium: quem in primis sectabar: cũ de iure augurio quæreret: & mentio præpetum auium facta esset: e. L. claro præfecto urbis dicere præpetes sibi uideri esse alites: quas Homerus τανὐπτέρυγασ: idest exporrectas passasq; & ꝓtensas habentes alas appellauerit. Quoniam istas potissimum augures spectarent: quæ ĩgentibus alis patulæ: atq; porrectæ præuolarent. Atq; ibi hos homeri uersus dixit.

τύνη δὸι ωνοῖσι τανυπτέρυγεσι. κε λέυεισ
πειθεσθαι τῶν ὀυτι μετατρέπομὸὺ δὰλεγίζω.
Me tu præpetibus parere uolucribus ipsum
Mandas: quas equidem temnoq;: animoq; recuso.

De Acca Larentia: & Caia Tarratia: deq; origine sacerdotii fratrũ Arualium. Caput. vii.

HAccæ Larentiæ: & Caiæ Tarratiæ: siue illa suffetia est: nomĩa in antiquis annalibus celebria sunt. Earum alteræ post mortem: Tarratiæ autem uiuæ amplissimi honores a po. Ro. habiti. & Tarratiam quidem uirginem Vestæ fuisse lex horatia testis est: quæ super ea ad populũ lata qua ei plurimi honores fiũt. Inter quos ius quoq; testimonii dicendi tribuitur. Testabilisq; una omnium fœminarũ ut sit datur. Id uerbum est ipsius legis horatiæ. Contrarium est ĩ. xii. tabulis scriptum. Improbus intestabilisq; esto. Præterea si. lx. annos nata sacerdotio abire: ac nubere uoluisset: ius ei potestasq; exaugurãdi: atq; nubendi facta est: munificentiæ & beneficii gratia: ꝙ cãpum tiberinum: siue martium po. ro. condonasset: Sed Acca Larentia corpus in uulgus dabat: pecuniamq; emeruerat ex eo quæstu uberem ea testamento: ut in Antiatis historia scriptum est: Romulum regem: ut quidam autem alii tradiderunt po. ro. bonis suis hæredem fecit. Ob id meritum a flamine quirinali sacrificium ei publice fit. & dies e nomine eius in fastos additus. Sed Sabinus Massurius in prĩo memoralium secutus quosdam historiæ scriptores: Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. Ea inquit mulier ex. xii. filiis maribus unum morte amisit. In illius locum Romulus Accæ Larentiæ sesẽ filiũ dedit. Seq; & cæteros eius filios fratres aruales appellauit. Ex eo tempore collegium mansit fratrum arualium numero. xii. cuius sacerdotii insigne est spicea corona: & albæ infulæ.

De Alexādro:& de.P.Scipiōe memoratu digna. Caput.viii.

ππιανὸς græcus homo:q πολυίστωρ.i.multiſcius eſt appel/
latus:facili atq; alacri facundia fuit. Is cum de Alexandri regis laudibus ſcriberet:uicti inquit hoſtis uxorem facie inclyta mulierem uetuit in conſpectum ſuū deduci:ut eam ne oculis ſuis quidē cōtin/geret. Lepida igitur quæſtio agitari poteſt:utrum uideri continentio rem par ſit.P.ne africanum ſuperiorem:qui carthagine ampla ciui/tate in hiſpania expugnata:uirginem tempeſtiuam: forma egregia: nobilis uiri hiſpani filiam captam:productamq; ad ſe patri īuiolatā reddidit:an regem Alexandrū:qui Darii regis uxorem: eādemq; eiuſ dem ſororem prælio magno captam:quam eſſe audiebat exuperanti forma:uidere noluit.perduciq; ad ſeſe prohibuit. Sed hanc utranq; declamatiunculam ſuper Alexandro:& Scipione celebrauerint : qui/bus abūde ingenii:& ocii:& uerborū eſt. Nos ſatis habebimus:quod ex hiſtoria eſt:id dicere. Scipionem iſtum:& uero ne an falſo incertū fama tamen:cum eſſet adoleſcens:haud ſincera fuiſſe. & ꝓpemodū conſtitiſſe hoſce uerſus a Cn. Neuio poeta in eū ſcriptos eſſe.

Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit glorioſe.
Cuius facta uiua nunc uigent:qui apud gentis ſolus
Præſtat:eum ſuus pater cum pallio una ab amica abduxit.

His ego uerſibus credo adductū Valeriū Antiatē aduerſus oīs cæte/ros ſcriptores de Scipionis moribus ſenſiſſe.& eam puellā captiuam nō redditam patri ſcripſiſſe:contra quam nos ſupra diximus:ſed re/tentam a Scipione:atq; in delitiis:amoribuſq; ab eo uſurpatā.

Locus exemptus ex annalibus. L. Piſonis hiſtoriæ & orationis le/pidiſſimæ. Caput nonum.

QVod res uidebatᷣ memoratu digna: quam feciſſe Cn. Flauium Annii filium ædilem currulem. L. Piſo.in.iii.annali ſcripſit. Eaq; res per q̄ pure:& uenuſte narrata a Piſone:locum iſtum totum huc ex Piſonis annali tranſpoſuimus. Cn.inquit Flauius patre liber/tino natus ſcriptum faciebat. Iſq; in eo tempore ædili curruli appare bat:quo tempore ædiles ſubrogantur. Eūq; pro tribu ædilē currulē renūtiauerūt. Ac ædilis:qui comitia habebat:negat accipere. Neque ſibi placere:qui ſcriptum faceret:eum ædilem fieri. C. Flauius Annii filius dicitᷣ tabulas poſuiſſe:ſcriptu ſeſe abdicaſſe. Iſq; ædilis currulis factus eſt. Idem Cn. Flauius Annii filius dicitur ad collegam ueniſſe

uiſere ægrotum.& in conclaue poſtq̄ introiuit adoleſcentes ibi com/
plures nobiles ſedebant.Ii contemnentes eum:aſſurgere ei nemo uo/
luit.Cn.Flauius Annii filius ædilis id arriſit. Sellam currulem iuſſit
ſibi afferri.Eam in limine appoſuit:ne quis illoꝝ exire poſſet. Vtiq;
ii omnes inuiti uiderent ſeſe in ſella curruli ſedentem.

¶ Hiſtoria ſuper Euclide ſocratico:cuius exemplo Taurus philoſo/
phus adhortari adoleſcentis ſuos ſolitus eſt:ad philoſophiam gnaui
ter ſectandam. ¶ Caput.x.

PHiloſophus Taurus uir memoria noſtra in diſciplina platoni
ca celebratus:cum aliis bonis multis:ſalubribuſq; exēplis hor/
tabatur ad philoſophiam capeſſendam:tum uel maxime iſta re aīos
iuuenum expergebat:Euclidem quam dicebat ſocraticū factitauiſſe.
Decreto inquit ſuo athenienſes cauerant: ut qui megaris ciuis eſſet:
ſi intuliſſe athenas pedem prehenſus eſſet:ut ea res ei homini capita
lis eſſet. Tanto athenienſes inquit odio flagrabant finitimorum ho/
minum megarēſium. Tum Euclides:qui indidem megaris erat:qq;
etiam ante id decretum:& eſſe athenis: & audire Socratem conſueue
rat:poſtq̄ id decretum ſanxerunt:ſub noctem:priusq̄ aduesperaſce/
ret:tunica lōga muliebri indutus:& pallio uerſicolore amictus:& ca/
put:& ora uelatus:e domo ſua megaris athenas ad ſocratem cōmea/
bat:ut uel noctis aliquo tempore conſiliorum:ſermonūq; eius fieret
particeps.Rurſuſq; ſub lucem milia paſſuum paulo amplius uigīti
eadem ueſte illa intectus redibat. At nunc inquit uidere eſt philoſo/
phos ultro currere:ut doceant: ad fores iuuenum diuitum. eoſq; ibi
ſedere:atq; opperiri prope ad meridiem:donec diſcipuli nocturnum
omne uinum edormiant.

¶ Verba ex orōne.Q. Metelli Numidici: quæ libuit meminiſſe ad
officiū grauitatis dignitatiſque uitæ decentia. ¶ Caput.xi.

CVm inquinatiſſimis hominibus non eſſe conuitio decertādū:
neq; maledictis aduerſus impudentis & improbos uelitandū:
quia tantiſper ſimilis & compar eorum fias: dum paria & cōſimilia
dicas:atque audias:non minus ex oratione. Q. Metelli Numidici
ſapientis uiri cognoſci poteſt:q̄ ex libris & diſciplinis philoſophoꝝ.
Verba ſunt hæc Metelli aduerſus Cn. Manlium tr.ple. a quo apud
populum in concione laceſſitus:iactatuſq; fuerat dictis petulātibus:
Nunc quod ad illum attinet quirites:quoniam ſe ampliorem putat

esse: si se mihi inimicū dictauerit: qué ego mihi neq; amicū recipio: neq; inimicū respicio i eū ego nō sū plura dicturus. Nā eū idignissimū arbitror: cui a uiris bonis benedicat: Tū ne idoneū quidem cui a ꝓbis maledicat. Nam si i eo tépore huiuscemodi homūculum nomi nes: i quo punire non possis: maiore honore: q̄ contumelia afficias.

¶ Quod neq; testamétum sicuti Seruius Sulpitius existīauit: neq; sacellum sicuti Trebatius: duplicia uerba sunt: sed a testatiōe alterū ꝓductum: alterum a sacro diminutū.

¶ Caput. xii.

SEruius Sulpitius iureconsultus uir ætatis suæ doctissimus: in libro de sacris detestandis secundo: qua ratione adductus testamentum uerbum esse duplex scripserit non reperio. Nā cōpositū esse dixit a mentis cōtestatiōe. Quid igit calciamétū? quid paludamentum? quid pauimétum? quid uestimentū? quid alia mille per huiuscemodi formā producta? Etiam ne ista oīa cōposita dicemus? Obrepsisse aūt uidet Seruio: uel siqs alius ē: qui id prior dixit: falsa qdē: sed nō abhorrés: neq; iconcinna: quasi métis quædā i hoc uocabulo significatio: sicut hercle. C. quoq; Trebatio eadem concīnitas obrepsit. Nam in libro de religionibus secūdo: Sacellum est inquit: locus paruus deo sacratus cum ara. Deinde addit uerba hæc: Sacellū ex duobus uerbis arbitror cōpositum: sacri: & cellæ: quasi sacra cella. Hoc quidem scrispit Trebatius. Sed quis ignorat sacellū: & simplex uerbū esse? et nō ex sacro: & cella cōpositum: sed ex sacro diminutū?

¶ De quæstiunculis apud Taurum philosophū i cōuiuio agitatis: quæ sympoticæ uocant.

¶ Caput tertiūdecimum.

HActitatū hoc athenis: obseruatūq; ē ab iis: q erant philosopho Tauro iunctiores: quum domū suā nos uocaret: ne oīo (ut dicitur) i munes: & a symboli ueniremus: cōiectabamus ad cœnulā: nō cupedias ciboꝝ: sed argutias quæstionū. Vnusquisq; igit noſtꝝ commétus paratusq; ibat: quod quæreret. Eratq; initiū loquendi edundi finis. Quærebātur auté nō grauia: nec reuerenda: sed ἐνθυμήματα: idest argutiolæ: quædā lepida: & miuta: & florenté uino animū lacessétia. Quale hoc ferme est subtilitatis ludicræ quod dicam. Quæsitum est quando moriens moreret? quū iam i morte esset an tū etiā quum in uita foret. Et quando surgens surgeret: quum iam staret? an tū etiā

quum sederet? Et qui artem disceret: quando artifex fieret: quum iã esset: an tum quum etiam non esset. Vtrum enim horũ dicas absurde: atq; ridiculose dixeris: multoq; absurdius uidebitur: si aut utrũq; esse dicas: aut neutrum. Sed ea omnia: quum captiones esse quidam futiles: & inanes dicerent: Nolite inquit Taurus hæc: quasi nugarũ aliquem ludum aspernari. Grauissimi philosophoꝶ: super hac re serio quæsierunt. Et alii moriendi uerbum: atq; momentum: manente adhuc uita dici atq; fieri putauerunt. Alii nihil in eo tempore uitæ reliquerunt. Totumq; illud: quod mori dicitur: morti uindicauerunt. Item de cæteris similibus in diuersa tempora: & in contrarias sententias discesserunt. Sed Plato inquit noster: neq; uitæ id tempus: neq; morti dedit. Idemq; in omni cõsimilium rerum disceptatione fecit. Vidit quippe utrũq; esse pugnans: neq; posse ex duobus contrariis: altero manente: alterum constitui. Quæstionemq; fieri per diuersoꝶ inter se finium: mortis & uitæ cohærentiam. & iccirco peperit ipse: expressitq; aliud quoddam nouum in confinio tẽpus: quod uerbis ꝓpriis: atq; integris τὴν ἐξαίφιησ φύσυν: idest repentinam naturã appellauit. Idipsum ita uti dico: inquit in libro cui παρμενίδησ titulus est: scriptũ ab eo reperietis τὸ γὰρ ἐξαίφνησ τοιοῦτόν τι ἔοι κε σημαίνειν. ὡσ ἐξέκε ίνουμεταβάλλον εισ ἕτερον: idest repente enim tale uidetur quippiam significare: quod in alterum transeat. Talia apud Taurum symbola: & alia quæ erant secundarum mensarum: ut ipse dicere solitus erat τραγήματα. i. bellaria.

Puniendis peccatis tris esse rõnes a philosophis attributas. Et quãobrem Plato duaꝶ ex iis meminerit. Caput. xiiii.

PVniendis peccatis tris esse debere causas existimatum est. Vna est causa quæ νουθεσία. i. cõmonitio uel κόλασισ animaduersio scilicet & punitio: uel παραίνεσισ. i. monitio & statutio: quum pœna adhibetur castigandi atq; emendandi gratia: ut is qui fortuito deliquit: attentior fiat correctiorq;. Altera est: quam ii qui uocabula ista curiosius diuiserunt τιμωρίαν appellant idest pœnam. Ea causa animaduertendi est: quum dignitas: auctoritasq; eius: in quẽ est peccatum: tuenda est: ne prætermissa animaduersio: contemptum eius pariat: & honorem leuet. Iccircoq; id ei uocabulum a conseruatione honoris factum putãt. Tertia ratio uindicandi est quæ παράδιγμα idest exemplum a græcis nominatur: quum punitio propter exẽplũ

neceſſaria: ut cæteri a ſimilibus peccatis: quæ prohiberi publicitus in-tereſt: metu cognitæ pœnæ deterreantur. Iccirco ueteres quoq; noſtri exempla: pro maximis: grauiſſimiſq; pœnis dicebant. Quando igit̃ aut ſpes magna eſt: ut is qui peccauit citra pœnam: ut ipſe ſeſe ultro corrigat: & ſpes contra nulla eſt: emēdari eum poſſe: & corrigi: aut ia-cturam dignitatis eius: in quem peccatum eſt: metui non neceſſe eſt aut non id peccatum eſt cuius exemplo neceſſario metu ſanciendum ſit. Tum quicquid ita delictum eſt: non ſane dignum eſſe imponen dæ pœnæ: ſtudium uiſum eſt. Has tris ulciſcendi rationes: & philo-ſophi alii plurifariam: & noſter Taurus in primo cōmētarioꝝ: quos in Gorgiam Platonis compoſuit: ſcriptas reliquit. Plato autem ipſe uerbis apertis duas ſolas eſſe puniendi cauſas dicit. Vnam quam pri mo in loco: propter corrigendum: alteram quā in tertio: propter exē-pli metum poſuimus. uerba ſunt hæc Platonis in Gorgia. προσήκει δὲ παντί. τῷ μὲν τιμορουμένῳ ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρου μένου. βελτιον γίνεσθαι. καὶ ὀνίνασθαι. ἢ παράδειγμα ἄλλοις γίνεσθαι ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα φοβούμενοι βελτίους γίνωνται. ideſt autem conueniens: ut qui plectitur ab alio recte puniente: me-lior fiat: & utilitatem capiat. Aut exemplo cæteris ſit: quo uidētes alii male affectum præ metu reddantur meliores. In hiſce uerbis facile ī-telligas τιμορίαν. ideſt ultionem & pœnam Platonem dixiſſe: nō ut ſupra ſcripſi quoſdā dicere: ſed ita ut promiſcue dici ſolet: pro oī pu nitione. An ne autem quaſi omnino paruam: & contemptu dignam præterierit pœnæ ſumendæ cauſam: ꝓpter tuēdam læſi hominis au-ctoritatem: An magis: quaſi ei: quam dicebat: rei non neceſſariā præ termiſerit: quum de pœnis non in uita: neq; inter homines: ſed poſt uitæ tempus capiendis ſcriberet: ego in medium relinquo.

¶ De uerbo quieſco: an e littera corripi: an ꝓduci debeat.

¶ Caput. xv.

Amicus noſter homo multi ſtudii: atq; in bonaꝝ diſciplinarum opere frequens: uerbū quieſcit: uſitate e littera correpta dixit. Alter item amicus: homo in doctrinis: quaſi in præſtigiis mirificus: cōmuniumq; uocum reſpuens nimis: & faſtidiens barbare eū dixiſſe opinatus eſt: quoniā ꝓducere debuiſſet: nō corripere. Nā quieſcit ita oportere dici prædicauit: ut caleſcit: niteſcit: ſtupeſcit: atq; alia huiu-ſcemodi multa. id etiam addebat: ꝙ quies e producto: nō breui dice-

retur.noster autem:qua est omnium rerũ uerecundia: mediocritate: ne si helii quidem cincii:& satyri dicendum ita censuissent: obsecuturum sese fuisse ait:contra perpetuam latinæ linguæ cõsuetudinem. Neq; se tam insignite locuturum:absona aut ĩuadita ut diceret. Litteras autem super hac re fecit inter hæc exercitia quædam ludicra. Et quiesco nõ esse his simile:quæ supra posui:nec a quiete dictum: sed ab eo quietem. Græcæq; uocis εσχον και εσκον ionice a uerbo ἔχω ἴσχω:& modum:& originem uerbum istud habere demonstrauit. Rationibusq; haud sane frigidis docuit:quiesco e littera lõga dici nõ conuenire:ut diceret eiusmodi quispiam:qui tumultuariis:& modicis linguæ exercitationibus ad famam se facundiæ permiserat: neque orationis latinæ modos:usurpationesue ullas didicerat.

¶ Notum uerbum deprecor a poeta Catullo inusitate quidẽ:sed apte positum:& proprie.deq; rõne eius uerbi:exemplisq; ueteꝝ scriptoꝝ.

¶ Caput.xvi.

CVm in lycio forte uespera ãbularemus:uir q̃dã ludo ibi nobis: & uoluptati fuit. Nã cũ esset uerbũ deprecor doctiuscule positum in Catulli carmĩe:quia id ignorabat:frigidissimos uersus esse dicebat:oĩum q̃dem meo iudicio uenustissimos: quos subscripsi.

Lesbia mi dicit semp male:nec tacet unq̃

De me:dispeream:me nisi Lesbia amat.

Cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi.

Assidue.uerum dispeream nisi amo:Deprecor hoc in loco uir bonus ita dictum esse putat:ut plerũq; a uulgo dicitur:quod significat ualde precor:& oro: & supplico. In quo de præpositio ad augendum & cumulandum ualet. Quod si ita esset:frigidi sane uersus forẽt. Nũc enim contra omnino est. Nam de præpositio: quoniam est anceps:ĩ uno eodemq; uerbo diuersitatem significationis capit. Sic enim deprecor a Catullo dictum est:quasi detestor: uel execror: uel depello: uel abominor. Contra autem ualet: quum Cicero ꝓ.P.Sylla ita dicit. Quam multorum hic uitam a Sylla deprecatus est. Itẽ in dissuasione legis agrariæ. Siquid deliquero: nullæ sunt uirgines: quæ me a uobis deprecentur. Sed neq; solus Catullus: ita isto uerbo usus est. Pleni adeo sunt libri ueterum similis in hoc uerbo significationis. Ex quibus unum & alterum:quæ suppetierant apposui. Q. Ennius in Erichtheo non longe secus dixit:q̃ Catullus.

Quibus nunc inquit erumna mea libertatem paro?
Quibus seruitutem mea miseria deprecor? Significat abigo: & amolior: uel prece adhibita: uel quo alio modo. Item Ennius in cresphonte: Ego quum meæ uitæ parcam: letum inimicum deprecor. Cicero ĩ libro quĩto de repu. ita scripsit: quod quidem eo fuit maius: qa quũ in causa pari collegæ essent: non modo ĩuidia pari non erant sed etiã Claudii inuidiam Gracchi caritas deprecabatur. Hic quoq; item nõ est ualde precabatur: sed quasi propulsabat: & defendebat ĩuidiam. Quod græci propinqua significatione παραιτοῦμαι .i. deprecor .i. excuso: euito: dicunt. Item pro. A. Licinio similiter Cicero uerbo isto utitur. Quid inquit huic homini facias? Non ne concedas interdũ: ut excusatione summæ stultitiæ: summæ probitatis odiũ depreceť? Item in Verrẽ actionis secundæ ꝓœmio. Nunc uero quid faciat hortensius? Auariciæ ne crimina frugalitatis laude deprecetur? An hominem flagitiosissimum: libidĩosissimum: nequissimumq; defendat? Sic igitur Catullus eadem se facere dicit: quærens ueniam: ꝙ & male diceret ei palam: respueretq;: & recusaret: detestareturq; assidue: & tamen eam penitus deperiret.

Quis omnium primus libros publice præbuerit legendos. Quãtusq; numerus fuerit athenis ante clades persicas librorum in bibliothecis publicorum. Caput. xvii.

Libros athenis disciplinarum liberalium publice ad legendum præbendos: primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus. Deĩde studiosius accuratiusq; ipsi athenienses auxerunt. Sed omnẽ illã postea librorum copiam Xerxes athenarum potitus: urbe ipsa præter arcem: incensa abstulit: asportauitq; ĩpersas. Eos porro libros uniuersos multis post tempestatibus Seleucus rex: qui Nicanor appellatus est: referendos athenas curauit. Ingens postea numerus librorũ ĩ ægypto a Ptolemæis regibus: uel conquisitus: uel cõfectus est: ad milia ferme uoluminum septingenta. Sed ea omnia bello priore alexãdrino: dum diripitur ea ciuitas: non sponte: neq; opera consulta: sed a militibus forte auxiliariis incensa sunt.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEPTIMVS.

QVod de Olympiade Philippi regis uxore: Alexādri matre in hiſtoria græca ſcriptum eſt: idē de. P. Scipionis quoq; marre : qui prior Africanus appellatus eſt: memoriæ datum eſt. Nam & Cn. Oppius: & Iulius Higinus: aliiq; qui de uita: & rebus Africani ſcripſerūt: matrem eius diu ſterilem exiſtimatam tradunt. P. quoq; Scipionem cum quo nupta erat: liberos deſperauiſſe. Poſtea in cubiculo: atq; in lecto mulieris: quum abſente marito cubans ſola obdormiſſet: uiſum repente iuxta eam cubare ingentem anguem. Eumq; iis: qui uiderant: territis & clamantibns elapſū inueniri non quiſſe. Id ipſum. P. Scipionem ad aruſpices rettuliſſe. Eos ſacrificio facto reſpondiſſe: fore ut liberi gignerentur. Neq; multis diebus poſteaq̄ ille anguis in lecto uiſus eſt: mulierem concepiſſe: concepti fœtus ſigna: atq; ſenſum pati. Exinde menſe decimo pepeiſſe. Natumq; eſſe hunc. P. Scipionem Africanum: qui Annibalem & carthaginenſes in Africa bello punico ſecundo uicit. Sed & eum īpendio magis ex rebus geſtis: q̄ ex illo oſtento: uirum eſſe uirtutis diuinæ creditum eſt. Id etiam dicere haud piget: quod idē illi: quos ſupra nominaui: litteris mandauerint: Scipionem hunc Africanum ſolitauiſſe noctis extremo: priusq̄ diluculaset in capitolium uentitare: ac iubere aperiri cellam Iouis. Atq; ibi ſolum diu demorari quaſi cōſultantem de repu. cum Ioue. Aedituoſq; eius templi ſæpe eſſe demiratos: ꝙ ſolum id temporis in capitolium ingrediētem canes ſemper in alios ſæuientes neq; latrarent eum: neq; incurrerent. Has uulgi de Scipione opiniones confirmare: atq; approbare uidebantur dicta: factaq; eius pleraq; admiranda. Ex quibus eſt unū huiuſcemodi. Aſſidebat: oppugnabatq; oppidum in hiſpania ſitu: mœnibuſq;: ac defenſoribus ualidum & munitum; Re etiā cibaria copioſum. Nullaq; eius potiundi ſpes erat. Et quodam die ius in caſtris ſedens dicebat. Atq; ex eo loco id oppidum procul uidebatur. Tum e militibus: qui in iure apud eum ſtabant: interrogauit quiſpiam ex more in quē diē locumq; uadimonium promitti iuberet? Et Scipio manū ad ipſam oppidi: quod obſidebat: arcē ꝑtēdēs: perendie inquit ſeſe ſiſtant illo in loco. Atq; ita factum. Die tertio: in quem uadari iuſſerat: oppidū captum eſt. Eodemq; die in arce eius oppidi ius dixit.

¶ De Ceſellii uindicis pudendo errore: quem offendimus in libris

eius:quos inscripsit lectionũ antiquarum. ❡Caput.ii.

TVrpe erratum offendimus in illis celebratissimis cõmentariis lectionum antiquarum Cesellii uindicis. Hominis hercle pleraq; haud indiligentis:quod erratum multos fugit:q̄q̄ multa in Cesellio reprehendendo:etiam per calumnias rimarentur. Scripsit aũt Cesellius. Q. Ennium in.xiii.libro annalium cor dixisse masculino genere. uerba Cesellii subiecta sunt:Masculino genere cor:ut multa alia enuntiauit Ennius. Nam in.xiii.ãnali quem cor dixit. adscripsit deinde uersus Ennii duos.

Annibal audaci dum pectore dehortatur.
Ne bellum faciam.quem credidit esse meum cor?

Antiochus est qui hoc dixit asiæ rex. Is admiratur:& permouetur:ꝙ Annibal carthaginensis bellũ se facere po.ro.uolentẽ dehortet̃. Hos autem uersus Cesellius sic accipit. Tanq̄ si Antiochus sic dicat: Annibal me ne bellum geram:dehortatur:ꝙ quũ facit: æquale cor putat habere me ei:q̄ stultum esse me credit:quũ id mihi persuadere uult. hoc cesellius quidem. sed aliud longe Ennius. Nam tres uersus sunt non duo ad hanc Ennii sententiam pertinentes. Ex quibus tertium uersum cesellius non respexit.

Annibal audaci dum pectore dehortatur:
Ne bellum faciam:quem credidit esse meum cor:
Suasorem summum:& studiosum robore belli.

Horum uersuũ sensus:atq; ordo sic opinor est. Annibal ille audentissimus:atq; fortissimus:quẽ ego credidi:hoc enĩ cor meũ credidit. perĩde atq; diceret:quẽ ego stultus hõ credidi fore sũmũ suasorẽ ad bellandum:is me dehortat̃:dissuadetq;:ne bellũ faciam. Cesellius autẽ forte ῥαθυμότερον.i.desidiosius ῥαφῆ.i.iũctura ista uerborum captus quem cor dictum putauit.& quem accentu acuto legit: quasi ad cor referret̃:non ad Annibalem. Sed non fugit me:si aliquis sit tã inconditus sic posse defẽdi cor cesellii masculinum: ut uideatur tertius uersus sepatim:atq; diuisim legẽdus:perinde quasi præcisis ĩterruptisq; uerbis exclamet antiochus:suasorem summũ. sed non dignũ est eis: qui hoc dixerint responderi.

❡Quid Tullius Tyro ciceronis libertus reprehẽderit in.M.catonis oratione:quã ꝓ rhodiẽsibus in senatu dixit.& quid ad ea:quæ reprehenderat:respondermus. ❡Caput.iii.

CIuitas rhodienſis:& inſulæ opportunitate: & operum nobilitate:& nauigandi ſollertia:naualibuſq; uictoriis celebrata eſt:ea rhodienſis ciuitas:quum amica:atq; ſotia populi ro. foret: Perſa tamen Philippi filio Macedonū rege:cum quo bellum populo ro. fuit amico uſa eſt. Connixiq; ſunt rhodienſes:legationibus romam ſæpe miſſis:id bellum inter eos componere. Sed ubi iſta pacificatio perpetrari nequiuit:uerba a pleriſq; rhodienſibus in contionibus eorū ad populum facta ſunt.ut ſi pax non fieret:rhodienſes regem aduerſū populum romanum adiutarent. Sed nullum ſuper ea re publicū decretum factum eſt.at ubi Perſes uictus:captuſq; eſt:rhodienſes pertimuere ob ea:quæ compluries in cœtibus populi acta dictaq; erant. Legatoſq; Romam miſerunt : qui temeritatem quorūdam popularium ſuorum deprecarentur:& fidem conſiliumq; publicum expurgarent. Legati poſtquam Romam uenerunt:& in ſenatum ītromiſſi ſunt:uerbiſq; ſuppliciter pro cauſa ſua factis:de curia exceſſerūt:ſētentiæ rogari cœptæ:quūq; partim ſenatorum de rhodiēſibus quærerentur:maleq; eos animatos fuiſſe dicerent:bellumq; illis faciendum cenſerēt: Tum.M.Cato exurgit:& optimos fidiſſimoſq; ſotios:quorum opibus diripiendis:poſſidendiſq; non pauci ex ſummatibus uiris intenti:infenſiq; erant:defenſum conſeruatumque pergit.orationemq; inclytam dicit. Quæ & ſeorſum fertur . Inſcriptaque eſt: pro rhodienſibus.& in quinto originum libro ſcripta eſt. Tyro autē Tullius.M.Ciceronis libertus:ſane quidem fuit ingenio homo eleganti & haud quaq̄ rerum litterarumq; ueterum indoctus. Eoque ab ineunte ætate liberaliter inſtituto adminiculatore : & quaſi adminiſtratore ī ſtudiis litterarum Cicero uſus eſt. Sed profecto plus auſus eſt: q̄ ut tolerari:ignoſcique poſſit.nāque epiſtolam cōſcripſit ad.Q . anxium familiarem patroni ſui confidenter:& nimis callide . In qua ſibimet uiſus eſt orationē iſtā pro rhodienſibus acri ſubtilique ingenio:& iudicio pcenſuiſſe. Ex ea epiſtola libitū forte nobis eſt reprehēſiones eius quaſdam attingere:maiore ſcilicet uenia reprehēſuri Tyronem:q̄ tum ille reprehenderit catonem. Culpauit autem primum hoc:q cato inerudite: & ἀναγώγως:ideſt īeducate:ut ipſe ait prīcipio nimis inſolenti:nimiſque acri:& obiurgatorio uſus ſit: cū uereri ſeſe oſtēdit:ne patres gaudio:atque lætitiæ rerū geſtarū pſpe de ſtatu mentis ſuæ deturbati nō ſatis cōſiperent : neque ad recte ītelligēdū:

consulendũq; essent idonei. In principiis autem inquit: patroni qui ꝑ reis dicunt: conciliare sibi: & complacare iudices debent. Sẽsusq; eoꝶ expectatione causæ suspensos: rigẽtisq; honorificis: uerecũdisq; sententiis cõmulcere. Non iniuriis: atq; imperiosis cõminationibus confricare. Ipsum deniq; principium apposuit: cuius uerba hæc sũt. Scio solere plerisq; hominibus rebus secundis: atq; ꝓlixis atq; ꝓspe ris: animum excellentem: atq; superbiam: atq; ferocitatem: augesce re: atq; crescere. quod nunc mihi magnæ curæ est: ꝙ hæc res tam secũ dæ processerit: nequid in consulendo aduersi eueniat: quod nostras secundas res confricet. Neue hæc læticia nimis luxuriose eueniat. Ad uersæ res se domant: & docent quid opus sit facto. Secundæ res læti cia transuorsum trudere solent a recte consulendo: atq; intelligẽdo. Quo maiore ope dico: suadeoq; uti hæc res aliquot dies proferatur: dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus. Quæ deĩde Cato iuxta dicit: ea inquit confessionem faciunt: non defensionem: neq; propulsationem: translationemue criminis habent. sed cũ plu ribus aliis cõmunicationem: ꝙ scilicet nihil ad purgandum est. Atq; etiam inquit insuper profitetur rhodienses: q accusabanť: ꝙ aduer sus po. ro. regi magis cupiuerĩt: fauerintq;. Id eos cupisse atq; fauisse utilitatis suæ gratia: ne ro. Persa quoq; rege uicto: ad sup̃biam: fero ciamq; & immodicum modum insolescerent. Eaq; ipsa uerba ponit ut infra scriptum est. Atq; ego quidem arbitror rhodienses noluisse nos ita depugnare: uti depugnatum est. Neque Regẽ Persen uicisse: non rhodienses id modo uoluere: sed multos populos: ac multas na tiones idem uoluisse arbitror. Atq; haud scio: an partim eorum fue rint: qui non nostræ contumeliæ causa: id uoluerunt euenire. sed enĩ id metuere: si nemo esset homo: quem uereremur: quicquid liberet: faceremus. ne sub solo imperio nostro in seruitute nostra essent: li bertatis suæ causa in ea sententia fuisse arbitror. Atq; rhodienses ta men Persen publice nunquam adiuuere. Cogitate quanto nos nostri natiui cautius facimus. Nam unusquisq; nostrum: siquis aduersus rem suã quid fieri arbitratť: sũma ui contra nitiť: ne aduersus illã fiat quod illi tamen perpessi. Sed quod ad principium reprehensum atti net: scire oportuit Tyronẽ: defensos esse rhodienses a Catone: sed ut a senatore: & consulari: & censorio uiro: quod quidẽ optimum esse publicũ existimabat suadente: nõ ut a patrono solet causam pro reis

dicente. Alia nãq; principia conducunt reos apud iudices defendenti & clæmentiam: misericordiamq; undiq; indaganti. Alia quum senatus de repu. consulitur uiro auctoritate præstanti: sententiis quorũdam iniquissimis pmoto: & ꝑ utilitatibus publicis: ac ꝑ salute sotiorum grauiter & libere indignãti simul: ac dolẽti. Quippe recte & utiliter in disciplinis rhetorum præcipitur iudices de capite alieno: deq; causa ad sese non ptinenti: cogni turos ex qua præter officium iudicãdi: nihil ad eos simul: piculi uel emolumenti redundaturum est: conciliandos esse: ac ꝑpiciandos laudabiliter: ac placabiliter: & leniter existimationi salutiq; eius: qui apud eos accusatus est. At quum dignitas: & fides: & utilitas omnium communis agitur: ob eamq; rem aut suadendum quid: ut fiet: aut fieri iam cœpto: differendum est: tum qui se in huiusmodi principiis occupat: ut beniuolos: benignosq; sibi auditores paret: ociosam operam: in non necessariis uerbis sumit. Iãdudum enim negocia: piculaq; ipsaꝝ rerum cõmunia: cõsiliis eos capiendis conciliant. & ipsi potius sibi exposcunt consultoris beniuolentiam. Sed quod ait confessum Catonẽ noluisse rhodienses ita depugnare: uti depugnatum est: neq; regem Persen a po. ro. uinci. atq; id eum dixisse non rhodiensis modo: sed multas quoque alias nationes uoluisse. sed id nihil ad purgandum: extenuãdumue crimen ualere. iam hoc primum Tyro improbe mentitur. Verba ponit Catonis. & aliis tamen eum uerbis calumniatur. Non enim Cato confitetur rhodienses noluisse uictoriam esse po. ro. sed sese arbitrari dixit: id eos noluisse: quod erat ꝑculdubio suæ opinionis ꝑfessio: nõ rhodiensium culpæ confessio. In qua re: ut meum quidem iudiciũ: non culpa tantum uacat: sed dignus quoq; laude: admirationeq; est: quũ & ingenue: & religiose dicere uisus est contra rhodiensis quod sentiebat: & parta sibi ueritatis fide ipsũ illud tamẽ: quod contrarium putabatur flexit: & transtulit: ut eos iccirco uel maxime æquum esset acceptiores: carioresq; fieri po. ro. quod quum & utiles essent: & uellẽt regi esse factum: nihil tamen adiuuandi eius gratia fecerint. Postea uerba hæc: ex eadẽ orõne ponit. Ea nunc de repente tanta nos beneficia ultro citroq; tãtam amicitiam relinquimus? Quod illos dicimus uoluisse facere: id nos priores facere occupabimus? Hoc ĩqt enthymema neq̃ & uitiosum est. responderi enim potuit: occupabimus certe. Nã si non occupauerimus: opprimemur: incidendũq; erit insidias a

quibus ante nos non cauerimus. Recte inquit hoc uitio dat Lucilius poetæ Euripidi: ꝗ quum Polyphontes rex propterea se ĩterfecisse fratrem diceret: ꝗ ipse ante consilium de nece eius cæpisset. Meropa fratris uxor hisce eum uerbis eluserit εἰ γάρ σε ἔμελεν. ὥς σύ φῄς, κτεί-νειν. πόσις. χρῆν καὶ σὲ μέλλειν: ὥς χρόνος παρῆν λαθεῖν .i. nam si te occisurus erat ut tu ais maritus: te quoq; occisurum esse oportuit: ut quando tempus interponeretur. At hoc enim inquit plane stultitiæ plenum eo consilio: atq; ea fini facere nolle aliquid: uti nũquã id facias: quod uelis. Sed uidelicet Tyro animum non aduertit non esse in omnibus rebus cauendis eandem causam: non humanæ uitæ negocia: & actiones: & officia: uel occupandi: uel differendi: uel etiã ulciscendi: uel cauendi: similia esse pugnæ gladiatoriæ. Nam gladiatori composito ad pugnandum: pugnæ hæc ꝓposita sors est. aut occidere si occupauerit: aut occumbere: si cessauerit. hominum autẽ uita non tam iniquis: neq; tam indomitis necessitatibus circũscripta est. ut iccirco prior iniuriam facere debeas: quam nisi feceris: pati possis. Quod tantum aberat a po. ro. mansuetudine occupare: ut sæpe iã in sese factas iniurias ulcisci neglexerit. Post deĩde usum esse Catonẽ dicit: in eadem oratione argumentis parum honestis: & nimis audacibus. Ac nõ uiri eius: qualis fuit: sed uafris: ac fallaciosis: & quasi græcorum sophistarum sollertiis. Nam quum obiiceretur inquit rhodiensibus quod bellũ po. ro. facere uoluissent: negauit pene. Sed ignosci poposcit: quia id nõ fecissent: & si maxime uoluissent: ĩduxisseq; eum dicit: quam dialectici ἐπαγωγὴν: idest inductionem appellãt. rem admodum insidiosam: & sophisticam: neq; ad ueritates magis: q̃ ad captiones repertam: quum conatus sit exemplis decipientibus colligere. confirmareq; neminem: qui malefacere uoluit plecti æquũ esse: nisi quod factum uoluit etiam fecerit. uerba autem ex ea orõne . M. Catonis hæc sunt. Qui acerrime aduersus eos dicit: ita dicit: hostis uoluisse fieri: & quis est tandem nostrorum: qui quod ad sese attineat: æquum censeat quenq̃ pœnas dare ob eam rem: ꝗ arguat̃ malefacere uoluisse? Nemo opinor. nam ego quod ad me attinet nolim. Deinde paulo infra dicit. Quid nunc? & quæ tãdem lex est tam acerba: quæ dicat: Siquis id facere uoluerit: mille nũmis: dimidium familiæ: mulcta esto. Siquis plus quingenta iugera habere uoluerit: tanta pœna esto. Siquis maiorem pecudum numerũ habere uoluerit: tãtũ

damni esto. Atqui nos omnia plura habere uolumus:& id nobis impune est. Postea ita dicit: sed si honorem nō æquum est haberi ob eā rem: ꝙ benefacere uoluisse quis dicit:neq; fecit tantum. Rhodiēsibus tale erit:non ꝙ malefecerunt:sed quia uoluisse dicunt. His argumētis Tyro Tullius. M. Catonem contendere & conficere dicit:rhodiensibus quoq; impune esse debere ꝙ hostes quidem po.ro.esse uoluissent:& qui maxime non fuissent. Dissimulari autem non posse ait: quin paria:& consimilia nō sint:plus quingenta iugera habere uelle quod plebiscito colonis prohibitum fuit:& bellum iniustum:atque impium po.ro.facere uelle.neq; item inficiari posse:quin alia causa ī premio sit:alia in pœnis.nam beneficia inquit ꝓmissa opperiri oportet:neq; ante remunerari:q̄ facta sint:iniurias autem imminētis præcauisse:iustum est magis:q̄ expectauisse. Summa enim ꝓfessio stultitiæ inquit:non ire obuiam sceleribus cogitatis:sed manere: oppeririq; ut quum admissa:& perpetrata fuerint:tum deniq; ubi: quæ facta sunt:infecta fieri non possunt:puniant. hæc Tyro in Catonē: nō minus frigide sane:q̄ inaniter. sed enim Cato non nudam:nec solitariam:nec improtectam hanc ἐπαγωγὴν facit. Sed multis eam modis præfulcit:multisq; aliis argumentis conuelat. & quia non rhodiēsibus magis:q̄ reipub. consulebat:nihil sibi dictu:factuq; in ea re turpe duxit:quin omniū sententiarum uia seruatum ire sotios niteret. Ac primum ea non incallide conquisiuit:quæ nō iure naturæ: aut iure gentium fieri prohibentur:sed iure legū rei alicuius medendæ: aut temporis causa iussarū:sicut est de numero pecoris: aut de dominio agri præfinito:aut eiusmodi aliquo:in quibus tribus quod prohibitum fieri per leges quidem non licet uelle id tamen facere:si liceat:inhonestum non est. Atq; eas res contulit sehorsum:miscuitq; cum eo quod neq; facere:neq; uelle:per sese honestum. tum deinde ne disparilitas collationis euidens fieret:pluribus id propugnaculis defensat. Neq; tenuis istas:& enucleatas uoluntatum in rebus illicitis reprehēsiones:qualia in philosophoꝶ ocio disputant:magnifacit: sed id solum ex summa ope nitit:ut causa rhodiensium:quoꝶ amicitiā retineri ex repu. fuit:aut æqua iudicaretur: aut quidem certe ignoscēda. Atq; interim:neq; fecisse rhodienses bellū:neq; facere uoluisse dicit. Interim autem facta sola censenda dicit:atq; ī iudicium uocāda: sed uoluntates nudas:inanisq;:neq; legibus: neq; pœnis fieri obnoxias.

interdum tamen:quasi deliquisse eos concedat: ignosci postulat. & ignoscentias utiles esse rebus humanis docet. ac nisi ignoscat: metus in repu. rerum nouarum monet. sed enim contra si ignoscatur conseruatū iri ostendit: po. ro. magnitudinem. superbiæ quoq; crimen: quod tūc præter cætera: in senatu rhodiensibus obiectum erat: mirifica: & ppe diuina responsionis figura elusit & eluit. Verba adeo ipsa ponemus Catonis: quoniā Tyro ea prætermisit. Rhodiēses superbos esse aiūt. id obiectantes: quod mihi e liberis meis minime dici uelim. sint sane superbi. Quid id ad nos attinet? idne irascimini si quis superbior est? q̄ nos. Nihil prorsus hac compellatione dici potest: neque grauius: neq; munitius aduersus homines superbissimos facta: qui superbiā in sese amarent: in aliis reprehenderent. præterea animaduertere est ī tota ista Catonis oratione: oīa disciplinarum rhetoricarum arma: atq; subsidia mota esse. sed non perinde: ut in decursibus ludicris: aut simulacris præliorum uoluptariis fieri uidemus. Non inq̄ distincte nimis ac cōpte: atq; modulate res acta est. sed quasi in ancipiti certamīe: quū sparsa acies est: multisq; locis marte uario pugnatur: sic in ista tū causa Cato: quum superbia illa rhodiēsium famosissima multorum odio: atq; inuidia flagraret: omnibus promiscue tuendi: atq; ppugnandi modis usus est. & nunc ut optime meritos commendat: nūc tanquā si innocentes purgat. & ne bona diuitiæq; eorum expectātur: obiurgat. nunc etiam quasi sit erratum deprecatur. nunc ut necessarios reipu. ostentat. nunc clæmentiæ: nunc mansuetudinis maiorum: nūc utilitatis publicæ cōmonefacit. eaq; oīa distinctius: numerosiusq;: ac comptius fortasse dici potuerint. Fortius atq; uiuidius potuisse dici nō uidentur. Inique igitur Tyro Tullius: qui ꝙ ex omnibus facultatibus tam opulētæ orationis aptis inter sese: & cohærentibus paruū qppiā nudumq; sumpsit: quod obtrectaret: tanq̄ nō dignū. M. Catone fuerit: ꝙ delictorum non perpetratorum uoluntates: non censuerit puniēdas. Cōmodius autem erectiusq; de his meis uerbis: quibus Tul. Tyroni respondi: modo existimabit: iudiciumq; faciet: qui & orationē ipsam Catonis totam acceperit in manus: & epistolā Tyronis ad Anxium scriptam requirere & legere curauerit. Ita enim nos sincerius exploratiusq; uel corrigere poterit: uel probare.

¶ Cuiusmodi seruos: & quā ob cām celius Sabinus iuris ciuilis auctor pileatos uenundari solitos scripserit. & quæ mancipia sub coro-

na more maiorum uenierint. Atq; idipſum ſub corona quid ſit.

Caput. iiii.

Pileatos ſeruos uenum ſolitos ire: quorum nomine uenditor nihil præſtaret: Celius Sabīus iuriſperitus ſcriptū reliquit. cuius rei cauſam eſſe ait: ꝙ eiuſmodi conditionis mancipia inſignia eſſe in uendundo deberent: ut emptores errare: & capi non poſſent. neq; lex uendundi opperienda eſſet: ſed oculis iam perciperent: quodnā eſſet mancipioꝝ genus. ſicuti inquit antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta ueniebant: & iccirco dicebant̄ ſub coronis uenire. Nā ut ea corona ſignum erat captiuoꝝ uenaliū: ita pileus impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos uenundari: quoꝝ nomine emptori uenditor nihil præſtaret. Eſt autem alia rationis huius opinio: cur dici ſolitum ſit: captiuos ſub corona uenūdari: ꝙ milites cuſtodiæ cauſa: captiuoꝝ uenaliū greges circūſtarent: eaq; circūſtatio militū corona appellata ſit. Sed id magis uerum eſſe: quod ſupra dixi: Cato quoq; in libro: quem compoſuit de re militari docet. Verba ſunt hæc Catonis. Vt populus ſua opera potius ob rem benegeſtam coronatus ſupplicatum eat: q̄ re malegeſta: coronatus ueneat.

Hiſtoria de polo hiſtrione memoratu digna. Caput. v.

Hiſtrio in terra græcia fuit fama celebri: qui geſtus & uocis claritudine: & uenuſtate cæteris anteſtabat. nomen fuiſſe aiūt Polum. tragœdias poetarum nobilium ſcite atq; aſſeuerate actitauit. Is Polus unice amatum filium morte amiſit. cum luctum: quoniā ſatis uiſus eſt luxiſſe: rediit ad quæſtum artis. in eo tēpore athenis Electram ſophoclis acturus: geſtare urnam: quaſi cum Oreſtis oſſibus debebat. ita compoſitum fabulæ argumentum eſt: ut ueluti fratris reliquias ferens Electra complorat: cōmiſereat̄q; interitum eius: qui per uim extinctus exiſtimatur. igitur polus lugubri habitu Electræ ī dutus oſſa: atq; urnam e ſepulchro tulit filii: & quaſi Oreſtis amplexus oppleuit omnia: non ſimulacris: neq; imitamētis: ſed luctu atq; lamentis ueris & ſpirantibus. itaq; quum agi fabula uideretur: dolor actitatus eſt.

Quid de quorūdam ſenſuum naturali defectione Ariſtoteles ſcripſerit. Caput. vi.

Ex quinq; ſenſibus: quos animantibus natura tribuit: uiſu: auditu: guſtu: tactu: odoratu: quos græci αἰσθήσεις: ideſt ſenſus

ὄψιν.i.uisũ:ἀκοὴν.i.auditũ:γεῦσιν.i.gustũ:ἁφὴν.i.tactũ: ὄσφρη
σιν.i.odoratum appellant.quædam animalium:alia alio carent: &
aut cæca natura gignũtᷣ:aut inora:ĩauritaue. nullũ aũt gigni animal
Aristoteles dicit:quod aut gustus sensu careat:aut tactus. Verba ex li
bro eius:quem περὶ μνήμης:idest de memoria cõposuit:hæc sunt.
τὴν δὲ ἁφὴν:καὶ γεῦσιν πάντα ἔχει ἐπὶ τῶν ἀτελῆ ζώων .i. tactũ
uero:& gustum omnia habent:præter q̃ animantiũ imperfecta.

¶ An afatim quasi admodum prima acuta pronuntiandum sit. & quædam itidem non incuriose tractata super aliaꝝ uocũ accẽtibus.

¶ Caput.vii.

ANnianus poeta:præter ingenii amœnitates: lr̃aꝝ quoq; ueteꝝ & rationũ in litteris oppido q̃peritus fuit: & sermocinabatᷣ mi ra q̃dã:& scita suauitate.is afatim.i.admodũ prima acuta:nõ media ꝓnuntiabat.Atq; ita ueteres locutos censebat:itaq; se audiente Pro bum grãmaticũ hos uersus in Plauti cistellaria legisse dicit.

Potin es tu homo facinus facere strenuum?
Aliorum est afatim qui faciant:
Sane ego me uolo fortem ꝑhiberi uirum.

Causamq; esse huic accentui dicebat: ꝙ afatim non essent duæ par tes orationis:sed utraq; pars in unam uocem coaluisset: sicuti in eo quoq; quod exaduersum dicimus:secundam syllabã debere acui exi stimabat:quoniam una:non duæ essent orationis partes. Atque ita oportere apud Terentium legi dicebat:in his uersibus. In quo hæc di scebat ludo exaduersum loco:tonstrina erat quædam.addebat etiam quod ad prouerbium tum ferme acueretur: quũ significaret ἐπίτα σιν:quam intẽtionem nos dicimus:sicuti adfabre:& admodum: & adprobe dicuntur. Cætera quidem satis cõmode annianus.sed hanc particulam ad:quam semper quum intentionẽ significaret:acui pu tauit:nõ id perpetuum uidetur. Nam & adpotus quum dicimus: & adprimus:& adprime:intentio in his uerbis demõstratur: neq; tamẽ ad particula satis commode accentu acuto pronuntiatur. Adprobus tamen:quod significat ualde probus:non inficias eo:ꝙ prima sylla ba acui debeat. Cecilius in comœdia:quæ inscribitur triumphus: uo cabulo isto utitur. Hierocles hospes est mihi: adolescens adprobus. Num igitur in his uocibus:quas nos non acui diximus:ea causa est: ꝙ syllaba insequitur natura longior:quæ nõ ferme patitur acui prio

rem: in uocabulis ſyllabarum plurium q̃ duarum. Adprimum autẽ longe primum. L. Liuius in odyſſea dicit in hoc uerſu. Ibi deniq; uir ſũmus adprimus pattoclus. idem Liuius in odyſſea præmodũ dicit: quaſi admodum. Parceres inquit præmodum. Quod ſignificat ſupramodum: dictumq; eſt quaſi prætermodum. in quo ſcilicet prima ſyllaba acui debuit.

Res ſupra fidem habita ſuper amatore delphinõ: & puero amato. Caput. viii.

DElphinos uenerios eſſe: & amaſios non modo hiſtoriæ ueteres ſed recentes quoq; memoriæ declarãt. Nam & ſub Cæſaribus in puteolano mari: ut Appion ſcriptũ reliquit: & aliquot ſæculis ãte apud naupactum: ut Theophraſtus tradidit: amatores flagrãtiſſimi delphinoꝝ qdã cogniti cõpertiq; ſũt. Neq; ii amauerũt: quod ſunt ipſi genus: ſed pueros forma liberali: ĩ nauiculis forte: aut ĩ uadis littoꝝ cõſpectos miris & hũanis mõis arſerũt. uerba ſubſcripſi ἀππίωνος eruditi uiri ex ægyptiacoꝝ libro quinto: quibus delphini amãtis & pueri non abhorrentis conſuetudines: luſus: geſtationes: aurigationes refert. eaque omnia ſeſe ipſum: multoſque alios uidiſſe dicit. καὶ αὐτὸς δ᾽ οὖν εἶδον περὶ δικαιαρ γίαν δελφῖνα ἐρῶντα παιδὸς καὶ πρὸς παιδικὴν ἐπτοημένον φωνήν. ἀτὰρ οὖν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθῦς. ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων. καὶ τὰς ἀκάνθας περιστέλλων ἵνα μὴ τὸν ποθούμενον χρῶτα ἀμύξεις καὶ ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων ἐξεχεῖτο δ᾽ ἄρα ἡ ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ ἰταλία θεάσασθαι ἰχθῦν νηχόμενον ὑπὸ ἔρωτος. i. & quidẽ nos uidimus apud puteolos delphinum amantem mire puerum: inclamatum a puero acciri. Annatans itaq; & pennæ aculeos uelut uagina condens: ne dilectum ſibi corpus laceraret: præbebat aſcenſuro dorſum: receptumq; equitis modo inſidentem per magnum æquor ad triginta fere paſſuum milia deferebat. roma igitur: omniſq; italia eo confluebat: ut piſcem per amorem uenerium uehentem puerum aſpectaret. Ad hæc adiicit rem non minus mirandam. Poſtea inquit idem ille puer delphino amœnus morbo affectus obiit ſuum diem. At ille amans: ubi ſæpe ad littus ſolitũ annauit: & puer qui ĩ primo uado aduentum eius opperiri conſueuerat: nuſq̃ fuit: deſiderio tabuit. exanimatuſq; eſt: & in littore iacens ĩuentus ab iis: q̃ rẽ cognouerãt: in ſui pueri ſepulchro humatus eſt.

Popoſci:memordi:pepugi:ſpepondi:& occecurri:pleroſq; ueterū di xiſſe:non uti poſtea receptum eſt dicere:per o aut per u litteram ī pri ma ſyllaba poſitam:ſed per e.atq; adeo græcæ ratiōis exēplo dixiſſe. Præterea notatum:ꝙ uiri non indocti:neq; ignobiles a uerbo deſcen do non deſcendi:ſed deſcendidi dixerunt.

Caput.ix.

DOpoſci:momordi:pupugi:cucurri probabilitet dici uidentur. Atq; ita nūc omnes ferme doctiores huiuſcemodi uerbis utūť. ſed.Q.Ennius in ſatyris memorderit dixit per e litteram: non mo/ morderit.Meum inquit non eſt.at ſi me canis memorderit. Item La berius in gallis:de integro patrimonio meo centum milia nummum memordi.Item idem Laberius in coloratore.Itaq; leui prima perco/ ctus:ſimul ſub dentes mulieris ueni bis ter memordit.Item.P. Nigi dius de animalibus libro ſecundo.Serpens ſi memordit:gallina deli/ gitur:& opponitur.Item Plautus in aulularia.Vt admemordi homi nem.Sed idem Plautus in trigeminis:non præmordiſſe:neque præ/ momordiſſe dixit:ſed præmorſiſſe. Ni fugiſſem inquit: mediū cre/ do præmorſiſſet. Item Accius in conciliatrice: urſum ſe memordiſſe autumat.Popoſci quoq; non popoſci Valerius Antias in libro anna/ lium.xlv.ſcriptū reliquit.Deinde Licinius tri.ple.perduellionē ei diē dixit.& comitiis diē a.Q.Martio prætoř pepoſcit. Pepugero quoq; acta in ædilitio dicit.Sed ſi pepugero:metuet. Helium quoq; Tube/ ronem libro ad.C.Oppium ſcripto occecurrit dixiſſe: Probus anno/ tauit & hæc eius uerba appoſuit.Si generalis ſpecies occecurrit.Idem Probus Valerium Antiatē libro hiſtoriaꝝ.xii.ſpeponderat ſcripſiſſe annotauit:uerbaq; eius hæc poſuit. Tibi Gracchus : qui quæſtor.C. Mancino in hiſpania fuerat:& cæteri:qui pacem ſpeponderant. Ra/ tio autem iſtarum dictionum hæc eſſe uideri poteſt : quoniam græci in quadam ſpecie præteriti temporis:quod παρακείμενον .i.præteri tum perfectum appellant:ſecundam uerbi litteram in e plerūq; uer/ tunt.γραφω γέγραφα:ideſt ſcribo ſcripſi:ποιῶ πεποίηκα:ideſt fa/ cio feci:λαλῶ λελάληκα:ideſt garrio garriui:κρατῶ κεκράτηκα .i.te neo tenui:λούω λελουκα:ideſt lauo laui.ſic ergo mordeo:memordi poſco:pepoſci:tendo:tetendi:tango:tetigi:pungo:pepugi:ſpondeo ſpepondi:curro:cecurri:tollo:tetuli facit.ſic &.M.Tul.&.C. Cæſar mordeo:memordi:pūgo:pepugi:ſpōdeo:ſpepōdi dixerūt. præterea

inueni a uerbo ſcindo ſimili rōne nō ſciderat: ſed ſeſciderat dictū eſſe .L. Accius ī ſotadicorum libro primo: ſceſciderat dicit uerba eius hæc ſunt. Non ergo aquila ita uti prædicant ſceſciderat pectus. Ennius quoq; & Valerius Antias in libro hiſtoriaꝝ .lxxv. uerba hæc ſcripſit. Deinde funere locato ad foꝝ deſcēdidit. Laberius quoq; in catulario ita ſcripſit. Ego mirabar: quomodo mammæ mihi deſcēdiderant.

Vſuſcapio & copulate & recto uocabuli caſu dicit': ita pignoriſcapio coniuncte: & eadem uocabuli forma dictum eſt.

Caput .x.

ET hæc uſuſcapio dicitur copulato uocabulo a littera in eo tractim pronuntiata: ita pignoriſcapio iunctæ ſunt partes: & ꝑducte dicebantur. uerba Catonis ſunt ex primo epiſtolicarū quæſtionū Pignoriſcapio ob æs militare: quod æs a tribuno ærario miles accipeꝛ debebat: uocabulum ſeorſum fit: per quod ſatis dilucet: hanc capionem poſſe dici: quaſi hāc captionē: & in uſu: & in pignore.

Neq; leuitatē. neq; nequitiā ea ſignificatione eſſe: qua ī uulgi ſermonibus dicunt'.

Caput .xi.

LEuitatē plerūq; nunc pro inconſtantia: & mutabilitate dici audio: & nequitiam pro ſollertia: aſtutiaq;: ſed ueteꝝ hominum qui proprie: atq; integre locuti ſunt: leues dixerunt: quos uulgo nūc uiles: & nullo honore dignos dicimus. & leuitatem appellauerunt: ꝑinde quaſi lenitatē. Et neq̄ hominē nihili: neq; rei: neq; frugis bonæ. quod genus græci fere ἄσωτον .i. prodigū ἢ ἀκόλαστον .i. uel libidinoſum ἢ ἀχρεῖον .i. uel ītilem: ἢ ἄχρηστον .i. uel ītilem: ἢ κακότροπον .i. uel improbum ἢ μιαρόν .i. uel ſceleſtum dicunt: qui exempla hoꝝ uerboꝝ requirit: ne in libris nimis remotis quærat: inueniet ea ī .M. Tullii ſecunda antonianaꝝ. nam quum genus quoddam ſordidiſſimum uitæ: atq; uictus .M. Antonii idem demonſtraturus eſſet: ꝙ in caupona deliteſceret: ꝙ ad ueſperum ꝑpotaret: ꝙ ore inuoluto iter faceret: ne cognoſceretur. hæc & alia huiuſcemodi: quum in eum dicturus eſſet. Videte inquit hominis leuitatem: tanq̄ prorſus iſta decora hoc uitio in homine notarentur. At poſtea quum in eundē Antonium probra quædam alia ludibrioſa: & turpia īgeſſiſſet: ad extremum hoc addidit. O hominem nequam. nihil enim magis proprie poſſum dicere. Sed ex eo loco .M. Tullii uerba cōpluſcula libuit ponere. At uidete leuitatem hominis: quū hora diei decima fere ad ſaxa

rubra uenisset: delituit in quadam cauponula. atq; ibi se occulens p-
potauit ad uesperum. Inde cisio celeriter ad urbem adductus: domū
uenit ore inuoluto. Ianitor rogat quis es tu? A. Marco tabellarius. cō-
festim ad eam: cuius causa uenerat: deducitur. Eiq; epistolam tradit:
quam illa cum legeret flens. erat enim scripta amatorie. Caput au-
tem litterarum hoc erat: sibi cum illa mima posthac nihil futurꝝ om-
nem se amorem abiecisse illius: atq; in hanc transfudisse. Quū mu-
lier fleret uberius: homo misericors ferre non potuit. caput aperuit. ī
collum inuasit. O hominem nequam: nihil enī magis proprie possū
dicere. Ergo ut te catamitum: nec opinato: quum ostendisses: præter
spem mulier aspiceret. Iccirco urbem terrore nocturno italiā multorꝝ
dierum metu perturbasti? Consimiliter quoq; Claudius ī primo an-
nalium: nequitiam appellauit luxum uitæ prodigū: effusūq; ī hisce
uerbis. Persuadēti cuidam adolescēti Lucano: qui apprime sūmo ge
nere gnatus erat: sed luxuria & nequitia: pecuniam magnam cōsum-
pserat. M. Varro in libris de lingua latina. Vt ex non & uolo inquit:
nolo fit: sic ex ne & quicq̄ media syllaba extrita componit̄ nequā. P.
Africanus pro se contra Tib. Asellium de mulcta ad populum: Oīa
mala: probra: flagitia: quæ homīes faciūt: in duabus rebus sunt: ma-
licia atq; nequitia. Vtrum defendis? maliciam an nequitiā? an utrꝝq;
simul? Si nequitiam defendere uis licet. Sed tu in uno scorto maiorē
pecuniam absumpsisti q̄ quanti omne instrumentum fundi Sabini
incensum dedicauisti. Si hoc ita est: qui spondet mille nummū? Sed
tu plus tertia parte pecuniæ paternæ perdidisti: atq; absumpsisti ī fla
gitiis. Si hoc ita est: qui spōdet mille nūmū? nō uis neqtiā? Age mali
tiā saltē defendas. sed tu uerbis cōceptis coniurasti sciens: sciente aīo
tuo. Si hoc ita est: qui spondet mille nūmum?

De tunicis χειριδωτοις. i. manicatis ꝙ earꝝ usū. P. Africanus Sul.
Gallo obiecit.

Caput. xii.

TVnicis uti uirum ꝓlixis ultra brachia: & usq; in primores ma-
nus: ac ꝓpe in digitos romæ: atq; oī in latio īdecorꝝ fuit. eas tu-
nicas græco uocabulo nostri χειριδωτους: idest manicatas appella-
uerunt. Fœminisq; solis uestem longe: lateq; diffusam in decorē exi-
stimauerūt: ad ulnas cruraq; aduersus oculos protegenda. Viri autē
ro. primo quidē sine tunicis: toga sola amicti fuerunt. postea substri

ctas:& breuis tunicas citra humerũ desinentes habebãt. quod genus græci dicunt ἐξωμίδας.i.substrictas sine manicis tunicas. Hac antiquitate ĩductus.P. Africanus Pauli filius:uir omnibus bonis artibus atq; omni uirtute præditus.P.Sul.Gallo homini delicato: inter pleraq; alia:quæ obiectabat:id quoq; probro dedit: ꝙ tunicis uteret̃ manus totas operientibus.uerba sunt hæc Scipionis. Nam qui quotidie unguentatus aduersus speculũ ornet̃:cuius sup̃cilia radunt̃: q barba uulsa:fœminibusq; subuulsis ambulet:qui in conuiuiis adolescẽtulus cum amatore:cum cheridota tunica inferior accubuerit: qui non modo uinosus:sed uirosus quoq; sit:eum ne quisq̃ dubitet:quin idẽ fecerit:quod cinædi facere solẽt. Virgilius quoq; tunicas huiuscemodi quasi fœmineas ac probrosas criminat̃. Et tunicæ manicas: & habent redimicula mitræ. Q.[illegible].quoq; Ennius carthaginẽsiũ tunicatã iuuentutẽ non uidet̃ sine probro dixisse.

Quẽ classicũ dicat.M.Cato:quẽ ĩfra classem. Caput.xiii.

CLassici dicebãt̃ nõ oẽs:q ĩ classibus erãt: sed primæ tãtũ classis hoĩes:q.c.&.xxv.milia æris ampliusue cẽsi erant. Infra classem autẽ appellabant̃:secundæ classis:cæteraꝝq; omniũ classium:qui minore sũma æris:q̃ supra dixi:censebant̃. Hoc eo strictim notaui:quoniam in.M.Catonis oratione:qua uoconiam legem suasit: quæri solet:quid classicus:quid infra classem.

De tribus dicẽdi generibus:ac de tribus philosophis: qui ab atheniẽsibus ad senatũ romã legati missi sũt.

Caput.xiiii.

ET in carmĩe:& ĩ soluta orõne genera dicẽdi ꝓbabilia sunt tria: quæ græci χαρακτῆρας formas uocãt. noĩaq; eis fecerũt appõi ἁδρὸν ἰσχνὸν μέσον. Nosq; quẽ primũ posuimus:uberẽ uocãus: secũdũ gracilem:tertium mediocrem. Vberi dignitas: atq; ãplitudo ẽ. Gracili uenustas:& subtilitas. Medius in cõfinio est utriusq; modi particeps. His singulis orõnis uirtutibus uitia agnata sũt:pari nũero quæ eaꝝ modũ & habitũ simulacris falsis emẽtiunt̃. sic plerũq; sufflati:atq; tumidi fallunt pro uberibus. squalentes & ieiuni dicti: pro gracilibus. ĩcerti & ambigui: ꝓ mediocribus. Vera autem & propria huiuscemodi formarũ exempla in latina lingua. M. Varro esse dicit. ubertatis:Pacuuium. gracilitatis Lucilium. mediocritatis: Terentiũ. Sed ea ipsa genera dicẽdi iam antiq̱tus tradita ab Homero sũt tria

tribus. Magnificum in Vlyxe: & uber eſt. ſubtile in Menelao: & cohi
bitum mixtum moderatumq; in Neſtore. Animaduerſa eadem tri-
partita uarietas eſt: in tribus philoſophis: quos athenienſes Romam
ad ſenatum: populumq; ro. legauerunt: impetratum uti mulctã re-
mitterent: quam fecerant propter oropi uaſtationem. ea mulcta fue
rat talentũ fere quingentum. erant iſti philoſophi. Carneades ex aca
demia. Diogenes ſtoicus. Critolaus peripateticus. & in ſenatum qdẽ
introducti interprete uſi ſunt Cecilio ſenatore. ſed ante ipſi ſeorſũ
quoq; quiſq;: oſtentandi gratia magno conuentu hominum diſerta
uerunt. tum admirationi fuiſſe aiunt Rutilius & Polybius philoſo-
phorum trium ſui cuiuſq; generis facundiam. Violenta inquiunt: &
rapida Carneades dicebat. Scita & teretia Critolaus. Modeſta Dioge-
nes & ſobria. unũquodq; autem genus: ut diximus: quum caſte pu-
diceq; ornatur: fit illuſtrius: quum fucatur: atq; prælinitur fit præſti
gioſum.

¶ Quia ſeuere moribus maiorum in fures uindicatum ſit. & quid ſcri-
pſit Mutius Scæuola ſuper eo: quod ſeruatum datum: cõmodatũue
eſſet. ¶ Caput. xv.

LAbeo in libro de. xii. tabulis ſecundo acria: & ſeuera iudicia de
furtis habita eſſe apud ueteres ſcripſit. idq; Brutum ſolitũ di
cere: furti damnatum eſſe: qui iumentum alihorſum duxerat: q̃ quo
utendum acceperat. Item qui longius ꝓduxerat: q̃ quem in locũ pe
tierat. itaq;. Q. Scæuola in librorum: quos de iure ciuili compoſuit
. xvi. uerba hæc poſuit. Quod cui ſeruandum datum eſt: ſi id uſus ẽ:
ſiue quod utendum acceperit: ad aliam rem: atque acceperat: uſus eſt
forti ſe obligauit.

¶ Locus excriptus e ſatyra. M. Varrõis: quæ ϖερὶ ἐδεσμάτων. i. de
eduliis inſcripta eſt: de peregrinis ſcilicet ciborum generibus: & appo
ſiti uerſus Euripidis: quibus delicatorum hominum luxuriantẽ gulã
confutauit. ¶ Caput. xvi.

VArro in ſatyra: quã ϖερὶ ἐδεσμάτων. i. de eduliis: cibis pegriĩs
& lauticiis inſcripſit: lepide admodũ & ſcite: factis uerſibus cœ
naꝝ ciboꝝq; exquiſitas delicias cõprehendit. Nam pleraq; id genus:
quæ helluones iſti terra: & mari conquirunt expoſuit. incluſitq; ĩ nu
meros ſenarios. & ipſos quidem uerſus: cui ocium erit: ĩ libro quo di
xi: poſitos legat. Genera autẽ: nominaq; edulium: & domicilia ciboꝝ

omnibus aliis præstantia : quæ profunda ingluuies uestigauit : quæ Varro obprobans executus est : hæc sunt ferme quantum nobis memoriæ: Pauus e samo. Phrygia attagena. Grues mellicæ. Hædus ex ambratia. Pelamis chalcedonia. Murena tharsesia. Aselli pessimūtii. Ostrea tarenti. Pectūculus chius. Helops rhodius. Scari cilices. Nuces thasiæ. Palma ægyptia. Glans iberica. Hanc autē peragrantis gulæ: & succos insuetos inquirentis industriam : atq; has undiq; uorsū indagines cupediarum: maiore detestatione dignas cēsebimus: si uersus Euripidi recordemur: quibus utebat͛ sæpissime Chrysippus philosophus: tanq̄ edendi irritationes quasdam repertas esse: non p usū uitæ necessarium: sed per luxum animi: parata: atq; facilia fastidientis per improbam satietatis lasciuiam. uersus Euripidi adscribendos putaui ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυεῖν μόνον Διμήτερος ἀκτῆς.
πώματος
ὑδροχόου ἅπαρεσι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν
ὧν οὐκ ἀποδεῖ πλησμονή. τρυφὴ δέτοι ἁμῶν ἐδεσματων θηράματα. Nam quid mortalibus sit usu : præter duo illa modo : Cereris munus: & aquæ poculum? quæ adsunt: ac nos queunt alere. quorꝝ saties nunq̄ est. luxus autem sunt cæterarum epularum indagines.

Sermo habitus cum grāmatico insolentiarum: & imperitiarꝝ pleno: de significatione uocabuli: quod est obnoxius: deq; eius uocis origine. Caput. xvii.

Percontabar Romæ quempiam grammaticum primæ in docendo celebritatis: non hercle experiendi: uel tentādi gratia: sed discendi magis studio & cupidine: quid significaret obnoxius: quæque eius uocabuli origo: & ratio esset. Atque ille aspicit me: illudens leuitatem quæstionis: paruitatemque. obscuram inquit sane rem quæris: multaque prorsus uigilia indagandam. Quis adeo tam linguæ latinæ ignarus est: qui nesciat eum dici obnoxium : cui quid ab eo : cui esse obnoxius dicitur: incommodari & noceri potest: eiue qui habeat aliquem noxæ: idest culpæ suæ conscium? Quin potius inquit hæc mittis nugalia & affers ea: quæ digna quæri tractarique sint. Tū uero ego permotus agendum iam oblique: ut cum homine stulto existimaui. & cætera inquam uir doctissime: grauiora: remotioraq;: si discere: & scire debuero: quando mihi usus uenerit: tum quæram ex te: atq; discam. Sed enī quia dixi sæpe obnoxius: & quid dicerē: nesciui

didici ex te.& ſcire nũc cœpi:quod nõ ego omniũ ſolus:ut tibi ſũ uiſus:ignoraui.ſed ut res eſt Plautus quoq; linguæ: atq; elegãtiæ ĩ uerbis latinæ prĩceps:qd eſſet obnoxius:neſciuit.uerſus enim eſt ĩ ſtico illius ſcriptus.Nũc ego hercle perii plane:non obnoxie. Quod mini me congruit:cum iſta:quam me docuiſti:ſignificatione. compoſuit enim Plautus tanq̃ duo inter ſe contraria:plane: & obnoxie. quod a tua ſignificatione:longe abeſt.At ille grãmaticus ſatis ridicule:quaſi obnoxius:& obnoxie:non declinatione ſola:ſed re:atq; ſententia differrent.ego inquit dixi quid eſſet obnoxius:nõ quid obnoxie. At tũc ego admiratus inſolentis hominis inſcitiam:mittamus inquit:ſicuti uis:ꝙ Plautus obnoxie dixit.ſed ſi id nimis eſſe remotum putas:atq; illud quoq; prætermittamus:quod Saluſtius in Catilina ſcribit.Minari etiam ferro:niſi ſibi obnoxia foret. Et quod uidet̃ uobis peruulgatius eſſe:id me doce.uerſus enim Virgilii ſunt notiſſimi.
Nam neq; tunc aſtris acies obtuſa uideri:
Nec fratris radiis:obnoxia ſurgere luna.
Quod tu ais:culpæ ſuæ conſciũ.alio quoq; loco Virgilius uerbo iſto utit̃:a tua ſententia diuerſe:in his uerſibus.Iuuat arua uidere:
Non raſtris hominum:non ulli obnoxia curæ.
Cura enĩ prodeſſe aruis ſolet:nõ nocere.quod tu de obnoxio dixiſti.
Iam uero illud etiã.Q.Ennii quopacto cõgruere tecũ poteſt:quod ſcribit in phœnice in his uerſibus.
Sed uiꝝ uera uirtute uiuere aĩatum adiecit fortiter:
Eumq; innoxium uocare:aduerſus aduerſarios:
Ea libertas eſt:qui pectus purum:& firmũ geſtitat.
Aliæ res obnoxiæ nocte in obſcura latent.
At ille oſcitans:& hallucinanti ſimilis : nũc inquit mihi opæ nõ eſt. quũ ociũ erit:reuiſes ad me.atq; diſces:quid in uerbo iſto Virgilius: & Saluſtius:& Plautus:& Ennius ſenſerĩt. Et nebulo quidẽ ille:ubi hoc dixit:digreſſus eſt.Siquis autem uolet:non originem ſolam uerbi iſtius:ſed ſignificationẽ quoq; eius:uarietatemq; recenſere:ut hoc etiam plautinũ ſpectet:adſcripſi uerſus ex aſinaria.
Maximas optimitas:& gaudio effertiſſumas:
Suis heris ille mecũ una pariet:gnatoq; & patri.
Adeo ut ætate ambo:ambobus nobis ſint obnoxii:
Noſtro deuincti beneficio.

Qua uero ille grāmaticus finitione usus est: ea uidet᷑ in uerbo tā multiplici: unā tantūmodo usurpationem eius notasse. quæ quidē congruit cū significatu: quo Cecilius usus est in Chrysio: ī his uersibus.
Quanq̄ ego mercede hic conductus tua aduenio:
Ne tibi me esse ob eam rem obnoxium reare.
Audibis male: si male dicis mihi.

¶ De obseruata: custoditaq; apud romanos iurisiurādi sāctimonia atq; inibi de decē captiuis: quos annibal romā deiurio ab iis accepto: legauit.

¶ Caput. xviii.

IUsiurandum apud romonos inuiolate: sancteq; habitum: seruatumq; est. id & moribus: legibusq; multis ostenditur. & hoc quod dicemus ei rei non tenue argumentum esse potest. prælio cānēsi annibal carthaginensium imperator: ex captiuis nostris electos decem romam misit. mandauitq; eis: pactusq; est: ut si po. ro. uideret᷑: permutatio fieret captiuorum. & pro iis: quos alteri pluris acciperēt: darent argenti pondo libram scilicet & selibram. hos priusq̄ proficiscerentur: iureiurando adegit redituros eos esse in castra punica: si romani captiuos non permutarent. ueniunt romā. x. captiui. mandatū pœni imperatoris in senatu exponunt. permutatio senatui nō placita: parentes cognati: affinesq; captiuoꝵ amplexi eos: postliminio in patriā redisse dicebant. statūq; eoꝵ integrum: incolumēq; esse. ac ne ad hostes redire uellent: orabāt. Tunc octo ex iis postliminium iustū non esse sibi respōderūt: quoniā deiurio uincti forent. statimq; uti iurati erant ad annibalem profecti sunt. duo reliqui romæ manserūt solutosq; esse sese: ac liberatos religione dicebant: quoniam quum egressi castra hostium fuissent: commentitio consilio regressi eodem: tāq̄ si ob aliquam fortuitam causam issent. atq; ita iureiurādo satisfacto: rursum iniurati abissent. Hæc eorum fraudulenta calliditas tā esse turpis æstimata est: ut contempti uulgo discerptiq; sint: censoresq; eos postea omnium notarum: & damnis: & ignominiis: affecerunt: quoniā quod se facturos dictauerāt: nō fecissent. Cornelius autē nepos in libro exēploꝵ. v. id quoq; litteris mandauit: multis in senatu placuisse: ut ii: qui redire nollent: datis custodibus: ad annibalē deducerentur. Sed eam sententiam numero plurium: quibus id non uideretur superatam. eos tamen: qui ad annibalē non redissent: usq;

adeo intestabiles inuisosq; fuisse: ut tedium uitæ cæperint: necemq; sibi consciuerint.

Historia ex annalibus de Tiberio Sépronio Graccho sumpta: patre Gracchorum tri.ple.atq; inibi tri.ple.decreta cum ipsis uerbis relata. Caput.xix.

PVlchrum atq; liberale: atq; magnanimum factum Tib.Sempronii gracchi: in exemplis repositum est. id exemplum huiuscemodi est. L.Scipioni Asiatico: Scipionis Africani superioris fratri cui. C.Minutius Augurinus: tri.ple.mulctam irrogauit: eumque ob eam causam prædes poscebat. Scipio Africanus: fratris nomie: ad collegium tribunorum prouocabat: petebatq; ut uirum consularẽ: triũphalemq; a collegæ ui defenderent. Octo tribuni: cognita causa: decreuerunt. eius decreti uerba: quæ posui: ex annaliũ monumentis excripta sunt. Quod. P. Scipio Africanus postulauit: pro. L. Scipione Asiatico fratre. quum contra leges contraq; moꝝ maiorum tri. pleb. hominibus accitis per uim: inauspicato sententiã de eo tulerit: mulctamq; nullo exemplo irrogauerit: prædesq; eum ob eam rẽ dare cogat: aut si non det: in uincula duci iubeat: ut eum a collegæ ui prohibeamus: & ꝙ contra collegam postulauit: ne sibi intercedamus: quominus suapte potestate uti liceat. de ea re nostrum sententia omniũ data ẽ: si. L. Cornelius Scipio Asiaticus: collegæ arbitratu prædes dabit: collegæ ne eum in uincula ducat: intercedemus. si eius arbitratu prædes non dabit: quominus collega sua potestate utatur: non ĩtercedemus. Post hoc decretum quum Augurinus tri.pleb. L. Scipionẽ prædes non dantem prehendi: & in carcerem duci iussisset: tum Tiberius Sempronius gracchus tri.ple. pater tiberii. atq;. C. gracchorum: quum. P. Scipioni Africano inimicus grauis: ob plerasq; ĩ repu. dissẽsiones esset: iurauit palam in amicitiam inq; gratiam se cum. P. Africano nõ redisse. atq; ita decretum ex tabula recitauit. eius decreti uerba hæc sunt. Quum. L. Cornelius Scipio asiaticus triumphans: hostium duces in carcerem coniectauerit: alienum uidetur esse a dignitate reipu. in eum locum imperatorem po.ro. duci: in quem locum ab eo coniecti sunt duces hostium. itaq;. L. Cornelium Scipionem Asiaticum a collegæ ui prohibeo. Valerius autẽ antias cõtra hãc decretoꝝ memoriã: contraq; auctoritates ueterum annaliũ: post Africani mortem: intercessionem istam: pro Scipione Asiatico factã esse a Tiberio

Graccho dixit:neq; mulctã irrogatã Scipioni: ſed dãnatũ eũ pecula-
tus ob antiochenam pecuniam:quia prædes non daret: in carcerẽ du
ci cœptũ.atq; ita intercedẽte Graccho exemptũ.

Quod Virgilius a nolanis:ob aquam ſibi nõ permiſſam ſuſtulit
e uerſu ſuo:nola.& poſuit ora.atq; ibi de conſonantia litterarũ iucũ
da. Caput.xx.

SCriptũ in quodam commentario repperi uerſus iſtos a Virgi-
lio ita primum eſſe recitatos:atq; editos.

Talem diues arat capua:& uicina ueſeuo
Nola iugo.Poſtea Virgiliũ petiſſe a nolanis aquã:uti diceret in ꝓpi-
quum rus:nolanos beneficiũ petitũ nõ feciſſe.poetã offenſũ nomẽ
urbis eorũ:quaſi ex hominũ memoria:ſic ex carmine ſuo deraſiſſe.o-
raq; pro nola mutaſſe:atq; ita reliquiſſe.Et uicĩa ueſeuo ora iugo: ea
res uera ne:an falſa ſit:nõ laboro.quin tamẽ melius ſuauiuſq; ad au
ris ſit:q̃ nola:ora dubiũ id nõ eſt.nã uocalis in priore uerſu extrema
eademq; ĩſequẽti prima:canoro ſimul:atq; iucũdo hiatu tractim ſo
nat.eſt adeo ĩuenire apud nobiles poetas huiuſcemõi ſuauitate mul
ta:quæ appareat nouata eſſe:non fortuita.ſed præter cæteros omnis
apud Homerũ plurima.uno quippe in loco tales tanq̃ hiatus & ſoni
tus in aſſiduis uocibus pluribus facit.

ἡ δ᾽ ἑτέρη θέρεϊ προρέει ἐικυῖα χαλάζῃ
ἢ χιόνι ψυχρῇ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ.Ideſt
Grandinis eſt ſimilis:ruit æſtate altera: uel iam
Prægelidis niuibus:aut glatiei humore coactæ.Atq; item alio loco.
λᾶαν ἄνω θενέσκε ποτί λόφον.
Surſum ille ad tumulũ ꝓpellere ſaxũ.Catullus quoq; elegãtiſſimus
poetarum in hiſce uerſibus.

Miniſter ueteuli puer falerni:
Ingere mi calices amariores.
Vt lex poſthumiæ iubet magiſtræ
Ebrioſæ acinæ ebrioſioris.

Quũ ebrioſi dicere poſſet:& quod erat uſitatius:acinũ in neutro ge-
nere appellare:amans tamẽ hiatus illius homerici ſuauitatẽ : ebrioſã
dixit:propter cõſequẽtis litteræ concentũ.qui ebrios autẽ catullũ di-
xiſſe putant:aut ebrioſos(nã id quoq; temere ſcriptũ ĩuenit᾽) ĩ libros
ſcilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

Quoad uiuet:& quoad morietur:cur idipſum temporis ſignificent:quum ex duobus ſint facta contrariis. Caput.xxi.

QVoad uiuet:quum dicitur:item quoad morietur: uidétur qdem duæ res dici contrariæ:ſed idem: atq; unum tempus utraq; uerba demonſtrant. Item quum dicitur quoad ſenatus habebitur:& quoad ſenatus dimittetur:tãetſi haberi:atq; dimitti contraria ſint:unũ atq; idipſum tamen utroq; in uerbo oſtenditur. tempora enim duo: quum inter ſe oppoſita ſunt:atq; ita cohærentia:ut alterius finis:cũ alterius initio miſceatur:non refert utrum per extremitatẽ prioris:an per initium ſequentis:locus ipſe confinis demonſtretur.

Quod cenſores equum adimere ſoliti ſint equitibus corpulentis:& præpinguibus.quæſitumq; utrum ea res cum ignominia:an incolumi dignitate equitum facta ſit. Caput.xxii.

NImis pingui homini & corpulento cenſores equum adimere ſolitos:ſcilicet minus idoneum ratos eſſe:cum tanti corporis põdere ad faciendum equitis munus.non enim pœna id fuit: ut quidã exiſtimant:ſed munus ſine ignominia remittebatur. Tamẽ Cato ĩ oratione:quam de ſacrificio cõmiſſo ſcripſit: obiicit hanc rem criminoſius:uti magis uideri poſſit cũ ignominia fuiſſe.quod ſi ita accipias: id profecto exiſtimandum eſt:non omnino ĩculpatum: neq; ĩdeſidẽ uiſum eſſe:cuius corpus in tam immodicum modũ luxuriaſſet:exuberaſſetq;.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER OCTAVVS.

Q. Claudius in undeuiceſimo annali: quum oppidũ a Metello proconſule oppugnari: contra ab oppidanis deſuper e muris propugnari deſcriberet: ita ſcripſit. Sagittarius cum funditore utrinq; ſũmo ſtudio:ſpargunt fortiſſime:ſed ſagittam atq; lapidem dehorſum an ſurſum mittas:hoc ĩtereſt. Nã neutrum poteſt dehorſum uerſum recte mitti: ſed ſurſum utrũque optime:quare milites Metelli ſauciabãtur multo minus.& quod maxime opus erat:a pĩnis hoſtes defendebant facillime. Percõtabar ego Antonium Iulianum rhetorem:cur hoc ita uſu ueniret: quod Qua-

drigarius dixiſſet:ut contigui magis:directioreſq; ictus fiant: ſi uel lapidem:uel ſagittam ſurſum uerſus iacias:q̄ dehorſum: Quarū ꝑ cliuior:faciliorq; iactus ſit ex ſupernis in infima:q̄ ex infimis in ſupna: Tum Iulianus comprobato genere quæſtionis: quod de ſagitta ĩquit:& lapide dixit:hoc de omni fere miſſili telo dici poteſt. facilior autem iactus eſt(ſicuti dixiſti)ſi deſuper iacias: ſiquid iacere tantum uelis:non ferire:ſed quum modus:& impetus iactus temperādus dirigenduſq; eſt:tum ſi in prona iacias:moderatio:atq; ratio mittētis: præcipitantia ipſa:& pondere cadentis teli corrumpitur. at ſi in editiora mittas:& ad percutiendum ſuperne aliquid: manum & oculos cōniueas:quo modus a te datus fuerit:eo telū ibit: quod ieceris. Ad hanc ferme ſententiam Iulianus ſuper. Q. Claudii uerbis nobiſcū ſermocinatus eſt. Quod autem ait idem. Q. Claudius a pinnis hoſtes defendebant facillime:animaduertendum eſt uſum eſſe eū uerbo defendebant:non ex uulgari conſuetudine: ſed admodum ꝓprie & latine. nam defendere:& offendere inter ſe aduerſa ſunt: quorum alterum ſignificat ἐμποδὼν ἔχειν.i.incurrere ĩ aliquid: & ĩcidere. Alterum ἐκποδὼν ποιεῖσθαι.i.auertere:atq; depellere. quod hoc ĩ loco a. Q. Claudio dicitur.

¶ Quibus uerbis notarit Herodes Atticus falſo quēpiā cultu aĩctuq; nomē habitūq; philoſophiæ mentitū. ¶ Caput.ii.

AD Herodem Atticum conſularem uirum:ĩgenioq; amœno: & græca facundia celebrem:adiit nobis præſentibus palliatus qſpiam:& crinitus:barbaq; prope ad pubem uſq; porrecta. ac petit æs ſibi dari εἰς ἄρτους.i.ad panes emendos ſcilicet. tum Herodes ĩterrogat:quiſnam eſſet.atq; ille uultu:ſonituq; uocis obiurgatorio philoſophum ſeſe eſſe dicit.mirari quoq; addit:cur quærendū putaſſet quod uideret. Video inquit Herodes barbā:& pallium: philoſophū nondum uideo. Quæſo autem te cum bona uenia dicas mihi: q̄bus nos uti poſſe argumentis exiſtimas:ut eſſe te philoſophum noſcitemus: interibi aliquot ex iis:qui cum Herode erāt:erraticum eſſe hominem dicere:& nullius rei.incolāq; eſſe ſordētiū ganearū:ac niſi accipiat:quod petit:cōuitio turpi ſolitū inceſſere. Atq; ibi Herodes:demus inquit huic aliquid æris:cuiuſmodi eſt:tanq̄ hoīes: non tāquā homini.& iuſſit dari precium panis.xxx.dierum. Tum nos aſpiciēs: qui eum ſectabamur. Muſonius inquit circunſtanti cuipiā id genus

& philosophum sese ostentāti: dari iussit mille nūmum. & quū plerinq; dicerent: nebulonem esse hominem malum: et maliciosū: & nulla re bona dignum: tum Musonium subridentem dixisse aiūt ἄξιος οὖν ἐστὶν ἀργυρίου idest dignus igitur est argēto. Sed hoc potius inquit dolori mihi & ægritudini est: q̄ istiusmōi animalia spurca: atq; probra nomen usurpant sanctissimū. & philosophi appellant. Maiores autem mei athenienses nomina iuuenū fortissimorꝝ Harmodii & Aristogytonis: qui libertatis recuperandæ gratia Hipiam tyrannū interficere adorsi erāt: ne unq̄ seruis indere liceret: decreto publico sāxerunt: quoniam nefas ducerent nomina libertati patriæ deuota seruili contagio pollui. cur ergo nos patimur nomen philosophiæ illustrissimum in hominibus deterrimis exordescere? Simili autē inquit exemplo: ex contraria specie: antiquos romanorum audio prænomīa patriciorum quorūdam male de repub. meritorum: & ob eā causam capite dānatorum censuisse: necui eius gentis patricio inderentur: ut uocabula quoq; eorum defamata: atq; demortua cū ipsis uiderētur.

¶ Epistola Philippi Regis ad Aristotelem philosophum: super Alexandro recens nato.

¶ Caput. iii.

PHilippus Amyntæ filius: terræ Macedoniæ Rex: cuius uirtute industriaq; Macedones locupletissimo imperio aucti gentium nationūq; multarꝝ potiri cœperant: & cuius uim: atq; arma toti græciæ cauendam: metuendamq; inclytæ illæ Demosthenis orationes cōcionesq; notificant. Is Philippus: quum omni ferme tempore: negociisq; belli: uictoriis affectus: exercitusq; esset: a liberali tamen musa: & a studiis humanitatis nunq̄ abfuit: quin lepide comiterq; pleraq; & faceret: & diceret. ferunt adeo libri epistolarꝝ eius: mundiciæ: & uenustatis: & prudentiæ plenarꝝ. uelut sunt illæ litteræ: quibus Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexandrum nūtiauit. Epistola quoniam curæ diligentiæq; in liberorum disciplinas hortamentū est: exscribenda uisa est ad cōmonendos parentū aīos. Exponenda igitur est: ad hanc ferme sentētiam. Philippus Aristoteli salutem dicit. Filium mihi genitum scito. quod equidem diis habeo gratiam: non perinde quia natus est: q̄ pro eo: q̄ eum nasci contigit temporibus uitæ tuæ. Spero enim fore: & eductus: eruditusq; abs te: dignus existat & nobis: & rerꝝ istarum successione. ipsius autem Philippi uerba hæc sūt.

φίλιππος ἀριςοτέλει χαίρειν. ἴσθι μοὶ γεγονότα ὑιόν. πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω οὐχ οὕτως. ἐπὶ τῇ γεννήσει τοῦ. παιδὸς ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ. τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ. ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

¶ De barbararum gentium prodigioſis miraculis. deq; diris & exitioſis faſcinationibus. atq; inibi de fœminis repente uerſis in mares.

¶ Caput. iiii.

CVum e Græcia in Italiam rediremus: & Brūduſium iremus. egreſſiq; e naui in terram: in portu illo inclyto ſpatiaremur: quē .Q. Ennius remotiore paulum: ſed admotum ſcito uocabulo præpetem appellauit: faſces librorum uenaliū expoſitos uidimus. atque ego ſtatim auide pergo ad libros. erant autē iſti omnes libri græci miraculorum: fabularūq; pleni. res inauditæ incredulæ. ſcriptores ueteres non paruæ auctoritatis. Ariſteas pruconneſius & Iſigonus nicæēſis & Cteſias: & Oneſicritus: & Polyſtephanus: & Hegeſias. ipſa aūt uolumina ex diutino ſitu ſqualebant. & habitu aſpectuq; tetro erāt. acceſſi tamen percontatuſq; precium ſum. & adductus mira: atque iſperata uilitate: libros plurimos ære pauco emo: eoſq; omnis duabus proximis noctibus curſim tranſeo: atq; in legendo carpſi exīde quædam: & notaui mirabilia: & ſcriptoribus fere noſtris intentata. eaque his commentariis aſperſi: ut qui eos lectitabit: is ne rudis omnino & ἀνήκοος: ideſt qui non audierit: in iſtiuſmodi rerum auditionibus reperiatur. erant igitur in illis libris ſcripta huiuſcemndi. Scythas illos penitiſſimos: qui ſub ipſis ſeptētrionibus ætatem agunt: corporibus hominum ueſci: eiuſq; uictus alimento uitam ducere: & ἀνθρωποφάγους ideſt carne humana ueſcentes nominari. Item eſſe homines ſub eadem regione cæli unum oculum habentes ī frontis medio: qui appellantur Arimaſpi q̄ facie fuiſſe κύκλωπας: ideſt Cyclopas: hoc eſt unoculos poetæ ferūt. Alios item eſſe homines apud eandem cæli plagam ſingularis uelocitatis: ueſtigia pedū habentes retro porrecta: non ut cæterorum hominum proſpectantia. Præterea traditū eſſe memoratumq;: in ultima quadam terra: quæ albania dicitur: gigni homines: qui in pueritia caneſcunt. & plus cernant oculis per noctem: q̄ inter diem. Item eſſe compertum: & creditum ſauromatas: q ultra boryſthenē fluuiū longe colunt: cibū capere ſemp diebus tertiis

medio abſtinere. Id etiam in iiſdem libris ſcriptum offẽdimus: quod poſtea quoque in libro Plinii ſecundi naturalis hiſtoriæ. vii. legi: eſſe quaſdam in terra africa familias hominum uoce: atq; lingua effaſcinantium. qui ſi impenſius forte laudauerint pulchras arbores: ſegetes lætiores: infantes amœniores: egregios equos: pecudes paſtu: atq; cultu opimas: emoriant̃ repente hæc omnia: nulli alii cauſæ obnoxia oculis quoq; exitialem faſcinationem fieri: in iis libris ſcriptũ eſt: traditumq; eſſe in illyriis: qui interimant uidendo: quos diutius irati ui derint. eoſq; ipſos mares: fœminaſq;: qui uiſu tam nocenti ſunt: pupillas in ſingulis oculis binas habere. Item eſſe in montibus terræ indiæ hoĩes caninis capitibus & latrãtibus: eoſq; ueſci auiũ & ferarum uenatibus. Atq; itẽ eſſe alia apud ultimas oriẽtis terras miracula. hoĩes qui Monomeri appellant̃: ſingulis cruribus ſaltuatim currẽtes: uiuaciſſimæ perniciatis. Quoſdam etiam eſſe nullis ceruicibus: oculos in humeris habentes. Iam uero hoc egredit̃ omnẽ modũ admirationis: quod iidem illi ſcriptores gentem eſſe aiunt: apud extrema indiæ corporibus hirtis & auium ritu plumantibus: nullo cibatu ueſcẽtẽ: ſed ſpiritu florum naribus hauſto uictitantem. Pygmæos quoq; haud lõge ab iis naſci: quorum qui longiſſimi ſunt: non longiores eſſe: q̃ pedes duos: & quadrãtem. hæc atq; alia iſtiuſmodi legimus. Sed quum ea ſcriberemus tenuit nos non idoneæ ſcripturæ tedium: nihil ad ornãdum iuuandũq; uſum uitæ pertinentis. Libitũ tamen eſt in loco hoc miraculorum notare id etiam: quod Plinius ſecundus: uir in temporibus ætatis ſuæ ingenii dignitatiſq; gratia: auctoritate magna prædi tus: non audiſſe: neq; legiſſe: ſed ſcire ſeſe atq; uidiſſe: in libro natura lis hiſtoriæ. vii. ſcripſit. uerba igitur hæc: quæ infra poſui: ipſius ſũt: ex eo libro ſumpta: quæ profecto faciunt: ut neq; reſpuenda: neq; ridenda ſit notiſſima illa: de Cæneide & Ceneo cantilena. Ex fœminis inquit mutari ĩ mares nõ eſt fabuloſũ. Inuenimus in ãnalibus. Q. Licinio Craſſo. C. Caſſio longino con. C. Aſinii puerũ factũ ex uirgi ne: ſub parentibus: iuſſuq; aruſpicũ deportatũ in inſulã deſertã. Licinius Mutianus prodidit uiſum eſſe a ſe argis Areſcõtẽ: cui nomẽ Areſcuſæ fuiſſet: nupſiſſe etiã mox barbã: & uirilitatẽ ꝓueniſſe: uxorẽq; duxiſſe. Eiuſdẽ ſortis & ſmyrnæ puerum a ſe uiſum: ipſe in Africa ui di mutatum in marem die nuptiarum. L. Coſitium ciuẽ tyſdritanũ: uiuebatq; quum proderem hæc. Idem Plinius ĩ eodem libro ſcripſit

hæc. Gignuntur homines utriusq; sexus: quos hermaphroditos uocamus: olim androgynos uocatos: & in prodigiis habitos: nunc uero in delitiis.

¶ Diuersæ nobiliū philosophoꝝ sententiæ de genere ac natura uoluptatis. uerbaq; Hieroclis philosophi: quibus decreta Epicuri insectatus est.

¶ Caput. v.

DE uoluptate ueteres philosophi diuersas sententias tenuerunt atq; dixerunt. Epicurus uoluptatem sūmum bonum esse ponit: eam tamen ita definit: σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα. i. corporis cōstantem habitum. Antisthenes socraticus sūmum malum dicit. eius nāq; hoc uerbum est: μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. i. insanirem potius: q̄ oblectarer. Speusippus uetusq; omnis academia: uoluptatem & dolorem: duo mala esse dicunt opposita inter sese. bonum autem esse: quod utriusq; medium foret. Zeno censuit uoluptatem esse indifferens: idest neutrum: neq; bonum: neq; malum: quod ipse græco uocabulo ἀδιάφορον appellauit. Critolaus peripateticus & malum esse uoluptatem ait: & multa alia mala parere ex sese iniurias: desidias: obliuiones. ignauias. Plato ante hos omnis ita uarie: multiformiterq; de uoluptate disseruit: ut cunctæ istæ sententiæ: quas supra posui: uideantur ex sermonum eius fontibus profluxisse. nam perinde unaquaq; utit̃: ut & ipsius uoluptatis natura fert: quæ est multiplex & causarum: quas tractat: rerumq;: quas efficer̃ uult: ratio desiderat. Taurus autem noster: quotiens facta mentio Epicuri esset ī ore: atq; ī lingua habebat uerba hæc Hieroclis stoici uiri sancti: & grauis. ἡδονὴ τέλος πόρνης δόγμα. ἀπέστω πορνεία οὐδὲν πόρνης δόγμα: idest uoluptatis finis meretricis decretum est. Tolle fornicationē nullum meretricis erit decretum.

¶ Verbum ab eo: quod est ago: frequētatiuū in prima syllaba: quonam sit modo pronuntiandū.

¶ Caput. vi.

AB eo: quod est ago: & egi: uerba sunt: quæ appellant grāmatici frequentatiua: actito: & actitaui. hæc quosdam non sane indoctos uiros audio ita pronuntiare: ut primam in his litteram corripiāt rationēq; dicāt: quoniā in uerbo principali: quod est ago: pr̄ia littera breuiter ꝓnūtiat̃. cur igit̃ ab eo: quod edo: & ungo: ī q̄bus uerbis pr̄ia littera breuiter dicit̃ esito: & unctito: quæ sunt eoꝝ frequentatiua pri

ma littera longa promimus: & cõtra dictito: ab eo uerbo: quod est di co correpte dicimus: nun ergo potius actito: & actitaui producenda sunt: quoniam frequentatiua ferme omnia eodem modo in pría syl- laba dicuntur: quo participia præteriti temporis ex iis uerbis: unde ea profecta sunt: in eadem syllaba pronuntiantur. sicut lego: lectus: le- ctito facit. ungo unctus unctito. scribo scriptus scriptito: moneo mo nitus monito: pendeo pensus pensito: edo esus esito. dico autem di- ctus dictito facit. gero gestus gestito. ueho uectus uectito. rapio rap- tus raptito. capio captus captito. facio factus factito: sic igitur actito producte in prima syllaba pronuntiãdum: quoniam ex eo fit: quod est ago: & actus.

De cõuersione folio℞ in arbore olea brumali: & solstitiali die. deq; fidibus id tẽporis ictu alieno sonantibus. Caput. vii.

Vlgo & scriptum: & creditum est: folia olearum arborum bru- mali & solstitiali die conuerti. & quæ pars eorum fuerat ĩferior atq; occultior eam supra fieri: atq; exponi ad oculos: & ad solẽ. quod nobis quoq; semel & iterum experiri uolentibus ita esse propemodũ uisum est. Sed de fidibus rarius dictu: & mirabilius est. quam rem & alii docti uiri. & Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicræ histo riæ primo: satis compertum esse: satisq; super ea re cõstare affirmat neruias in fidibus brumali die alias digitis pelli: alias sonare.

Necessarium esse: qui multa habeat: multis ĩdigere. deq; ea re Pha uorini philosophi cum breuitate eleganti sententia.

Caput. viii.

Verum est profecto: quod obseruato rerum usu sapiẽtes uiri di- xere: multis egere: qui multa habeat. magnamq; indigentiã na sci: non ex inopia magna: sed ex magna copia. multa enim desidera- ri ad multa quæ habeas tuenda. Quisquis igitur multa habens caue re: atq; prospicere uelit: nequid egeat: neue qd desit: iactura opus eẽ: non quæstu. & minus habendum esse: ut minus desit. hanc sentẽtiã memini a Phauorino inter ingentis omnium clamores exornatã in- clusamq; uerbis his paucissimis. Τὸν γὰρ μυρίων καὶ πεντάκισχιλ ίων χλαμύδων δεόμενον οὐκέτι μὴ πλειόνων δεῖ· ἀ γὰρ ἔ χω προσδεόμενος ἀφελὼν ὧν ἔχω ἀρκοῦμαι οἷς ἔχω: id est. Enĩ uero q decẽ milibus & quindecim milibus uestimẽto℞ egeat. Is quo- minus pluriũ indigeat fieri nõ potest. quũ enĩ plus q̃ habeam egeo:

detrahens ex iis:quæ habeo:in iis quæ habeo:acquiesco.

Quis modus sit uerba uertendi in græcas sententias. deq; iis Homeri uersibus:quos Virgilius uertisse:aut bene apteq; : aut ĩ prosperẽ existimatus est. Caput.ix.

QVando ex poematibus græcis uertendæ mutandæq; sunt insignes sentẽtiæ:nõ semp aiunt enitẽdũ:ut oĩa oĩo uerba in eũ:in quẽ dicta sũt modũ:uertamus.perdũt enĩ gratiã pleraq;: si q̃si ĩuita & recusãtia uiolẽtius trãsferãt̃. Scite igit̃ & cõsiderate Virgilius:quũ aut Homeri:aut Hesiodi:aut Apollonii:aut Parthenii:aut Callimachi:aut Theocriti:aut quorũdã alioꝶ locos effingere : partẽ reliquit: alia expressit:sicut nuperrime apud mẽsã:quũ legerent̃ utraq; simul Bucolica Theocriti:& Virgilii:aĩaduertimus reliq̃sse Virgiliũ : quod græcũ q̃dẽ mire q̃ suaue est.uerti aũt neq; debuit neq; potuit.sed enĩ ꝙ substituit ꝓ eo quod omiserat:nõ abest:cũ iucũdius lepidiusq; sit

βάλλει καὶ μάλλοισι τὸν αἰπόλον ἀκλεαρίστα.
τὰσ αἶγασ παρελῶνται καὶ λύτι ποππυλιάσδει. idest

Appetitur malis caprarius aclearistæ
Propellens capras:& suaue quid occinit illa:
Malo me galathea petit lasciua puella :
Et fugit ad salices:& se cupit ante uideri.

Illud quoq; alio in loco animaduertimus caute omissum: quod est ĩ græco uersu dulcissimum.

τίτυρε μὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας.
καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε τίτυρε καὶ τὸν ἐνόρχαν.
τὸν λίβυκὸν κνάκωνα φυλάσεο μήτι κορύξη.

Pasce adamate mihi pulchre heus tityre capras.
Et potum ad fontis age tityre:sed coleatum
Hunc afrum:ruffumq; caue:ne cornua uibret.

Quo enĩ pacto diceret:το καλον πεφιλαμεν: idest pulchre adamate.uerba hercle nõ trãslatitia:sed cuiusdã naturæ dulcedinis.hoc igit̃ reliquit.& cætera uertit:nõ infestiuiter:nisi ꝙ caprũ dixit: quẽ Theocritus ενορχαν.idest coleatũ appellauit. auctore enim.M. Varrone is demum latine caper dicit̃:qui excastratus est.

Tityre dum redeo:breuis est uia:pasce capellas.
Et potum pastas age tityre.& interagendum.
Occursare capro:cornu ferit ille:caueto.

Et quoniam de transferendis sententiis loquor: memini audisse me ex Valerii Probi discipulis: docti hominis: & in intelligendis: pensitãdisq; ueteribus scriptis bene calidi solitum eum dicere nihil quicquã tam ĩprospere Virgiliũ ex Homero uertisse: q̃ uersus hos amœnissimos: quos de nausica Homerus fecit.

οἱ δ' ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα.
ἢ κατὰ τηΰγετον περιμήκετον ἢ ἐρύμανθον.
τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκύης ἐλάφοισι
τῇ δέ θ' ἅμα κοῦραι νύμφαι διὸς αἰγιόχοιο
ἀγρονόμοι παίζουσι γέγηθε δέ τε φρένα λητῶ
πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μετώπα;
ῥεῖα δ' ἀρίγνωτι πέλεται καλαὶ δέ τε πᾶσαι
ὥσ ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμῆς. Id est

Montibus it: qualis studiosa diana pharetræ:
Aut per taygeti spatiosa iuga: aut erymanthi:
Et nunc gestit apro: nunc ceruo diua uolucri.
Stant circum nymphæ agrestes ioue celite natæ:
Inq; agris ludũt: latonæ pectora gaudent.
Fronte dea ante omnis: ceruiceq; prominet alta.
Et pulchras omnis inter clarissima fulget.
Talibus in famulis uirgo intemerata decebat:
Qualis in eurotæ ripis: aut per iuga cynthi
Exercet diana cohors: quam mille secutæ
Hinc: atq; hinc glomerantur oreades. illa pharetram:
Fert humero: gradiensq; deas supereminet omnis.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus:
Talis erat dido: talem se læta ferebat
Per medios: instans operi: regnisq; futuris.

Primũ omnium diuersum esse aiebant dicebat Probus: ꝙ apud Homerum quidem uirgo nausica a ludibunda inter familiares puellas ĩ locis solis recte: atq; cõmode cõfert̃ cũ Diana uenante in iugis montium inter agrestis deas. Nequaq̃ autem conueniens Virgiliũ fecisse: quoniã Dido in urbe media ingrediẽs inter tyrios prĩcipes cultu: atq; incessu serio instans operi: sicut ipse ait: regnisq; futuris: nihil eius similitudinis capere possit: quæ lusibus atq; uenatibus dianæ cõgruit. tum postea ꝙ Homerus studia: atq; oblectamenta in uenando Dia-

næ honeſte apteq; dicit. Virgilius autem: quum de uenatu deæ nihil dixiſſet: pharetram tamen facit eam ferre in humero: tanq̃ ſi onus & ſarcinam: atq; illud impenſe Probum eſſe demiratum in Virgilio di cebant: q homerica quidem λητω: ideſt Latona gaudiũ gaudeat ge nuinum & intimum: atq; in ipſo penetrali cordis & animæ uigens: ſi quidem nõ aliud eſt: γέγηθε δὲ τε φρένα λητω: ideſt Latonæ pecto ra gaudent. Ipſe autem imitari hoc uolens: gaudia fecerit pigra: & le uia: & contantia: & quaſi in ſummo pectore ſupernantia. neſcire enĩ ſeſe: quid ſignificaret aliud pertentãt. præter iſta omnia: florẽ ipſius totius loci Virgilium uideri omiſiſſe: q hũc Homeri uerſum exigue ſecutus ſit: ρεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται καλαὶ δέ τε πᾶσαι. i. Et pul chras oĩs inter clariſſima fulget. Quando nulla maior: cumulatiorq; pulchritudinis laus dici potuerit: q̃ q una inter omnis pulchras excel leret. una facile inter omnis noſceretur.

¶ Quod Anneus Cornutus uerſus Virgilii: quibus Veneris & Vul cani cõcubitũ pudice operteq; dixit: reprehenſione inſulſa: & odioſa inquinauit:

¶ Caput. x:

ANnianus poeta: & pleriq; cũ eo eiuſdẽ muſæ uiri ſũmis aſſidu iſq; laudibus hos Virgilii uerſus ferebant: quibus Vulcanũ & Venerem iunctos mixtoſq; iure coniugii: rem lege naturæ operiendã uerecunda quadam tranſlatione uerbo: quũ oſtenderet: demõſtra retq; protexit. ſic enim ſcripſit. Ea uerba locutus.

Optatos dedit amplexus. placidũq; petiuit
Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem.

Minus autem difficile eſſe arbitrabant: ad iſtiuſmõi reticẽda uerbis uti uno: atq; altero: breui tenuiq; ea ſigno demõſtrantibus: ſicuti ho merus dixerit: παρθενίην ζώνην καὶ λέκτροιο δεσμόν καὶ ἔργα φιλοτήσια τῶ μὲν ἀρεντρητοῖσι κατεύνασεν λεχέεσσιν. Id eſt Virgineum ſoluit cæſtum: & legemq; cubilis. Et munus amoris. Inq; toris illi ſculptis cepere ſoporem.

Tot uero & tã euidentibus: ac tã prætextatis: ſed puris honeſtiſq; uer bis uenerandum illud connubii pudici ſecretũ neminẽ queq̃ aliũ di xiſſe. Sed Anneus cornutus homo ſane pleraq; alia nõ ĩdoctus: neq; ĩprudẽs ĩ ſecũdo tamen libro: quos de figuris ſententia cõpoſuit: egregiã totius iſtius uerecundiæ laudem inſulſa nimis & odioſa ſcru

tatione uiolauit. nam quum genus hoc figuræ probasset: & satis circunspecte factos esse uersus dixisset: membra tamen inquit paulo ĩcautius nominauit.

De Valerio Coruino. & unde Coruini sit cognomentum.

Caput. xi.

DE Maximo Valerio: qui Coruinus appellatus est: ob auxilium propugnationẽq; corui alitis: haud quisq̃ est nobiliũ scriptorum qui secus dixerit: ea res prorsus admirãda sic profecto est in libris annalibus memorata. Adolescens tali genere editus. L. Furio. Cl. Appio consulibus fit tri. militaris. atq; in eo tempore copiæ gallorum ingentes agrum pomptinum insederant. instruebantq; acies a consulibus de ui: atq; multitudine hostium satis agentibus. Dux interea gallorum uasta: & ardua proceritate: armisq; auro profulgentibus: grandia ingrediens: & manu telum reciprocans incedebat. perq; cõtemptum: & superbiam circunspiciens: despiciensq; omnia uenire iubet: & cõgredi: siquis pugnare secum ex omni romano exercitu auderet. tum Valerius tribunus: cæteris inter metum: pudoremq; ambiguis impetrato prius a consulibus: ut in gallum tam ĩmaniter arrogãtem: pugnare sese permitterent: progreditur intrepide: modesteq; obuiam & congrediuntur: & consistunt & conserebãtur iã manus. atq; ibi uis quædam diuina fit. Coruus repẽte improuisus aduolat. & super galea tribuni insistit. atq; in aduersarii oculos pugnare incipit. ĩsibilat. obturbat. unguibus manũ laniabat. & prospectum ales arcebat. atq; ibi satis sæuierat: reuolabat in galeam tribuni. sic tribunus spectãte utroq; exercitu: & sua uirtute nixus: & opera alitis propugnatus: ducem hostium ferocissimum uicit: interfecitq;. atq; ob eam causam cognomẽ habuit Coruinus: id factum est anno. cccc. &. v. post Romam conditam. Statuam Coruino isti diuus Augustus in foro suo statuendam curauit. in eius statuæ capite corui simulacrum est: rei pugnæq;: quã diximus monumentum.

De uerbis: quæ in utrãq; partẽ: significatione reciproca: et aduersa dicuntur.

Caput. xii.

UT formidolosus dici potest: et qui formidat: et qui formidat͛. ut ĩuidiosus: et qui ĩuidet: et cui ĩuidet͛. ut suspiciosus: qui suspicatur: et qui suspectus est. ut ãbitiosus: et qui ambit: et qui ambit͛ ut itẽ gratiosus: et qui adhibet gratias: et qui admittit. ut laboriosus:

& qui laborat:& qui labori eſt:ut pleraq; alia huiuſmodi in utrãque partem dicuntur.ita infeſtus ancipiti quoq; ſignificatione eſt. nã & is infeſtus appellatur:qui malum infert cuipiam. & cõtra cui aliũde impendet malum:is quoq; infeſtus dicitur.¶ Sed quod prius poſui profecto exemplis non indiget:ſic adeo multi loquunť: ut infeſtum dicant inimicum:atq; aduerſum. Alterum autẽ illud ignobilius: obſcuriuſq; eſt. Quis enim in medio facile dixerit infeſtum eſſe: cui alter infeſtus eſt? Sed & ueteres pleriq; ita dixerũt:&.M. Tullius ĩ oratione quam pro Cn. Planco dixit:uocabulo hoc ſic uſus eſt. Dolebã inquit iudices:& acerbe ferebam:ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſã eſſet infeſtior:ꝙ is meam ſalutem:atq; uitam:ſua beniuolentia præſidio cuſtodiaq; texiſſet. Nos igitur de origine & ratione uerbi quærebamus.atq; ita in nigidianis inuenimus commentariis ſcriptum: infeſtum afeſtinando dictum. Nam qui inſtat inquit alicui:eumq; ꝓperans urget:opprimereq; eum ſtudet:feſtinatq;.aut contra de alicuius periculo:& exitio feſtinatur:is uterq; infeſtus dicitur:ab inſtãtia: atq; ĩminentia fraudis:quam uel facturus cuipiam:uel paſſurus eſt. Nequis autem de ſuſpicioſo:quod ſupra poſuimus: & de formidoloſo:in eam partem:quæ minus uſitata eſt:exemplum requirat:ĩueniet de ſuſpicioſo apud.M. Catonem de re floria ita ſcriptum . Sed niſi qui palam corpore pecuniam quæreret: aut ſe lenoni locauiſſet: &ſi famuloſus & ſuſpicioſus fuiſſet:uim ĩ corpus liberum nõ æquũ cenſuere afferri. Suſpicioſũ enĩ hoc in loco ſuſpectum ſignificat: nõ ſuſpicantem. Formidoloſum autem qui formidatur. Saluſtius ĩ Catilina ita dicit. Igitur talibus uiris non labor inſolitus: nõ locus ullus aſper:aut arduus erat:non armatus hoſtis formidoloſus. Itẽ.C. Caluus in poematis laborioſus dicit:non ut uulgo dicitur: qui laborat: ſed in quo laboratur. Durum inquit rus fugis:ſed laborioſum. Eadẽ ratione Laberius quoque in ſororibus. Ecaſtor inquit multum ſomniculoſum.et Cinna in poematis: Somniculoſam ut pœnus aſpidẽ pſillus. Metus quoque:et iniuria:atque alia quædam id genus:ſic utroq; uerſum dici poſſunt.nam metus hoſtium recte dicitur: & quũ timent hoſtes:et quum timentur. Itaque Saluſtius in hiſtoria prĩa: Metum Pompeii dixit:non ꝙ Pompeius metueret: quod eſt uſitatius:ſed ꝙ metueretur.uerba hæc Saluſtii ſunt. Id bellũ excitabat metus Pompeii uictoris Hiempſalem in regnum reſtituentis. Item alio

in loco postquam remoto metu punico: simultates exercere uacuum fuit. Iniurias itidem dicimus: tam illorum qui patiuntur: q̃ qui faciunt: quarum dictionum exempla sunt facilia inuentu. Illud etiā dictum a Virgilio eandem habet formam communicatæ ultro & citro significationis. Et uulnere inquit tardus Vlyxi. Quū diceret uulnus: non quod accepisset Vlyxes: sed quod dedisset. Nescius quoq; dicit tam is qui nescitur: q̃ qui nescit. sed super eo: qui nescit: frequens huius uocabuli usus est. infrequens autē de eo est: quod nescitur. Ignarus atque utroque uersum dicitur: non tantum qui ignorat: sed & q ignoratur. Plautus in rudēte: Quæ incolis nescius nescias pessimus.
Salustius:
More humanæ cupidinis ignara uisendi. ¶ Virgilius:
Ignarum laurens habet ora numanta.
¶ Verba ex historia Clau. Quadrigarii: quibus Manlii Torquati nobilis adolescentis: & hostis galli prouocatoris pugnam depinxit.

¶ Caput. xiii.

T. Manlius summo loco natus: adprimeq; nobilis fuit; ei Mālio cognomentum factum Torquato. causam cognomenti fuisse accepimus: torquis ex auro induuias: quam ex hoste: quem occiderat detractam induit. sed quis hostis: & quod genus: & q̃ formidādæ uastitatis: & quantum insolens prouocator: & cuiusmodi fuerit pugna decertatum. Q. Claudius primo annaliū purissime: atq; illustrissime: simpliciq; atq; in compta orationis antiquæ suauitate descripsit quem locum ex eo libro Phauorinus philosophus cū legeret: nō minoribus quati afficiq; animum suum motibus: pulsibusq; dicebat: q̃ si ipse coram depugnantis eos spectaret. Verba. Q. Claudii: qbus pugna ista depicta est: adscripsi. Quum interim gallus quidam nudus præter scutū: & gladios duos: torque: atq; armillis decoratus processit: qui & uiribus: & magnitudine: & adolescentia: simulq; uirtute cæteris āteſtabat. is maxīe prælio cōmoto: atq; utriusq; sūmo studio pugnantibus: manu significare cœpit: ut utriq; qescerēt pugnare. pugnæ facta pausa est. extēplo silētio facto cū uoce maxīa īclamat: siqs secū depugnare uellet: uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem: & īmanitatē facies. deīde gallus irridere cœpit. atq; linguam exertare. id subito pèrdolitū est cuidā. T. Manlio sūmo genere nato tātum flagitium ciuitati accidere: e tanto exercitu neminē prodire. Is

ut dico processit.neq; passus est uirtutem romanam a Gallo turpiter spoliari.scuto pedestri:& gladio hispanico cinctus contra gallũ constitit.metu magno ea congressio in ipso ponte:utroq; exercitu inspectante facta est.ita ut ante dixi:constiterũt.gallus sua disciplina: scuto proiecto cautabundus.Mãlius animo magisq̃ arte confisus:scutũ scuto percussit.atq; statum galli conturbauit. dum se gallus iterũ eodem pacto constituere studet:Manlius iterum scutum scuto pcutit: atq; de loco certo hominem iterum deiicit.eo pacto ei:sub gallicũ gladium successit.ac hispanico pectus hausit.deinde continuo humerũ dextrum eodem concussu incidit.neque recessit usquam donec subuertit:ne gallus ĩpetum icti haberet.ubi eum euertit:caput præcidit. torquem detraxit.eamq; sanguinolentam sibi in collũ imponit.quo ex facto ipse:posteriq; eius Torquati sũt cognomĩati. ab hoc.T.Mãlio:cuius hanc pugnam Quadrigarius descripsit,: imperia & aspera: & ĩmitia manliana dicta sunt.quoniam postea bello aduersum latinos:quum esset consul:filium suum securi percussit: qui speculatũ ab eo missus ne pugnaret interdicto.hostem: a quo prouocatus fuerat occidit.

¶ Quod idẽ Quadrigarius:huius facies:patrio casu probe:& latine dixit.& quædã alia apposita de similiũ uocabulorũ declinationibus.

¶ Caput.xiiii.

QVod autẽ supra scriptum:in.Q.Claudii uerbis: propter magnitudinem:& immanitatem facies. id nos aliquot ueteribus libris ĩspectis explorauimus:atq; ita esse:ut scriptum est:cõperimus. Sic enĩ pleraq; ætas ueterum declĩauit.hæc facies:huius facies. quod nunc propter rationem grammaticam faciei dicitur.Corruptos autẽ quosdam libros repperi:in quibus faciei scriptum est: illo quod ante scriptum erat:oblitterato.meminimus etiam in Tiburti bibliotheca inuenire nos in eodem Claudii libro scriptum utrũque facies:& facii sed facies in ordine scriptum fuit.& cõtra per ii geminum facii. neq; id abesse a quadam consuetudine prisca existimauimus.Nam ab eo: quod est hic dies tam huius dii:& ab eo:quod est hæc fames tam huius famii dixerunt.Q..Ennius in sextodecimo annali dies scripsit: pro diei in hoc uersu.

Postreme longinqua dies quum fecerit ætas.

Ciceronẽ quoq; affirmat cesellius ĩ oratione: quã pro.P.Sestio fecit:

dies ſcripſiſſe:pro diei.quod ego impenſa opera cõquiſitis ueteribus libris pluſculis:ita ut Ceſellius ait:ſcriptum inueni. Verba ſunt hæc .M. Tullii.Equites uero daturos illius dies pœnas.Quocirca factum hercle eſt:ut facile iis credam: qui ſcripſerunt. idiographum librum Virgilii ſeſe inſpexiſſe:in quo ita ſcriptum eſt:

Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas.

Id eſt libra diei ſomniq;.Sed ſicut hoc in loco dies a Virgilio ſcriptũ uidetur:ita in illo uerſu nil dubium eſt:quin dii: ſcripſerit: pro diei: Munera lætitiamq; dii.Quod imperitiores dei legũt ab inſolẽtia ſcilicet uocis iſtius abhorrentes.Sic autem dies dii a ueteribus declinatũ eſt:ut fames famii:pernicies pernicii:progenies progenii:luxuries luxurii:acies acii.M.enim Cato in oratione:quam de bello carthaginẽſi compoſuit:ita ſcripſit. Pueri atq; mulieres extrudebantur famii cauſa. Lucilius in.xii.Rugoſum atq; famii plenum. Siſenna in hiſtoriarum libro.vi.Romanos in ferendæ pernicii cauſa ueniſſe.Pacuuius in Paulo.

Pater ſupreme noſtræ progenii patris.

Cn.Matius ĩ iliadis.xxi.Altera pars acii uitaſſet fluminis undas : Idẽ Matius in tertiodecimo.An maneat ſpecii ſimulacrum : in morte ſilentum.C.Gracchus de legibus promulgatis.Ea luxurii cauſa: aiunt inſtitui.Et ibidem infra ita ſcriptum eſt.Nõ eſt ea luxuries: quæ neceſſario parentur uitæ cauſa.Propter quod apparet:eum ab eo:quod eſt luxuries luxurii patrio caſu dixiſſe.M.quoq; Tullius in oratione qua Sex.Roſcium defendit:pernicii ſcriptũ reliquit.Verba hæc ſũt: Quorum nihil pernicii cauſa diuino conſilio:ſed ui ipſa:& magnitudine rerum factum putamus.Aut facies ergo ĩ caſu patrio: aut facii: Quadrigarium ſcripſiſſe:exiſtimandum eſt:faciei autem in nullo ueteri libro ſcriptũ repperi. In caſu aut dãdi qui puriſſime locuti ſunt: non faciei:uti dicitur nunc:ſed facie dixerunt. Lucilius in ſatyris : Et primum inquit facie honeſtas accidit.Idem Lucilius in libro ſeptĩo.

Qui te diligit:ætati facieq; tuæ ſe.

Fautorem oſtendat.fore amicum polliceatur.

Sunt autẽ nõ pauci:q utrobiq; facii legant. Sed.C.Cæſar in libro de analogia.ii.huius die:& huius ſpecie dicẽdũ putat.Ego quoq; in Iugurtha Saluſtii ſũmæ fidei:& reuerẽdæ uetuſtatis libro: die caſu patrio inueni ſcriptum. Verba hæc ita erãt. Vix decima parte die reliq̃.

Non enim puto argutiolam iſtam recipiendam: ut die dictum quaſi ex die exiſtimemus.

De genere controuerſiæ: quod græce ἄπορον: ideſt dubiũ & inexplicabile appellatur. Caput. xv.

CVm Antonio Iuliano rhetore per feriarum tempus æſtiuarũ: decedere ex urbe æſtu uolentes: neapolin conceſſeramus. atque ibi erat adoleſcens tunc quiſpiam ex ditioribus: cum utriuſq; linguæ magiſtris meditans: & exercens: ad cauſas romæ orandas: eloquentiæ latinæ facultatem. atq; is rogat Iulianum uti ſeſe audiat declamãtẽ. It auditum Iulianus: imus quoq; nos cum eo ſimul. ĩtroit adoleſcẽs: & præfatur arrogantius & elatius: q̃ ætati eius decebat. ac deĩde iubet exponi controuerſias. Aderat nobiſcum ibi Iuliani ſectator: iuuenis promptus: & proficiens: & oſtendens iam in eo: quod ille apud Iuliani auris in præcipiti ſtare: & ſubitaria dictione periculũ ſui facere audebat. Exponit igitur tentamenti gratia controuerſiam parum conſiſtentem: quod genus græci ἄπορον ideſt dubium uocant. latine aũt id: non minus cõmode inexplicabile dici poteſt. Ea controuerſia fuit huiuſcemodi. De reo ſeptem iudices cognoſcant. eaq; ſententia ſit rata quam plures ex eo numero dixerint. Quum ſeptem iudices cognouiſſent: duo cenſuerunt reum exilio mulctandum: duo alii pecunia: tres reliqui capite puniendum. petitur ad ſupplicium ex ſentẽtia triũ iudicum. & contradicit. Hac ille audita: nec conſiderata: neq; aliis: ut proponerentur: expectatis: incipit ſtatim mira celeritate: in eandem hanc controuerſiam principia neſcio quæ dicere. & inuolucra ſenſuũ uerborumq; uolumina: uocumq; turbas fũdere. cæteris omnibus ex cohorte eius: qui audire eum ſoliti erant clamore magno exultãtibus Iuliano autem male ac miſere rubente: et ſudante. Sed ubi deblatteratis uerſuum multis milibus: finem aliquando fecit: egreſſiq; inde ſumus amici: familiareſq; eius Iulianum proſecuti: quidnam exiſtimaret: percontati ſunt. atque ibi Iulianus feſtiuiſſime. Nolite quærere inquit: quid ſentiam. adoleſcens hic ſine cõtrouerſia diſertus eſt.

Quod Plinium ſecundum: hominem non indoctum fugerit: latueritque uitium argumenti: quod ἀντιστρέφον: id eſt reciprocum græci dicunt.

Caput. xvi.

PLinius ſecundus exiſtimatus eſt eſſe ætatis ſuæ doctiſſimus. is

libros reliquit: quos studiosorum inscripsit: haud mediusfidius usq; quaq; aspernandos. In iis libris multa uarie ad oblectandas eruditorum hominum auris ponit. refert etiam plerasq; sententias: quas in declinandis controuersiis lepide: arguteq; dictas putat. sicuti hanc quoq; sententiam ponit: ex huiuscemodi controuersia. Vir fortis premio: quod optauerit: donetur. Qui fortiter fecerat: petiit alterius uxorem in matrimonium. & accepit. Is deīde cui ea uxor fuerat: fortiter fecit: repetit eādem. contradicitur. Eleganter inquit & probabiliter ex parte posterioris uiri fortis: uxorem sibi reddi postulātis hoc dictum est. si placet lex: redde. si non placet redde. Fugit autem Plinium: sententiolam istam: quā putauit esse argutissimam: uitio non carere: quod græce αντιςρέφον. i. reciprocum dicitur. & est uitium insidiosum & sub falsa laudis specie latens. nihil enim minus conuerti ex cōtrario idipsum aduersus eundem potest. Atq; ita a priore illo uiro forti dici si placet lex: non reddo. si non placet: non reddo.

Cecropias noctes doctorum exempla uirorum
Donat habere mihi nobilis eustochius.
Viuat. & æternum lætus bona tempora ducat:
Qui sic dilecto tanta docenda dedit.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER NONVS.

FAmiliari meo cuipiam litteras athenis Romā misi in iis scriptum fuit: me illi iam tertium scripsisse. Is ad me rescripsit: petiuitq;: ut rationem dicerem cur tertium: ac non tertio scripsissem. id etiam adscripsit: ut eadem: quid super illo quoq; mihi uideretur: facerem se certiorem. tertium ne consul: & quartum: an tertio: & quarto dicēdum esset. quoniam Romæ doctū uirum dicentem audisset tertio: & quarto consul: non tertiū q̄rtūq;. Idq; in principio libri Celium scripsisse. &. Q. Claud. in libro undeuicesimo. C. Marium creatum septimo consulem dixisse. Ad hæc ego rescripsi nihil amplius: q̄ uerba. M. Varronis hominis opinor: q̄ fuit Claudius cum Celio: doctioris. quibus uerbum utrūq;: de quo ad me scripserat: decideretur. nā & Varro satis aperte quid dici opor-

teret edocuit: & ego aduersus eum: qui doctus eẽ dicebatur: litẽ meã facere absens nolui. uerba. M. Varronis ex libro disciplinarum quĩto hæc sunt. Aliud est: quarto prætorem fieri: & quartum: q̃ quarto locum adsignificat. ac tres ante factos. quartum tempus adsignificat: & ter ante factum. Igitur Ennius recte conscripsit. Quintus pater q̃rtum fit consul. Et Pompeius timide: q̃ in theatro ne adscriberet consul tertium: aut tertio extremas litteras non conscripsit. Quod de Põpeio uarro breuiter & subobscure dixit: Tyro Tullius Ciceronis libertus in epistola quadã enarratius scripsit ad hunc ferme modũ. Quũ Pompeius inquit ædem uictoriæ dedicaturus foret: cuius gradus uice theatri essent: nomenq; eius & honores inscriberet: quæri cœptũ est: utrum consul tertio inscribendum esset: an tertium: eam rem Pompeius exquisitissime rettulit ad doctissimos ciuitatis. Quũq; dissentirent: & pars tertio: alii tertium scribendum contenderent: rogauit ĩquit ciceronem Pompeius: ut quod ei rectius uideretur: scribi iuberet tum ciceronem iudicare de uiris doctis ueritum esse: ne quorum opinionem improbasset: ipsos uideretur improbasse. Persuasit igit̃ Põpeio: ut neq; tertium: neq; tertio scriberetur: sed ad secundum usque. T. fierent litteræ. tert. ut uerbo non perscripto res quidem demonstraretur: sed dictio tamen ambigua uerbi lateret. Id autem quod & Varro & Tyro dixerunt in eodem nunc theatro non est ita scriptum. nã cum multis annis postea scæna: quæ prociderat: refecta esset: numerus tertii consulatus nõ uti initio prioribus litteris tert. sed tribus tantum lineolis. iii. ĩcisis significatus est. In. M. autem Catonis q̃rto origine ita scriptum est: Carthaginenses sextum de fœdere decessere. Id uerbum significat: quinquies ante eos fecisse cõtra fœdus: & tum sextum. Græci quoq; significandis huiusmodi rerum numeris τρίτον καὶ τέταρτον. i. tertium & quartum dicunt. quod congruit cum eo: quod latine dicitur tertium quartumq;.

¶ Quid Aristoteles de numero puerperii memoriæ mandauerit.

¶ Caput. ii.

ARistoteles philosophus memoriæ tradidit: mulierem ĩ ægypto uno partu quĩq; pueros enixam. eumq; esse finem dixit multiiugæ hominum partionis: neq; pluris unq̃ simul genitos compertũ. hunc autem esse numerum ait rarissimum. ¶ Sed & diuo Augusto imperante: qui temporum eius historiam scripserunt: ancillam Cæ

saris Augusti in agro laurente peperisse quinque pueros dicũt: eosq; pauculos dies uixisse. matrem quoq; eorum non multo postq̃ pepe-rit: mortuam: monumentumq; ei factum iussu Augusti in uia laurẽ tia. inq; eo scriptum esse numerum puerperii eius: de quo diximus.

¶ Locoꝝ quorũdam illustriũ collatio: cõtentioq; facta: ex orõnibus. C. Gracchi: &. M. Catonis. ¶ Caput. iii.

FOrtis & uehemens orator existimatur esse. C. Gracchus. nemo id negat. sed quod nõnullis uidetur seuerior: acrior: ampliorq; esse. M. Tullio ferri id qui potest? Legebamus adeo nuper orationẽ gracchi de legibus promulgatis in qua. M. Marium: & quosdã ex mu-nicipiis italicis honestos uiros uirgis per iniuriam cæsos a magistrati-bus po. ro. quãta maxime inuidia potest: cõqueritur. Verba hæc sũt: quæ super ea re fecit. Nuper teanum sidicinum cõsul uenit. uxorẽ di-xit in balneis uirilibus lauari uelle. Quæstori sidicino a. M. Mario da-tum est negocium: uti balneis exigerentur: qui lauabant. uxor renũ-tiat uiro parum cito sibi balneas traditas esse: & parum lautas fuisse. Iccirco palus destitutus est in foro: eoq; aduectus suæ ciuitatis nobi-lissimus homo. M. Marius uestimenta detracta sunt. uirgis cæsus ẽ. Caleni: ubi id audierunt: edixerunt: nequis in balneis lauisse uellet: quum magistratus romanus ibi esset. Ferentini ob eandem causam: prætor noster quæstores arripi iussit. Alter se de muro deiecit. Alter prehẽsus: & uirgis cæsus est. In tam atroci re: ac tam misera: atq; mœ-sta: iniuriæ publicæ contestatione: & quid est: quod aut ampliter in-signiterq;: aut lachrymose: atq; miseranter: aut multa: copiosaq; ĩui-dia: graui & penetrabili querimonia dixerit? breuitas sane uenustas: & mundicies: orationis est: qualis haberi ferme in comœdiarum festi-uitatibus solet. Item gracchus alio ĩ loco ita dixit: Quãta libido quã-taq; intemperantia sit hominum adolescentium: unum exemplũ uo-bis ostendam. His annis paucis ex Asia missus est: qui per id tempus magistratum non ceperat: homo adolescens pro legato. is ĩ lectica fe-rebatur. ei obuiam bubulcus de plebe uenusina aduenit. & per iocum quum ignoraret: qui ferretur: rogauit num mortuũ ferret. ubi id au-diuit: lecticam iussit deponi. stuppis quibus lectica ligata erat: usque adeo uerberari iussit: dum animam efflauit. Hæc quidem oratio sup tam uiolento atq; crudeli facinore nihil profecto abest a quotidianis sermonibus. at quum in simili causa apud. M. Tul. ciues romani in-

nocentes uiri contra ius contraq; leges uirgis cædūt:aut supplicio ex
tremo necant:quæ ibi tunc miseratio?quæ comploratio? quæ totius
rei sub oculos subiectio?quod & quale inuidiæ:atq; acerbitatis fretū
efferuescit?Animum hercle meum:quū illa.M.Ciceronis lego: ima
go quædam & sonus uerborum:& uocum:& eiulationum circūple
ctitur.uelut sunt ista:quæ de.C.Verre dicit: quæ nos:ut in præsens
potuimus:quantum memoria suppeditabat:adscripsimus. Ipse in
flāmatus scelere:& furore in forum uenit.ardebant oculi. toto ex ore
crudelitas emanabat.expectabant omnes:quo tandem progressurus
aut quidnam acturus esset:quum repente hominem proripi: atq; in
foro medio nudari:ac deligari:& uirgas expediri iubet. Iam hæc me
diussfidius sola uerba nudari:ac deligari:& uirgas expediri iubet : tāti
metus horrorisq; sunt:ut non narrari quæ gesta sunt:sed rēgeri pror
sus uideas.¶ Gracchus autem noster:non querentis:neq; implorā
tis:sed nunciantis uice:palus inquit in foro destitutus est. uestimēta
detracta sunt.uirgis cæsus est.¶ Sed enim.M.Cicero præclare:cum
diutina repræsentatione:non cæsus est: sed cædebatur inquit uirgis ī
medio foro messanæ ciuis romanus. Quum interea nullus gemitus:
nulla uox illius miseri inter dolorem:crepitumq; plagarū audiebatur:
nisi hæc ciuis romanus sum.hac cōmemoratione ciuitatis omnia uer
bera depulsurum:cruciatumq; a corpore deiecturū arbitrabatur: cō
plorationem deinde tam acerbæ rei:& odium in Verrem detestatio
nemq; apud ciues romanos incense:atq; acriter:atq; inflāmanter fa
cit:quum hæc dicit.O nomē dulce libertatis. O ius eximium nostræ
ciuitatis.O lex portia:legesq; semproniæ.O grauiter desiderata: & a
liquando reddita plebi romanæ tribunitia potestas. huccine tandem
hæc omnia reciderunt:ut ciuis romanus in prouincia po.ro. in oppi
do fœderatorum:ab eo qui beneficio po.ro.fasces ac securis haberet:
deligatus in foro uirgis cæderetur? quid cum ignes ardentesq; lamīæ
cæteriq; cruciatus admouebantur?Si te acerba illius īploratio: & uox
miserabilis non leniebat:ne ciuium quidem romanorum:qui tū ade
rant:fletu gemituq; maximo commouebare?Hæc.M.Tul.atrociter
grauiter:copiose apteq; miseratus est.Sed siquis est tam agresti aure
ac tam hispida:quem lux ista:& amœnitas orationis:uerborūq; mo
dificatio parum delectat:amat autem priora iccirco:ꝙ incōpta & bre
uia:& non operosa:sed natiua quadam suauitate sunt : quodque iis

umbra:& color quaſi opacæ uetuſtatis eſt:is ſiquid iudicii habet:cõ/
ſideret in cauſa pari.M.Catonis hominis ãtiquioris orationem. Ad
cuius uim & copiam Gracchus nec aſpirauit.intelliget(opinor) Cato
nem contentũ eloquentia ætatis ſuæ non fuiſſe. & id iam tum facere
uoluiſſe:quod Cicero poſtea pfecit.In eo nãq; libro:qui de falſis pu/
gnis ſcriptus eſt:ita de.Q.. Thermo conqueſtus eſt. Dixit a decẽ ui/
ris parum ſibi bene cibaria curata eſſe.iuſſit ueſtimenta detrahi:atq;
flagro cædi.decem uiros brutiani uerberauere.uider̃ multi mortales.
Quis hanc contumeliam? quis hoc imperium? quis hanc ſeruitutem
ferre poteſt? nemo hoc rex auſus eſt facer̃.eam ne fieri bonis bono ge
nere natis boni conſulitis? Vbi ſocietas? ubi fides maiorum? inſigni/
tas iniurias:plagas:uerbera:uibices:eos dolores: atq; carnificinas per
dedecus:atq; maximam ignominiã:inſpectãtibus popularibus ſuis:
atq; multis mortalibus te facere auſum eſſe? ſed quantũ luctũ q̃tũq;
gemitum:quid lachrymarum:quantũq; fletuum factum audiui? ſer
ui iniurias nimis ægre ferũt.quid illos bono genere natos:magna uir
tute præditos opinamini animi habuiſſe atq; habituros:dum uiuẽt?
Quod Cato dixit:brutiani uerberauere nequi fortaſſe de brutianis re
quirat id ſignificat.Quum Annibal pœnus cũ exercitu in Italia eſſet
& aliquot pugnas populus ro.aduerſas pugnauiſſet:primi totius ita
liæ brutii ad Annibalem deſciuerunt.id Romani ægre paſſi poſtquã
Annibal Italia deceſſit:ſupatiq; pœni ſunt:brutios ignominiæ cauſa
non milites ſcribebant.nec pro ſociis habebant. ſed magiſtratibus in
prouincias euntibus parere:& præminiſtrare ſeruorum uicẽ iuſſerũt.
Itaq; ii ſequebantur magiſtratus:tanq̃ in ſcænicis fabulis: qui dicebã
tur lorarii:& quos erant iuſſi uinciebant:aut uerberabant. Quot au/
tem ex brutiis erant:appellati ſunt brutiani.

¶ Quod.P.Nigidius argutiſſime docuit nomina non poſitiua eſſe:
ſed naturalia: ¶ Caput.iiii.

NOmina uerbaq; non poſitu fortuito:ſed quadam ui & ratione
naturæ facta eſſe.P.Nigidius in grammaticis commẽtariis do
cet.rem ſane in philoſophiæ diſertationibus celebrem. quæri enĩ ſo/
litum apud philoſophos φύσει τὰ ὀνόματὰ ἢ ἠΔέσει; id eſt natura
ne nomina ſint an poſitu. in eam rem multa argumenta dicit:cur ui
deri poſſint uerba eſſe naturalia magis:q̃ arbitraria.ex quibus hoc ui
ſum eſt lepidum & feſtiuum. Vos inquit quũ dicimus motu quodã

oris conueniente cum ipsius uerbi demonstratione utimur: & labias sensim primores emouemus. ac spiritum: atq; animam porro uersū: & ad eos: quibus cum sermocinamur: intendimus. at contra cum dicimus nos neq; profuso intentoq; flatu uocis: neq; proiectis labris ꝓnuntiamus: sed & spiritum & labias: quasi intra nosmetipsos coercemus. hoc idem fit in eo: quod dicimus: tu & ego. & tibi mihi. Nam sicuti quum annuimus: & abnuimus: motus quidā ille uel capitis: uel oculoꝝ a natura rei: quā significat: nō abhorret ita in his uocibus q̄si gestus quidam oris & spiritus naturalis est. eadem ratio est in græcis quoq; uocibus: qua esse in nostris animaduertimus.

Auarus simplex ne uocabulum sit: an compositum & duplex: sicut. P. Nigidio uidetur. Caput. v.

AVarus non simplex uocabulum: sed iūctum copulatumq; esse Nigidius dicit in cōmentariorum undetricesimo. Auarus inqt appellatur: qui auidus æris est. sed in ea copula e inquit littera detrita est. Item locupletem ait dictum: ex cōpositis uocibus: qui pleraq; loca: hoc est qui multas possessiones tenet. Sed probabilius id firmiusq; est: quod de locuplete dicit. nam de auaro ambigitur: cur enī nō uideri possit ab uno solum uerbo inclinatum: quod est aueo? eadēq; esse factura: qua est amarus. de quo nihil dici potest: quin duplex nō sit.

Mulctam dictā esse ab ædilibus. P. Appii cæci filiæ mulieri nobili ꝙ locuta esset petulantius. Caput. vi.

NOn in facta modo: sed in uoces etiam petulantiores publice uīdicatum est. ita enim debere esse uisa est romanæ disciplinæ dignitas īuiolabilis. Appii nāq; illius cæci filia: a ludis quos spectauerat: exiēs turba undiq; confluentis fluctuantisq; populi iactata est: atq; inde egressa: quum se male habitam diceret. Quid ī me nunc factum esset inquit. quantoq; arctius: pressiusq; conflictata essē: si Publius Claudius frater meus nauali prælio classem nauium cum ingenti ciuium numero non perdidisset? Certe quidem maiore nūc copia populi oppressa intercidissem. sed utinam inquit reuiuiscat frater: aliāq; classē in siciliam ducat. atq; istam multitudinem perditū eat: quæ me male nunc miseram conuexauit. ob hæc mulieris uerba tam improba: ac tam inciuilia. C. Fundanius & Tib. Sēpronius ædiles plebei mulctā dixerunt ei æris grauis. xxv. milia. Id factum esse dicit Capito Atteius

in commentario de iudiciis publicis bello punico primo: Fabio Licinio: &. T. Acilio Crasso consulibus.

Fluminum quæ ultra imperium romanum fluunt prima magnitudine esse nilum: secundum histrum: proxima rhodanũ. sicut. M. Varronẽ memini scribere. Caput. vii.

OMnium fluminum quæ in maria qua imperium ro. est: fluũt. quã græci τὴν εἴσω θάλασσαν: id est internũ mare appellant: maximũ esse nilũ consentit. proxima magnitudine esse istrũ scripsit Salu. Varro autem cum de parte orbis: quæ europa dicitur: dissereret in tribus primis eius terræ fluminibus rhodanum esse ponit. p quod uidet eũ facere istro æmulum. Istrus enĩ quoq; in europa fluit.

Inter ignominias militares quibus milites coercebantur fuisse sanguinis dimissionem. & quænam esse uideatur causa huiuscemodi castigationis: Caput octauum.

FVit hæc quoq; antiquitus militaris animaduersio: iubere ignominiæ causa militi uenã solui: & sãguinẽ dimitti. cuius rei rõ ĩ litteris ueteribus: quas equidẽ inuenire potui nõ extat. sed opinor factum hoc primitus ĩ militibus stupẽtis animi atq; a naturali hĩtu declinantis: ut nõ tã pœna: q̃ medicina uideret. postea tamẽ ob pleraq; alia delicta idẽ factitatũ esse credo p cõsuetudinẽ: quasi mĩus sani uiderent oẽs: qui deliquerunt.

Quibus modis: quoq; hĩtu acies romana ĩstrui solita sit. quæque eaꝝ ĩstructionũ sunt uocabula. Caput. ix.

Vocabula sunt militaria: qbus ĩstructa certo mõ acies appellari solet: frons: subsidia: cuneus: orbis: globus: forfices: serra: alæ: turres. hæc & quædam item alia inuenire est in libris eorum q de militari disciplina scripserunt. translata autem sunt ab ipsis rebus: quæ ita proprie nominant. earũq; rerum in acie instruenda sui cuiusque uocabuli imagines ostenduntur.

Quæ eius rei causa sit: ꝙ & græci ueteres: & romani ãnulũ in eo digito gestauerunt: qui est in manu sinistra minimo proximus.

Caput. x.

VEteres græcos annulũ habuisse ĩ digito accepimus sinistræ manus: q minimo est proxĩus. romanos quoq; hoĩes aiũt sic plerũq; ãnulis usitatos. causam esse huius rei Appion ĩ libris ægyptiacis hanc dicit: ꝙ insectis apertisq; humanis corporibus: ut mos ĩ ægypto

fuit:quas græci ἀνατομάς: id est dissectiones appellant: repertū est neruum quēdam tenuissimum ab eo uno digito:de quo diximus:ad cor hominis pergere:ac peruenire.propterea nō inscitum uisum esse eum digitum potissimum tali honore decorandum qui continens & quasi cōnexus esse cum principatu cordis uideretur.

Verbum mature quid significat:quæq; eius uocis ratio sit.& q eo uerbo uulgus hominum improprie utitur. atq; inibi q præcox declinatum præcocis facit non præcoquis.

Caput.xi.

MAture nunc significat propere:& cito:contra ipsius uerbi sententiam.aliud enim est mature:q̄ quod dicitur propere.P.Nigidius homo in omnium bonarum artium disciplinis egregius: Mature inquit est:quod neq; citius est:neq; serius:sed medium quiddam:& tēperatum est.Bene atq; proprie Nigidius.nam & in frugibus: & ī pomis matura dicuntur:quæ neq; cruda & immitia sunt : neq; caduca: & decocta:sed tempore suo adulta:maturataq;. Quoniam autem id quod nō segniter fiebat:mature fieri dicebatur:progressa plurimū uerbi significatio est:& non iam:quod nō segnius:sed quod festinatius fit:id fieri mature dicitur:quando ea:quæ præter sui tēporis modum properata sunt:immatura uerius dicantur. Illud uero nigidianū rei:atq; uerbi temperamentum:diuus Augustus duobus græcis uerbis elegantissime exprimebat.nam & dicere in sermonibus:& scriber in epistolis solitum esse aiunt:σπεῦδε βραδέως:id est matura . Per quod monebat ut ad rem agendam simul adhiberetur & īdustriæ celeritas:& diligentiæ tarditas.ex quibus duobus contrariis fit maturitas. Virgilius quoq;:siquis animum attendat: duo ista uerba properare:& maturare:tanq̄ plane resonantia contraria scitissime sepauit ī hisce uersibus.

Frigidus agricolam siquando continet hymber:
Multa forent quæ mox cælo properanda sereno
Maturare datur. Elegantissime ista duo uerba diuisit.nāq; in properatu rei rusticæ:per tempestates pluuiasq; quando ociū est:maturari potest p serenas:quādo tēpus instat:pperari necessum est.quū significandū autē est coactius quid factum:& festinatius: tū rectius præmature factū id dicitur:q̄ mature.sicut Afranius dixit in togata: cui titulus nomē est. Appetis dominatum demens præmature præcocē. In

quo uersu animaduertẽdũ est: q̧ præcocem inquit: non præcoquẽ. ẽ enim casus eius rectus: non præcoquis: sed præcox.

De portẽtis fabulaꝝ: quæ Plinius secundus indignissime ĩ Democritum confert philosophum. & ibidẽ de simulacro uolucri colũbæ. Caput. xii.

Librum esse Democriti nobilissimi philosophorum de ui & natura chamælentis: cumq; se legisse Plinius secundus in naturalis historiæ. xxviii. refert. multaq; uana: atq; intoleranda auribus. deĩde quasi a Democrito scripta tradit. ex quibus pauca hæc ĩuiti meminimus: quia pertesum est. Accipitrem auem rapidissimam a chamæleonte humi reptante si eum forte supuolet: detrahi & cadere ui q̄dã in terram: cæterisq; auibus laniandum sese sponte sua obiicere & dedere. Item aliud ultra humanam fidem: caput & collum chamæleontis: si uratur ligno: quod appellatur robur: hymbres & tonitrua derepente fieri. idq; ipsum usu uenire: si iecur eiusdem animalis in sũmis tegulis uratur. Item aliud quod hercle an ponerẽ dubitaui: ita est deridicule uanitatis: nisi iccirco plane posui q̧ oportuit nos dicere: quid de istiusmodi admirationum fallaci illecebra sentiremus: qua pleꝝq; capiunt̃: & ad perniciem elabuntur ingenia maxime solertia: eaq; potissimum: quæ discendi cupidiora sunt. sed redeo ad Pliniũ. sinistrũ pedem ait chamæleontis ferro ex igni calefacto torreri: cũ herba quæ appellatur eodem nomine chamæleon: & utrũq; macerari unguẽto: colligiq; in modum pastili: atq; in uas mitti ligneũ & eum qui id uas ferat: etiam si is in medio palam uersetᷣ: a nullo uideri posse. His portentis atq; prestigiis a Plinio secundo scriptis: nõ dignum esse cognomine Democriti puto. Vel illud quale est: quod idem Plinius in decimo libro Democritum scripsisse asseuerat: aues quasdam esse certis uocabulis: & earum auium confuso sanguine gigni serpentem: eũ siquis ederit: linguas auium: & colloquia interpretaturum. Multa aũt uidentur ab hominibus istis male solertibus huiuscemodi cõmenta ĩ Democriti nomen data nobilitatis auctoritatisq; eius perfugio utentibus. Sed id quod Archytam pythagoricum commentum esse: atq; fecisse traditur: neq; minus admirabile: neq; tamen uanum æque uideri debet. Nam & plerique nobilium græcorum: & Phauorinus philosophus memoriarum ueterum exequẽtissimus affirmatissime scripserunt: simulacrum columbæ e ligno ab Archyta ratione quadã: di-

ſciplinaq; mechanica factū uolaſſe:ita erat ſcilicet libra mentis ſuſpē ſum:& aura ſpiritus incluſa:atq; occulta cōcitum. libet hercle ſuper re tam abhorrenti a fide ipſius Phauorini uerba ponere ἀρχύτας ταραντῖνος φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὢν ἐποίησε περιστεράν ξυλίνην πετομένην· ἥτις εἴποτε καθήσειεν οὐκέτι ἀνίστατο μέχρι γὰρ τούτου. ideſt Archytas tarētinus philoſophus pariter & mechanicus uir columbam ligneā fecit uolantem:quæ ſi nōnūq̄ ſubſediſſet:præterea non exurgebat. hactenus enim.

Cum partim hominum:qua ratione homines dixerint.

Caput. xiii.

Partim hominū uenerūt pleꝝq; dicit̃:quod ſignificat pars hominum uenit:id eſt quidam homines. nā partī hoc in loco aduerbium eſt:neq; in caſus inclinatur. ſicuti cum partim hominū dici poteſt:id eſt cum quibuſdam hominibus:& quaſi cum quadā parte hominum. M. Cato in oratione de re floria ita ſcripſit. Ibi pro ſcorto fuit:in cubiculum ſurrectitauit e conuiuio:cum partim illorum:iam ſæpe ad eūdem modum erat. Imperitiores autem:cum partim legūt tanq̄ declinatum ſit:quaſi uocabulū:nō dictū:quaſi aduerbiū. Sed. Q. Claudius. xxi. annali inſolentius paulo hac figura eſt ita uſus. eū enim cū partim copiis hominū adoleſcētiū placentē ſibi. Itē. Q. Claudii. xxiii. annali uerba hæc ſunt. Sed iccirco me feciſſe: ꝙ utrum negligentia partim magiſtratuum:num auaritia : an calamitate po. ro. eueniſſe dicam:neſcio.

Iniuria mihi factū itur quali uerboꝝ ordine Cato dixerit.

Caput. xiiii.

AVdio illi iniuriam factum iri:audio cōtumeliā dictū iri:uulgo quoq; ita dici. & iſtam eſſe uerboꝝ figurā iam ī medio loquēdi uſu:iccirco exemplis ſuperſedeo. Sed cōtumelia illi uel iniuria factū itur paulo eſt remotius. Exemplū igit̃ ponemus. M. Cato pro ſe cōntra. C. Caſſiū. Atq; euenit ita q̄rites uti ī hac cōtumelia: quæ mihi ꝑ huiuſcemodi petulantiam factum itur:rei quoq; pub. mediuſfidius miſerear q̄rites. ſicut autem contumeliam factum iri:ſignificat iri ad contumeliam faciēdā. id eſt operā dari quo fiat cōtumelia:ita contumelia factum itur caſu tantū īmutato idem dicit.

De flamīs dialis. deq; flaminice cerimoniis. uerbaq; ex edicto prætoris appoſita:quibus dicit:non coacturum ſe ad iurādū : neq; uirgīes

Vestæ: neq; diales. Caput. xv.

CErimoniæ impositæ flamini diali multæ: item cautus multiplices: quos in libris qui de sacerdotibus publicis compositi sunt. Item in Fabii Pictoris librorũ primo scriptos legimus. unde hæc ferme sũt: quæ commeminimus. i. Equo dialem flaminem uehi religio est. ii. Classem procinctam extra pomerium: id est exercitum armatũ uidere: iccirco rarenter flamen dialis creatus consul est quum bella cõsulibus mandabant̃. iii. Item iurare dialem fas nunq̃ est. iiii. Itẽ ãnulo uti: nisi peruio cassoq; fas non est. v. Ignem e flaminia: id est flaminis dialis domo nisi sacrũ efferri ius non est. vi. Vinctum si ædes eius introierit: solui necessum est. & uincula per impluuiũ in tegulas subduci: atq; inde foras in uiam dimitti. vii. Nodum in apice: neq; ĩ cinctu: neq; alia in parte ullum habet. viii. Siquis ad uerberandum ducatur: si ad pedes eius supplex procubuerit: eo die uerberari piaculũ ẽ. ix. Capillum dialis nisi qui liber homo est: non detonset. x. Capram & carnem incoctam: & ederam: & fabam: neq; tangere diali mos est: neq; nominare. xi. Propagines e uitibus altis protentis non succidet. xii. Pedes lecti ĩ quo cubat: luto tenui circũlitos esse oportet. & de eo lecto trinoctium continuum non decubat. neq; ĩ eo lecto cubare aliũ fas est. neq; apud eius lecti fulcrum capsam esse cum strue: atq; ferro oportet. xiii. Vnguium dialis: & capilli segmina subter arborem silicam terra operiuntur. xiiii. Dialis quotidie festatus est. xv. Ac sine apice sub diuo esse licitum non est: sub tecto uti liber: & nõ pridem a põtificibus constitutum. Massurius Sabinus scripsit & alia quædam remissa. gratiamque aliquot cerimoniarum factam dicit. xvi. Farinam fermento imbutam attingere ei fas non est. xvii. Tunicam intimam: nisi in locis tectis non exuit: ne sub cælo tanquã sub oculis Iouis nudus sit. xviii. Super flaminem dialem in conuiuio: nisi Rex sacrificulus: haud quisquam alius accumbit. xix. Vxorem si amisit: flaminio decedit. xx. Matrimonium flaminis: nisi morte dirumpi non est ius xxi. Locum in quo bustum est: nunq̃ ingredit̃. xxii. Mortuum nunq̃ attingit: funus tamen exequi nõ est religio. Eædem ferme cerimoniæ sunt: quas flaminicas sacerdotissas dialis sehorsum aiunt obseruitare. ueluti est. i. Quod bene nato operitur. ii. Et ꝙ uirica surculum de arbore silica habet. iii. Et ꝙ scalas: quæ græcæ κλίμακες appellãt̃: eas ascendere ei plus tribus gradibus religiosum est. atq; etiã. iiii. Quũ

it ad argeos: q̄ neq; comit caput: neq; capillū depectit. Verba prætoris ex edicto perpetuo de flamine diali: & de sacerdote Vestæ ascripsi. Sacerdotem Vestalem: & flaminem dialem in omni mea iurisdictōe iurare nō cogā. Verba. M. uarronis ex secūdo rer̄ diuinar̄ sup flamine diali hæc sunt. Is solus album habet galerum uel q̄ maximus est. uel q̄ Ioui īmolata hostia albato fieri oporteat.

Quos errores Iulius Higinus in sexto Virgilii animaduerterit ī historia romana erratos. Caput. xvi.

Reprehendit Higinus Virgilium. correcturumq; eum fuisse existimat quod in libro sexto scriptum est: Palinurus est apud inferos: petens ab Aenea ut suum corpus requirendum: & sepeliēdum curet. Is hæc dicit.
Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram.
Iniice (nāq; potes) portusq; require uelinos.
Quo inquit modo aut Palinurus nouisse: aut nominare potuit portus uelinos? & Aeneas ex eo nomine locum inuenire? quum uelia oppidum: a quo portum: qui in eo loco est: uelinum dixit: Seruio Tullio regnante romæ post annum amplius sexcentesimum: q̄ Aeneas ī Italiam uenit: conditum in agro lucano: & eo nomine appellatū est. Nam qui ab Harpalo inquit: regis Cyri præfecto ex terra phocide fugati sunt: alii ueliam: partim massiliam cōdiderunt. Inscitissime igit̄ petit: ut Aeneas portum uelinum requirat: cum id nomen eo tempore fuerit nusquā gentiū. neque simile inquit illud uideri debet: quod est in primo carmine.
Italiam fato profugus: lauinaq; uenit
Littora: Aut quod æque est in. vi. libro:
Chalcidicaq; leuis tandem super adstitit arce.
Quoniā poetæ ipsi quædā κατὰ πρόληψιν. i. per anticipationē historiæ dicere ex sua persona cōcedi solet. quæ acta ipse postea scire potuit. sicut Virgilius sciuit de lauinio oppido: & de colonia chalcidēsi. sed Palinurus q potuit id īquit scire: ea quæ post ānos. dc. facta sunt nisi qs eū diuinasse apud īferos putat: perīde ut animæ defūctor̄ solent? Sed & si ita accipias: q̄q̄ non ita dicit: Aeneas tamē: qui nō diuinabat: quo pacto potuit requirere portū uelinū? cui nomen tunc: sicuti diximus: nullū usquā fuit. Item hoc quoq; in eodem libro reprehendit: & correctur̄ fuisse Virgiliū putat: nisi mors occupasset. Nā

quum Thesea inquit:inter eos nominasset: qui ad inferos adissent: ac redissét:dixissetq;. Quid Thesea:magnū quid memorē Alciden: & mi genus ab Ioue sūmo est:postea tamen refert. Sedet æternūq; sedebit infelix Theseus. Qui autem inquit fieri potest: ut æternum apud inferos sedeat:quem supra cum iis nominat: qui descenderint illuc:atq; inde rursum euaserint. præsertim cū ita sit fabula de Theseo. atq; sic Hercules eum euellerit e petra:& ī lucem ad superos eduxerit. Item in his uersibus errasse Virgilium dicit.
Eruet ille agros:agamennoniasq; micenas.
Ipsūq; æaciden genus armipotentis achilli.
Vltus auos troiæ:templa & temerata mineruæ.
Confudit inquit & personas diuersas & tempora. nam neque eodem tempore:neque per eosdem homines:cum achæis:& cū Pyrrho bellatum est. Pyrrhus enim quem dicit Aeaciden:de epiro in Italiam trāsgressus cum romanis depugnauit:aduersus Manium Curium in eo bello ducem. Argiuum autem bellum:id est achaicū multis post ānis a. L. Mumio imperatore gestum est. potest īqt igitˀ medius eximi uersus:qui de Pyrrho importune immissus est. quem Virgilius proculdubio exempturus inquit fuit.

Quam ob causam:& quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese priuauerit. & super ea re uersus Laberii pure ad modum & uenuste facti. Caput. xvii.

Democritum philosophum in monumentis græcæ historiæ scriptum est. uirum præter alios uenerandum: auctoritateq; antiqua præditum luminibus oculorum sua sponte se priuasse: quia existimaret cogitationes:commentationesq; animi sui:in contemplandis naturæ rationibus uegetiores:& exactiores fore:si eas uidēdi illecebris:& oculorum impedientis liberasset id factum eius:modūq; ipsū quo cæcitatem facile solertia subtilissima consciuit Laberius poeta ī mimo quem inscripsit rectiorem:uersibus quidem satis mūde: atq; graphice factis descripsit:sed causam uoluntariæ cæcitatis finxit aliā uertitq; in eam rem:quam tum agebat: non inconcinniter. est enim persona:quæ hoc apud Laberium dicit diuitis auari & parci sūptum plurimum ἀσωτιαντε:id est luxumque & popinationē adolescentis filii deplorantis. Versus laberiani hi sunt.
Democritus abderites physicus philosophus clipeum.

Constituit contra exortum hiperionis:oculos
Effodere ut posset splendore æreo:ita radiis
Solis aciem effodit luminis:malis bene
Esse:ne uideret ciuibus.sic ego
Fulgenti splendore in pecuniam uolo
Lucificare exitum ætati meæ.
Ne in re bona uideam esse nequam filium.

¶ Historia de Arteīsia.deq; eo certamīe: quod apud Mausoli sepulchrū a scriptoribus inclytis decertatū est.

¶ Caput.xviii.

ARtemisia Mausolū uiꝝ amasse fert̃ supra oīs amorū fabulas: ultraq; affectionis humanæ fidem. Mausolus autē fuit ut.M. Tullius ait:rex terræ cariæ.ut quidam græcaꝝ historiaꝝ scriptores dicunt:prouinciæ græcæ præfectus:quem σατράπην: id est ducem:ac præsidem græci uocant. Is Mausolus ubi fato perfunctus est: & inter lamenta & manus uxoris funere magnifico sepultus est: artemisia luctu:atq; desiderio mariti flagrans ossa:cinereq; eius mixta odoribus: contusaq; in pulueris faciem aquæ indidit:ebibitq;. multaq; alia uiolenti amoris indicia fecisse dicitur.molita quoq; est ingēti īpetu operis:conseruandæ mariti memoriæ causa:sepulchrum illud memoratissimum:dignatumq; numerari inter septem omnium terrarū spectacula. Id monumētū Artemisia cū diis manibus sacris Mausoli dicaret:agona id est certamen laudibus eius dicundis facit. ponitq; premia pecuniæ:aliarumq; rerum bonarū amplissima.ad eas laudes decertādas uenisse dicuntur uiri nobiles ingenio: atq; lingua præstabili Theopompus:Theodectes:Naucrites. sunt etiā qui Isocratē ipsum cū iis certauisse memoriæ mādauerint.sed eo certamine uicisse Theopompum iudicatum est.Is fuit Isocratis discipulus.extat nūc quoq; Theodecti tragœdia:quæ inscribitur Mausolus: ī qua eum magis q̃ in prosa placuisse Higinus in exemplis refert.

¶ Nō purgari:neq; leuari peccatū:cū prætendit̃ peccatorū : quæ alii quoque peccauerūt: similitudo. atque inibi uerba ex orōne sup ea re Demosthenis.

¶ Caput.xix.

INcessebat quēpiā Taurus philosophus seuera: atque uehemēti obiurgatōe adolescētē a rhetoribus & facūdiæ studio:ad disciplinas philosophiæ transgressum:ꝙ factū qddā ab eo diceret inhoneste.

& improbe. at ille non ibat inficias fecisse: sed id solitum esse fieri de fendebat. turpitudinemq; delicti: exemplorum usu: & cõsuetudinis uenia deprecabatur. atque ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritatior: homo inquit stulte & nihili: si te a malis exemplis auctoritates & rationes philosophiæ non abducunt: ne illius quidē Demosthenis uestri sententia tibi in mentē uenit? quæ quia lepidis: & uenustis uocum modis uincta est: quasi quædam cantilena rhetorica facilius adhærere memoriæ tuæ potuit. nam si me inqt non fallit: quod qdē ĩ priori pueritia legerĩ: uerba hæc sũt Demosthenis aduersus eũ: q (ut tu nunc facis) peccatũ suũ: peccatis alienis exemptũ: purgatũq; ibat. σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις. ἀλλ᾽ ὡς αὐτὸ προσήκει γίγνεσθαι. οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε. μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη. σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω. διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως. ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον. ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἑάλω. σὺ ταῦτα οὐκ ἂν. ἔγραψας οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς. ἄλλος οὐ γράφει. id est uerum ne dicas sic esse actũ sæpenumero: sed hoc fieri sic decere. Nõ enim siquid aliquando contra leges actum iam est: tuq; id secutus es propterea iure queas euadere: quinimo eo magis iccirco in te debeat statui. ut enim si prius in aliquem foret animaduersum: tu minime hæc scriberes: ita si ipse in præsentia punieris: nequaq̃ deinceps alius scribet. Sic Taurus omnium suasionum: admõitionũq; genere utẽs; sectatores suos ad rõnes bonæ inculpatæq; indolis ducebat.

Quid sit rogatio: quid lex: quid plebiscitum: quid priuilegium. & quãtum omnia ista differant.

Caput. xx.

QVæri audio quid lex sit: qd plebiscitũ: quid rogatio: qd priuilegiũ. Atteius Capito publici priuatiq; iuris peritissimus: qd lex esset hisce uerbis definiuit. Lex inqt est generale iussũ populi: aut plebis rogãte magistratu. Ea definitio si probe facta est neq; de ĩpio Cn. Põpeii: neq; de reditu. M. Ciceronis: neq; de cæde. P. Clodii quæstio neq; alia id genus populi plebisue iussa leges uocari possunt. Nõ sũt enĩ generalia iussa: neq; de uniuersis ciuibus: sed de singulis cõcepta. quocirca priuilegia potius uocari debẽt: quia ueteres priua dixerunt: quæ nos singula dicimus. quo uerbo Lucilius in primo satyrarũ libro usus est. Ab domĩa thynnia ueniẽtibus priua dabo cephaleãq; carnẽ. Plebẽ autem capito in eadem definitione sehorsum a populo diuisit

quoniam in populo omnis pars ciuitatis:omnesque eius ordines cō-
tineantur. Plebs uero ea dicitur:in qua gentes ciuium patriciæ non ī-
sunt. Plebiscitum igitur est:secundum eum Capitonem lex:quā ple-
bes non populus accipit:sed totius rei:iurisq; siue quum populus:si
ue cum plebs rogatur:siue quod ad uniuersos pertinet:caput ipsum
& origo:& quasi fons rogatio est. Ista enim omnia uocabula censent
continenturq; rogationis principali genere:& nomine. nam nisi po-
pulus:aut plebs rogetur:nullum plebis:aut populi iussum fieri pōt.
Sed quāquam hæc ita sunt:in ueteribus tamen scriptis nō magnam
uocabulorum istorum differentiam esse animaduertimus. nā & ple-
biscita:& priuilegia translato nomine leges appellauerunt: eadēq; cō
fuso & indistincto uocabulo rogationes dixerunt. Salu. quoq; ꝓprie
tatum in uerbis retinentissimus consuetudini concessit:& priuilegiū
quod de Cn. Pompeii reditu ferebatur:legem appellauit. Verba ex se
cunda eius historia hæc sunt. Nam Syllam cōsulem de reditu eius le
gem ferentem ex composito tr. pl. C. Herennius prohibuerat.

¶ Quam ob causam. M. Cicero his omnino uerbis nouissime & no
uissimus uti obseruatissime uitarit.

¶ Caput. xxi.

NOn paucis uerbis:quorum frequēs usus est nunc: & fuit. M. ci
ceronem noluisse uti manifestum est:ꝙ ea non probaret:uelut
est nouissimus:& nouissime. Nam cum &: M. Cato : & Salustius: &
alii quoq; ætatis eiusdē uerbo isto promiscue usitati sint : multi etiā
non indocti uiri in libris id suis scripserint:abstinuisse eo tamen:tāq̄
non latino uidet᷑. Quoniā qui doctissimus eoꝝ tēpoꝝ fuerat: Lælius
illo ut nouo:& improbo uerbo uti uitauerat. propterea id. M. quoq;
Varronis ex libro de lingua latina ad Ciceronē. vi. demōstrādū puta-
ui. Quod extremum inquit dicebatur:est dici nouissimū cœptū uul
go:quod mea memoria:ut Lælius:sic senes alii:ꝙ nimium nouū eēt
uerbum:uitabant. cuius origo:ut a uetere uetustius & ueterrimū: sic
a nouo declinatum nouius:& nouissimum.

¶ Locus exēptus ex Platonis libro:qui inscribit᷑ gorgias:de falsæ phi
losophiæ probris:qbus philosophos temere īcessuit: q emolumenta
ueræ philosophiæ ignorāt.

¶ Caput. xxii.

PLato ueritatis homo amicissimus:eiusq; oībus exhibēdæ prō-
ptissimus:quæ omnino dici possint in desides istos: ignauosq;

qui obtentu philosophiæ nominis: inutile ocium: & linguæ: uitæq;
tenebras sequuntur: ex persona quidem non graui: neq; idonea: uere
tamen ingenueq; dixit. Nam & si Callicles: quem dicere hæc facit: ue
re philosophiæ ignarus: inhonesta: īdignaq; in philosophos confert
perinde tamen accipienda sunt: quæ dicuntur: ut nos sensim mone
ri intelligamus: ne ipsi quoq; culpationes huiuscemodi mereamur:
neue inerti inaniq; desidia cultum & studiū philosophiæ metiamur.
Verba ipsa super hac re Platonis ex libro: qui appellat̃ gorgias: quo
niā uertere ea consilium non fuit: quū ad proprietates eorū nequaq̄
possit latina oratio aspirare: ac multo minus etiam mea. φιλοσοφία
γάρ τοι ἐστὶν ὦ σώκρατες χάριεν. ἐάν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται. ἐν
τῇ ἡλικίᾳ. ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ. διαφθορὰ
τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ. καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας
φιλοσοφῇ. ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστὶν. ὧν χρὴ ἔμ
πειρον εἶναι: τὸν μέλλοντα καλὸν. κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι
ἄνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πό
λιν. καὶ τῶν λόγων. οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαί
οις τοῖς ἀνθρώποις: καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. καὶ τῶν ἡδονῶν τε.
καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων. καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παν
τάπασιν ἄπειροι γίγνονται. ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν
ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν. καταγέλαστοι γίγνονται. ὥσπερ γε οἶμαι οἱ
πολιτικοὶ ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι. καὶ
τοὺς λόγους καταγέλαστοί εἰσι. συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ εὐριπίδου
λαμπρός τε ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ: καὶ ἐπὶ τοῦτ' ἐπείγεται νέμων τὸ
πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν. ὅ
που δ' ἂν φαῦλος ᾖ. ἐντεῦθεν φεύγει. καὶ λοιδορεῖ τοῦτο. τὸ δ' ἕτε
ρον ἐπαινεῖ εὐνοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ: ἡγούμενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπαι
νεῖν. ἀλλ' οἶμαι τὸ ὀρθότατόν ἐστιν. ἀμφοτέρων μετασχεῖν φιλοσό
φίας μὲν ὅσον παιδείας χάριν. καλὸν μετέχειν. καὶ οὐκ αἰσχρὸν
μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν. ἐπειδὰν δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἄν
θρωπος ἔτι φιλοσοφῇ: καταγέλαστον ὦ σώκρατες τὸ χρῆμα γίγνε
ται. καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας.
ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους. καὶ παίζοντας ὅταν μὲν γὰρ
παιδίον ἴδω. ᾧ ἔτι προσήκει διαλέγεσθαι οὕτω ψελλιζόμενον
καὶ παῖζον. χαίρω τε. καὶ χαρίεν μοι φαίνεται. καὶ ἐλευθέριον. καὶ
πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγομένου

παιδαρίου ἀκούσω πικρόν τι μοι δοκεῖ χρῆμα εἶναι καὶ ἀνιᾶ μου
τὰ ὦτα καὶ μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι εἶναι· ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκού-
σῃ τις ψελλιζομένου. ἢ παίζοντα ὁρᾷ καταγέλαστον φαίνεται. καὶ
ἄνανδρον. καὶ πληγῶν ἄξιον. ταυτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω
καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. περὶ νέῳ μὲν γὰρ μειρακίῳ ὁρῶν
φιλοσοφίαν ἄγαμαι. καὶ πρέπειν μοι δοκεῖ. καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθε-
ρόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον. τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα.
ἀνελεύθερον καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσαντα ἑαυτὸν. οὔτε κα-
λοῦ οὔτε γενναίου πράγματος. ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι
φιλοσοφοῦντα καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον πληγῶν μοι δοκεῖ ἤδη
δεῖσθαι ὦ σώκρατες οὗτος ὁ ἀνήρ. ὃ γὰρ νῦν ἤδη ἔλεγον. ὑπάρ-
χει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ. κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ ἀνάνδρῳ γενέσθαι. φεύ-
γοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγοράς ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς.
τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίνεσθαι. καταδεδυκότι δὲ τὸν λοιπὸν
βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζον-
τα ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν. μηδέποτε φθέγξασθαι. ἐγὼ
δὲ ὦ σώκρατες πρὸς σὲ ἐπιεικῶς ἔχω. καὶ φιλικῶς. κινδυνεύω οὖν
πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ ζῆθος πρὸς τὸν ἀμφίωνα ὁ εὐριπίδου οὗ-
περ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν
οἷά περ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν. ὅτι ἀμελεῖς ὦ σώκρατες ὧν δεῖ
σε ἐπιμελεῖσθαι. καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν. μειρακιώδει τι-
νὶ διαπρέπεις μορφώματι. καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προσθεῖο
ἂν ὀρθῶς λόγον. οὔτ' εἰκὸς ἂν καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις. οὔθ' ὑπὲρ ἄλ-
λου νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. καίτοι ὦ φίλε σώκρατες καὶ
μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς· εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ σοι
εἶναι οὕτως ἔχειν. ὡς ἐγὼ σὲ οἶμαι ἔχειν. καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πό-
ῤῥω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας. νῦν γὰρ εἴ τις σοῦ λαβόμενος.
ἢ ἄλλου ὁτουοῦν τῶν τοιούτων. εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι. φά-
σκων ἀδικεῖν μηδὲν ἀδικοῦντα οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις. ὅτι χρήσαιο
σαυτῷ. ἀλλ' ἰλιγγιῴης ἂν. καὶ χασμῷο οὐκ ἔχων ὅτι εἴποις. καὶ
εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβὰς κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ
μοχθηροῦ. ἀποθάνοις ἂν εἰ βούλοιτο θανάτου σοι τιμᾶσθαι. καὶ-
τοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν ὦ σώκρατες. εἴ τις εὐφυῆ λαβοῦσα τέχνη
φῶτα. ἔθηκε χείρονα. μήτε αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον βοηθεῖν μή-
δ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων. μήτε ἑαυτὸν μήτε ἄλλον
μηδένα. ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν.

ἀτεχνῶς δὲ ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει τὸν τοιοῦτον. ἔτι καὶ ἀγροικό-
τερον εἰρῆσθαι ἔξεστιν ἐπὶ κόρρης τύπτοντα μὴ διδόναι δίκην ἀλ-
λῶ ἀγαθὲ ἐμοὶ πείθου. παῦσαι δὲ ἐλέγχων. πραγμάτων δ᾽ εὐμο-
υσίαν ἄσκει. καὶ ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν. ἄλλοις τὰ κομψά. ταῦ-
τ᾽ ἀφεὶς. εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι εἴτε φλυαρίας: ἐξ ὧν κενοῖ-
σιν ἐγκα τοικήσεις δόμοις. ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας. ἄνδρας τὰ
μικρὰ ταῦτα. ἀλλ᾽ οἷς ἔστι καὶ βίος καὶ δόξα καὶ ἄλλα πολλὰ ἀ-
γαθά.i. Philoſophia ſane o Socrates res eſt elegans: ſi modice qſpiã
per ætatem attigerit. at ſi ſupramodum tempus in ea contriuerit: ho-
minum eſt corruptela. nã ſiquis uel amœno ſit acriq; ĩgenio: ultraq;
ætatem philoſophetur: neceſſum eſt eum rerum omnium eſſe impe-
ritum, quarum uſu calleat oportet quiſquis honeſtus probuſq; ẽ fu-
turus. Legum enim ciuilium peritia & orationis uacat quibus ĩ actio-
nibus ac commerciis: cum hominibus: tum priuatim: tũ publice uti
conuenit. uoluptatum item atq; cupiditatum humanarum: & moꝝ
euadunt prorſus inſolentes. Quum itaq; in ullam quãpiam incidũt
priuatam: publicãue actionem: habentur deridiculi perĩde: ac uiri ci-
uiles ipſi: ubi ueſtra adeunt ſtudia: & diſputationes irridentur. Acci-
dit iis enim illud Euripidis: Qua in re clarus quiſq; eſt: ad eam prope-
rat. & diei partem illi plurimam impertit: in qua ipſe ſe exuperet. cõ-
tra in qua ſtupidior ac nihili ſit: inde effugit: eamq; contemnit. Alte-
ram uero ſui beniuolentia commẽdat: arbitrans ita ſeſe laudare. Sed
præſtat (ſicuti opĩor) utriuſq; eſſe participẽ. Philoſophiæ inq̃: quoad
illius honeſtas ſinit: diſciplinæ gratia: compotem fieri. neq; turpe ha-
betur adoleſcentem philoſophari. at quum grandis iam natu philo-
ſophatur: ridicula res o Socrates geritur. atq; equidem ita penes phi-
loſophantes afficior: ueluti erga balbutientes: ludenteſq;. Quũ enim
puerulum uideam: cui decorum adhuc eſt: ſic lingua balbutiẽtem: ac
ludentem demulceor. reſq; mihi quidem feſtiua & liberalis uidet̃: pu-
eriliq; ætati congruens. Quod ſi uolubiliter puerulum loquentẽ au-
diam: acerba quæpiam res mihi oboritur. & aures meæ moleſtia affi-
ciuntur. uidet̃q; neſcio quid eſſe ſeruile. At ſiquis uiꝝ audierit balbu-
tientem: aut ludentem uideat: res uidetur & deridenda: & puerilis: &
deniq; digna uerberibus. Ita equidẽ afficior ſane eoꝝ: q philoſophãt̃
ratione. Vbi enim in adoleſcente philoſophiam aſpicio: oblector ex-
oſculorq;. & id mihi uidetur perdecere. ingenuum quoq;: ac liberalẽ

hunc esse hominẽ iudico.econtrario si non philosophat̃:illiberalem: & sese nunq̃ re ulla dignũ:uel honesta:uel ingenua arbitrantẽ. Verũ quum seniorẽ iam hominem philosophantẽ adhuc:necdum faciẽtẽ finem persentio:uerberibus egere commodum uir ille mihi uidetur. Quod enim modo dixi:id homini isti accidit: ut &si sit admodum ĩ/ geniosus:uilis atq; abiectus efficiatur:cum mediam ciuitatem:forũq; defugiat. In quo poeta ĩquit uiros excellere. Abdat se uero:& uitæ re/ liquum cum adolescentulis tribus:aut quattuor degat: in angulorũ aliquo cõmurmurans.ingenuũ autem quicq̃:magnum:dignũ haud unq̃ loquat̃. Equidẽ o Socrates pro mea erga te beniuolentia: atque humanitate uideri mihi uideor affici in præsentia eodem modo quo Zetus respectu Amphionis:apud Euripidem:cuius modo mẽtionẽ feci. Et enim mihi quoq; eiusmodi:quædam tecum ut fabuler:in mẽ tem uenit:qualia cum fratre ille. neglectui habes o Socrates ea: quæ debes curare.animiq; naturam tui usqueadeo nobilem puerili quo/ dam ornamento condecoras.nec foro senatuiue orationis quicquam recte affers:neq; probabilem:aut consentiẽntem ullam rationẽ inue nisti:neq; uero pro aliis consilium integrum cepisti. atqui amice So crates:quod ægre ne feras uelim.loquor enim tua causa: sũma cũ be niuolentia. An tibi non turpe uideatur:ita te gerere: ut ego te habere existimo:& cæteros:qui ultra iustum pergant philosophari? nã siqs te nunc:aut alium eiusmodi quẽlibet ad carcerem rapiat:iniuriam te quidem intulisse arguens.qui culpa omnino uaces:nosti ne:te mini/ me habiturum quonam te pacto tuearis. Sed uertigine uexeris: ac cõ silii inops oscites quid dicas:quid agas. In iudicio item suggestũ con scendens si ĩprobus admodum:ac nequam aduersarius tuus sit: mo ri de facili queas:si te ille capitali deferat crimine. Verum quonã pa/ cto Socrates hoc sapientis sit:siqua ars aliquem præstantem ingenio uirum nacta:deteriorem illum effecerit?qui neq; sibi ipsi auxilio esse possit:periculisq; extremis liberare neq; se:nec aliũ quẽq̃. Sed ab ini/ micis bonorum omnium facultate spoliari necesse sit. & palã quidẽ ĩ felicem degere. liceat enim:q̃q̃ agrestius:uera dicere:siquis in genam te percusserit:pœnas non det. Sed heus uir bone mihi obtẽpera: atq; a redargutionibus istis te abstine. rerũq; elegantiam cole. & eam sane unde recte sentire uideare:aliis missa faciens ista arguta: siue delira/ menta:siue nugalia deceat appellare. qbus efficiat̃ ut domos inanes

habites:atq; ſequens non eos:qui exigua iſta reprehendunt: ſed illos potius a quibus & facultates:& gloria:& bona alia permulta poſſidētur. ¶ Hæc Plato ſub perſona quidem:ſicuti dixi:non proba:ſed cū ſenſu tamē:intelligentiæq; cōis fide:& cū quadā indiſſimulabili ueritate diſſeruit. Non de illa ſcilicet philoſophia: quæ uirtutū omniū diſciplina eſt:quæq; in publicis ſimul & priuatis officiis excellit:ciuitateſq; & rēpub. ſi nihil prohibeat:cōſtāter & fortiter:& perite adminiſtrat:ſed de iſta futili:atq; puerili meditatiōe argutiaꝶ: nihil ad uitam:neq; tuendā:neq; ordinādā promouente. qua id genus homīes conſeneſcunt male feriati:quos philoſophos eſſe & uulgus putat: & is putabat:ex cuius perſona hæc dicta ſunt.

¶ Verba ex oratiōe. M. Catonis de mulieꝶ ueterū uictu: & moribus atq; inibi quod fuerit ius marito in adulterio uxorē deprehenſā necare. ¶ Caput. xxiii.

QVi de uictu:atq; cultu po. ro. ſcripſerūt:mulieres romæ atque in latio ætatem abſtemiā egiſſe:hoc eſt uino ſemper : quod temetum priſca lingua appellabat̃:abſtinuiſſe dicūt. inſtitutūq;:ut cognatis oſculum ferrent:reprehendendi cauſa:ut odor indiciū faceret ſi bibiſſent. Bibere autē ſolitas ferunt lauream:paſſū : murrinam: & quæ id genus epotant:potu dulcia:Atq; hæc quidē in iis quibus dixi libris peruulgata ſunt. Sed:M. Cato nō ſolū exiſtimatas: ſed mulctatas quoq; a iudice mulieres refert:nō minus ſi uinū in ſe: q̄ ſi probrū & adulteriū admiſiſſent. Verba. M. Catonis adſcripſi ex oratiōe quæ inſcribit̃ de dote. in qua id quoq; inſcriptum eſt:In adulterio uxores deprehenſas ius fuiſſe maritis necare . Vir inquit quū diuortiū facit mulieri iudex pro cenſore eſt:Imperiū:quod uidet̃ habet:ſiquid perperſe:tetreq; factū eſt a muliere. mulctatur:ſi uinū bibit. ſi cū alieno uiro probri quid fecit:condemnatur. De iure autem occidēdi ita ſcriptum eſt. In adulterio uxorem tuā ſi prehendiſſes:ſine iudicio impune necares. Illa te(ſi adulterares)digito non auderet cōtingere : neque ius eſt.

¶ Die priſtini:& die craſtini:& die quarti:& die quinti. qui elegātius locuti ſūt dixiſſe:nō ut ea uulgo dicūt̃ nunc. ¶ Caput. xxiiii.

DIe quarto:& die quīto:quod græci ἐις τετάρτην καὶ πέμπτην id eſt in quartam. & quintā dicūt:ab eruditis quoq; dici audio & qui aliter dicit pro rudi:atq; indocto deſpicit̃. Sed. M. Tullii ætate

ac ſupra eam:non opinor ita dixerunt.die quinte enim & die quinti
pro aduerbio copulate dictum eſt.& ſecunda ĩ ea ſyllaba correpta.Di
uus etiam Auguſtus:memoriarum ueterum exequentiſſimus:lĩguæ
latinæ non neſcius:mundiciarum patris ſui in ſermonibus ſectator:ĩ
epiſtolis plurifariam ſignificatione iſta dierum non aliter uſus eſt.
Is autem erit perpetuæ ueterum conſuetudinis demonſtrãdæ gratia:
uerba ſolẽnia prætoris ponere:quibus more maiorum ferias cõcipere
ſolet:quæ appellantur compitalia.ea uerba hæc ſunt:Dienoni popu
lo romano quiritibus compitalia erunt:quando concepta fuerint ne/
fas.dienoni prætor dicit:non die nono:neq; prætor ſolũ: ſed pleraq;
omnis uetuſtas ſic locuta ẽ.Venit ecce illius uerſus põponiani ĩ men
tem:qui eſt ex attellana:quæ Metui aſcribitur:Dies hic ſextus : quũ
nihil egi diequarte moriar fame.Suppetit etiam celianum illud ex li
bro hiſtoriarum ſecundo.Si uis mihi æquitatum dare : & ipſe cũ cæ/
tero exercitu me ſequi:diequinti romæ in capitoliũ curabo tibi cœna
ſit cocta.Et hiſtoriam autem:& uerbum hoc ſumpſit Celius ex ori/
gine.M.Catonis:in quo ita ſcriptum eſt.Igitur dictatorem carthagi
nenſium magiſter equitum monuit:Mitte mecum romã equitatũ.
diequinti in capitolio tibi cœna cocta erit.Extremam iſtius uocis ſyl/
labam:tum per e:tum per i ſcriptam legi.Nam ſane q̃cõſuetũ uete/
ribus fuerat litteris iis pleꝝq; uti indifferenter.ſicuti priſtini: & priſti
ne:procliue & procliui.atq; alia item multa hoc genus uarie dixerũt.
Diepriſtini quoq; eodem modo dicebatur.quod ſignificabat die pri/
ſtino:id eſt priore.quod uulgo pridie dicitur:conuerſo compoſitiõis
ordine:q̃ſi priſtino die.Atq; item ſimili figura die craſtini dicebatur
.i.craſtino die.Sacerdotes quoq; populi romani tunc:quum dicunt
in diem tertium:die perendini dicunt. Sed ut pleriq; die priſtini. Ita
.M.Cato in oratione contra Furium:die ꝓximi dixit.die quarto aũt
Cn.Martius homo ĩpenſe doctus:in mimiambis præ eo dixit:quod
nudiuſquartus nos dicimus in his uerſibus.
Nuper die quarto ut recordor:& certe
Aquarum urceum unicũ domi fregit.
Hoc igit̃ intererit:ut die quarto quidẽ de præterito dicamus: die q̃rte
aut quarti de futuro.

¶ Teloꝝ:& iaculoꝝ:gladioꝝq; uocabula:atq; inibi nauiũ quoq; ge/
nera quæ ſcripta in ueteꝝ libris reperiũtur. ¶ Caput. xxv.

TElorum:iaculoꝝ:gladioꝝq; uocabula:quæ ĩ hiſtoriis ueteribus ſcripta ſunt. Item nauigiorum quoq; genera & nomina libitũ forte nobis eſt ſedentibus in rheda conquirere. neq; itidem aliaꝝ ineptiarum uacantem ſtupẽtemq; animũ occupare. Quæ tũ igitur ſuppetierant; hæc ſũt. haſta:pilum:phalarica:ſemiphalarica: ſolliferrea geſa:lancea:ſpari:rumigeſtri:faces:tragulæ:frameæ: meſanculæ:cateiæ:rhumpheæ:ſcorpius:ſcibones:ſilices:ueruta:ẽſes:ſiccæ: machæræ:ſpatæ:lingulæ:pugiones:climaculæ. De lingua quoniam eſt minus frequens admonendum exiſtimo:lingulam ueteres dixiſſe gladiolum oblongum:in ſpeciem linguæ factum. cuius meminit Neuius in tragœdia heſiona. uerſum Neuii apposui.

Si ne mihi gerere morem uidear lingua:uerum lingula.

Item rhumphea genus teli eſt thracæ nationis. poſitumq; hoc uocabulum. ĩ Q. Ennii ãnali. xiiii. ¶ Nauium auté: quas reminiſci tũc potuimus:appellationes hæ ſunt:gauli:coruitæ:caudicæ:longæ:hippagines:cercuri:celoces:uel ut græci dicũt:celetis:lembus:oxiæ:remiculi:actuariæ:quas græci ĩ ςοὸϖους uocant:uel εϖι Ταρίλας. proſumiæ:uel geſeoretæ:uel orioles:cattæ:ſcaphæ:pontones: nuctuciæ: mediæ:phaſelli:parones:mioparones:lĩtres:caupulica:mareplacidæ cidaꝝ:ratariæ:cataſcopium.

¶ Inſcite ab Aſinio Pollione reprehenſũ Saluſtium:ꝙ tranſfretationem tranſgreſſum dixerit:& tranſgreſſos qui trãſfretaſſent.

¶ Caput. xxvi.

ASinio Pollioni in quadam epiſtola: quã ad Plancũ ſcripſit:& quibuſdã aliis. C. Saluſtius inique dignus nota uiſus eſt: ꝙ in primo hiſtoriarum:maris tranſitum:tranſmiſſumq; nauibus factũ tranſgreſſum appellauit. eoſq; qui fretum trãſmiſerãt: quos trãſfretaſſe dici ſolitũ eſt tranſgreſſos dixit. uerba ipſa Saluſtii poſuit. Itaq; Sertorius leui præſidio relicto ĩ mauritania:nactus obſcuram noctẽ: æſtu ſecundo:furtim aut celeritate uitare præliũ ĩ trãſgreſſu conatus eſt. ac deinde infra ita ſcripſit. Trãſgreſſos oĩs recipit mõs præceptus a luſitanis. Hoc igit̃ & minus proprie:& a nullo graui auctore dictũ aiunt. Nã trãſgreſſus inquit:& ingreſſus:a trãſgrediẽdo dicunt̃. idq; ipſũ ab ingreſſu:& a pedũ gradu appellatũ eſt. iccirco uerbũ trãſgredi cõuenire nõ putauit:neq; uolãtibus: neq; ſerpẽtibus: neq; nauigãtibus:ſed iis ſolis qui gradiunt̃: & pedibus iter emetiunt̃. propterea

negant apud ſcriptorem idoneum:aut nauium tranſgreſſum reperi ri poſſe:aut pro tranſfretatione trāſgreſſum. Sed quæro ego: cur nō ſicuti curſus nauium recte dici ſolent:ita tranſgreſſus etiam nauibus factus dici poſſit:præſertim cum breuitas tam anguſti freti:quod ter ram africam hiſpaniamq; interfluit:elegantiſſimæ trāſgreſſionis uo cabulo:quaſi paucorum graduum ſpatium definita ſit. Qui auctori tatem autem requirunt:& negant dictum ingredi:tranſgrediue ī na uigantibus:uolo uti reſpondeant quantum exiſtiment intereſſe: in gredi:atq; ambulare. atqui Cato in libro de reruſtica. Fundus inquit eo in loco habendus eſt:ut & oppidum prope amplū ſit:& mare aut amnis:qua naues ambulant. Appetitas porro huiuſcemodi tranſlati ones:habitaſq; eſſe pro honeſtamentis orationis. Lucretius quoq; te ſtimoniū in hac eadem uoce dicit. In quarto enim libro clamorē per arterias:& per fauces gradientem dicit. quod eſt nimio confidentius: q̄ illud de nauibus Saluſtianum. Verſus Lucretii hi ſunt.

Corpoream quoq; enim uocem conſtare fatendum eſt:
Et ſonitum:quoniam poſſunt impellere ſenſus.
Præter radit enim uox fauces ſæpe. facitq;
Aſperiora foras gradiens arteria clamor.

Præterea Saluſtius in eodem libro:non eos ſolum qui nauibus uehe rētur:ſed & ſcaphas quoq; nantes progreſſas dicit. Verba ipſa de ſca phis poſui:Earum aliæ paululum progreſſæ: nimio ſimul & incerto onere:quū pauor corpora agitauerat:deprimebantur.

¶ Hiſtoria de populo romano. deq; populo punico : ꝗ pari prope modum uigore fuerint æmuli.

¶ Caput. xxvii.

IN libris ueteribus memoria extat:ꝗ par fuit quondā uigor : & acritudo:āplitudoq; po. ro. atq; pœni:neq; īmerito exiſtīatū. Nam cū aliis quidē populis. de uniuſcuiuſq; reipu. cum pœnis autē de omnium terrarum imperio decertatum eſt. Eius rei ſpecimē eſt ī illo utriuſq; populi uerbo factum. Quum. Q. Fabius imperator ro manus dedit ad carthaginenſes epiſtolam. ibi ſcriptum fuit: populū romanū miſiſſe ad eos haſtam & caduceū ſigna duo belli: aut pacis: ex quis utrum uellent eligerent. quod elegiſſent:id unū ut eſſe miſſū exiſtimarēt. Carthaginenſes reſpōderūt:neutꝝ ſeſe eligere:ſed poſſe qui attuliſſent:utꝝ mallent relinquere. quod reliquiſſent:id ſibi pro

lecto futurum. M. Varro autem nō hastam ipsam: neq; ipsum caduceum missa dicit: sed duas tesserulas: in quarum altera caduceum: in altera simulacra hastæ fuerunt incisa.

De ætatum finibus: pueritiæ: iuuentæ: senectæ ex Tuberonis historia sumptum. Caput. xxviii.

TVbero in historiarum primo scripsit Seruium Tullium regem populi romani: quum illas quinq; classes iuniorum census faciendi gratia institueret: pueros esse existimassem: qui minores essent annis septendecim. Atq; inde ab anno septimodecimo quos idoneos iam esse reipu. arbitraret̃: milites scripsisse. eosq; ad annū quadragesimumsextum iuniores: supraq; eum annum seniores appellasse. Eā rem propterea notaui: ut discrimina: quæ fuerunt: ĩdicio: moribusq; maioꝝ puericiæ: iuuentæ: senectæ ex ista censione Seruii Tullii prudentissimi regis nosceretur.

Quod particula atq; non complexiua tantum sit: sed uim habeat plusculam uariamq;.

Caput. xxix.

ATq; particula a grammaticis quidem coniūctio esse dicitur cōnexiua. Et pleꝝq; sane coniungit uerba: & connectit. Sed interdum alias quasdam potestates habet nō satis notas: nisi in ueterū litterarum tractatione: atq; cura exercitatis. Nam pro aduerbio ualet: quum dicimus: aliter ego feci: atq; tu. significat enim aliter: q̃ tu. Et gemina si fiat auget. intenditq; rē de qua agitur: ut animaduertimus in. Q. Ennii annalibus: nisi memoria in hoc uersu labor.

Atq; atq; accedit muros romana iuuentus.

Cui significationi contrarium est: quod itidem a ueteribus dictū est. Deq; & præterea pro alio quoq; aduerbio dicit̃. i. statim. Quod ĩ his Virgilii uersibus existimatur: obscure: & insequēter particula ista posita. Est autem: Sic omnia fatis

In peius ruere: ac retro sub lapsa referri:

Non aliter: q̃ qui aduerso uix flumine lembum

Remigiis subigit: si brachia forte remisit:

Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVS.

Timæus in hiſtoriis:quas oratiōe græca de rebus populi romani compoſuit:&.M.Varro in antiquitatibus rerum humanarum: terram Italiam de græco uocabulo ſcripſerunt:quoniam boues græca ueteri lingua:ἰταλοὶ:id eſt uituli uocitati ſunt: quorum in Italia magna copia fuerit. bucetaq; ĩ ea terra gigni:paſciq; ſolita ſint complurima.Coniectare autem ob eãdem cauſam poſſumus:ꝙ Italia tunc eſſet armentoſiſſima. Mulctamq;: quæ appellatur ſuprema:inſtitutam in ſingulos dies:duarum ouiũ: trigita boum:pro copia ſcilicet boum:proq; ouium penuria . Sed cũ eiuſmodi mulcta pecoris:armentiq; a magiſtratibus dicta erat:adigebantur boues oueſq;:alias precii parui:alias maioris.eaq; res faciebat inæqualem mulctæ pœnitionem.Icc irco poſtea lege aterna cõſtituti ſunt in oues ſingulas æris deni:in boues æris centeni . Minima autẽ mulcta eſt ouis unius.Suprema mulcta eſt eius numeri: cuius diximus:ultra quem mulctam dicere in dies ſingulos ius non eſt. & propterea ſuprema appellatur:id eſt ſumma & maxima.Quando igitur nunc quoque a magiſtratibus populi Romani more maiorum mulcta dicitur:uel minima uel ſuprema obſeruari ſolet ut oues genere uirili appellentur.atque ita.M.Varro uerba hæc legitima: quibus minima mulcta diceretur:concepit.M.Terentio:quando citatus : neq; reſpondit:neq; excuſatus eſt:ego ei unum ouem mulctam dico.ac ni ſi eo genere diceretur: negauerunt iuſtam uideri mulctam. Vocabulum autem ipſum mulctæ;idem.M.Varro in undeuiceſimo: rerum humanarum:non latinum:ſed Sabinum eſſe dicit. Idque ad ſuam memoriam manſiſſe ait in lingua Sãnitium:qui ſunt a Sabinis orti. Sed turba grammaticorum nouicia ea κατἀντίφρασιν:id eſt per cõtrariam dictionem:ut quædam alia:ita hoc quoq; dici tradiderunt. Quum autem uſus:& mos ſermonum is ſit:ut ita & nunc loq̃mur: ut plerique ueterũ locuti ſũt:mulctam dixit.& mulcta dicta eſt. Nõ eſſe abre putaui notare:ꝙ.M.Cato aliter dixit. nam in quarto originum uerba hæc ſunt.Imperator noſter:ſiquis extra ordinẽ depugnatum iuit:ei mulctam facit.Poteſt autem uideri conſulta elegantia uitaſſe uerbum:cum in caſtris & in exercitu mulcta fieret:non in comitio:nec ad populum diceretur.

¶ Quod elegantia apud antiquiores:non de amœniore ingenio:ſed

de nitidiore cultu:atq; uictu dicebatur:quod in uitio ponebat.

Caput.ii.

ELegans homo dicebatur cum laude:sed id fere uerbum ad ætatem.M.Catonis uitii nõ laudis fuit.Est nãq; hoc animaduertere:cum in quibusdam aliis:tum in libro Catonis:qui inscriptus est carmen de moribus.ex quo libro uerba hæc sũt. Auaritiam oĩa uitia habere putabant:sumptuosus:cupidus:elegans:uitiosus:irritus qui habebatur:is laudabatur.Ex quibus uerbis apparet:elegantẽ dictum antiquitus:non ab ingenii elegantia:sed qui nimis læto:amœnoque cultu:uictuq; esset.Postea elegans reprehendi quidem desiit: sed laude nulla dignabatur:nisi cuius elegantia erat moderatissima.Sic.M.Tullius.L.Crasso:&.Q.Scæuolæ:nõ merã elegantiam: sed multa parsimonia mixtam laudi dedit.Crassus inquit erat parcissimus elegantium.Scæuola parcorum elegantissimus . Præterea ex eodẽ libro Catonis:hæc etiam sparsim:& intercise cõmeminimus. Vestiri inqt in foro honeste:mos erat.dõi quod satis erat. equos carius q̃ coquos emebant.Poeticæ artis honos non erat.Siquis in ea re studebat : aut sese ad conuiuia applicabat:grassator uocabatur . Illa quoq; ex eodẽ libro præclaræ ueritatis sententia est.Nam uita inquit humana ꝓpe uti ferrum est.Ferrũ si exerceas conteritur:si nõ exerceas:tamen rubigo interficit.Item homines exercendo uidemus conteri.Si nihil exerceas:inertia:atq; torpedo plus detrimenti facit q̃ exercitatio.

Qualis quantaq; sit:pro particulæ uarietas.deq; exemplis eius uarietatis.

Caput.iii.

QVando ab arbitriis:negociisque ocium est : & motandi corporis gratia:aut spatiamur:aut uectamur:quærere nonnũquam apud memetipsum soleo res eiusmodi:paruas quidem: minutasq;: & hominibus non bene eruditis aspernabiles:sed ad ueterum scripta penitus noscenda:& ad scientiam linguæ latinæ:cum primis necessarias.uelut est:quod forte nuper in prænestino recessu uespertina ambulatione:solus ambulans considerabam . Qualis quantaque esset particularum quarundam in oratione latina uarietas ; quod genus est:præpositio pro . Aliter enim dici uidebam pontifices pro collegio decreuisse , Aliter quempiam testem introductum pro testimonio dixisse.Aliter.M.Catonem in originum.iiii. Prælium factum de pugnatũq; pro castris scripsisse.Et item in.v.Vrbes insulasq; omnis

pro pago illyrico esse. Aliter etiam dici pro æde Castoris aliter pro rostris: aliter pro tribunali: aliter pro contione. atq; aliter tribunũ. pl. ꝑ potestate intercessisse. Sed has oĩs dictiones qui aut omnino similes: & pares: aut usqueq̃q; diuersas existimaret: errare arbitrabar. Nã uarietatem istam eiusdem quidem fontis & capitis: non eiusdem tamẽ esse finis putabam. Quod profecto facile intelliget: siquis adhibeat ad meditationem suam intentionem: & habeat ueteris orationis usũ atq; noticiam celebriorem.

¶ Quem in modum. Q. Ennius uersus Euripidis æmulatus sit.

¶ Caput. iiii.

Euripidis uersus sunt ĩ Hecuba: uerbis: sententia: breuitate: insignes: illustresq;. Hecuba est ad Vlyxem dicens.

Τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃ τὸ σὸν.
πείσει λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν.
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει. id est.
Auctoritas uero: & si male dicat: tua
Persuadebit. nã ab inexistimatis ꝓficiscens oratio:
Et ab existĩatis: eadem haudquaq̃ tantũdem ualet. Hos uersus . Q. Ennius cum eam tragœdiam uerteret: nõ sane incõmode æmulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt.
Hæc tu & si peruerse dices: facile achiuos flexeris:
Nam cum opulenti loquuntur pariter: atq; ignobiles:
Eadem dicta eademque oratio æqua non æque ualet. Bene sicuti dixi Ennius. Sed tamen ignobiles ἀντὶ ἀδοξούντων: id est pro eo quod inexistimatis: & ἀντὶ δοκούντων: id est pro existimatis: satisfacere sẽtentiæ non uidentur. Nam neque omnes ignobiles ἀδοξοῦσι: id est inæstimati sunt: neque omnes opulenti ἐνδοξοῦσι: id est existimati sunt.

¶ De pyrrhonibus philosophis quædam: deq; academicis strictĩ notata. deq; inter eos differentia.

¶ Caput. v.

Quos pyrrhonios philosophos uocamus: ii græco cognomento σκεπτικοὶ. i. cõmentantes appellantur. Id ferme significat: q̃si quæstores & consideratores. Nihil enim decernunt: nihil constituũt sed in quærendo semper considerandoq; sunt: quidnam sit omnium rerũ: de quo decerni constituiq; possit. Ac ne uidere quoq; plane qcq̃ neq; audire sese putãt: sed ita pati: afficiq; q̃si uideãt uel audiãt. eaq;

ipſa: quæ affectiones iſtas in ſeſe efficiant: qualia & cuiuſmodi ſint: contanẽ: atq; inſiſtũt. Omniumq; rex fidem: ueritatemq; mixtis: cõfuſiſq; ſignis: ueri atque falſi ita incomprehenſibilem uideri aiũt: ut quiſq; homo eſt: nõ præceps: neq; iudicii ſui prodigus his uti uerbis debeat: quibus auctorem philoſophiæ iſtius Pyrrhonem uſum eſſe tradunt: ην μᾶλλον ὅυτως ἔχει τόδε ἢ ἐκεῖνος ἢ οὐδετέρως. id eſt haud magis: ſi ſe hoc: q̃ illo habet modo: aut q̃ neutro. Iudicia enim rei cuiuſq;: & ſinceras proprietates negant poſſe noſci: & percipi. idq; ipſum docere: atque oſtendere multis modis conantur. Super qua re Phauorinus quoque ſubtiliſſime argutiſſimeq; decem libros compoſuit: quos πυρρωνίων τρόπων: id eſt pyrrhonicorum modorum inſcribit. Vetus autem quæſtio: & a multis ſcriptoribus græcis tractata an quid & quantum inter pyrrhonios: & academicos philoſophos ĩterſit. Vtrique enim σκεπτικοὶ ἐφεκτικοὶ ἀπορρητικοὶ: id eſt commentantes: obligantes: ambigentes dicuntur: quoniam utrique nihil affirmant: nihilque comprehendi putãt. Sed ex omnibus rebus perĩde uiſa fieri dicunt: quas φαντασίας: id eſt imaginationes uiſa appellant: non ut rerum ipſarum natura eſt: ſed affectio animi corporiſue eſt eorum: ad quos ea uiſa perueniunt. Itaque omnis omnino res quæ ſenſus hominum mouent τῶν πρός τι: ideſt eorum quæ ad aliquid eſſe dicunt. Id uerbum ſignificat. Nihil eſſe quidq̃: quod ex ſeſe conſtet: nec quod habeat uim propriam: & naturam: ſed omnia prorſum ad aliquid referri: taliaque uideri eſſe: qualis ſit eorum ſpecies: dum uidentur: qualiaq; apud ſenſus noſtros: quo peruenerunt: creantur. non apud ſeſe unde profecta ſunt. Cum hæc autem cõſimiliter: tam pyrrhonii dicant q̃ academici: differre tamen inter ſeſe: & ꝓpter alia quædam: & uel maxime propterea exiſtimati ſunt: ꝙ academici quidem ipſum illud nihil poſſe comprehendi: quaſi comprehẽdunt: & nihil poſſe decerni: quaſi decernunt. Pyrrhoni ne id quidem ullo pacto uideri uerum dicunt: ꝙ nihil eſſe uerum uidetur.

❡ Quod mulieres Romæ per Herculem non iurauerint: neque uiri per Caſtorem.

❡ Caput. vi.

IN ueteribus ſcriptis: neque mulieres romanæ p herculẽ deierãt neque uiri p Caſtorẽ. Sed cur illæ non iurauerũt Herculem obſcurum non eſt. nam herculano ſacrificio abſtinent. Cur autem uiri

Castorem iurãtes non appellauerũt non facile dictu est. Nusq̃ igitur
scriptũ ĩuenire est apud idoneos quidẽ scriptores: aut mehercules fœ
minam dicere: aut mecastor uirꝝ. Edepol autem: quod iusiurãdũ per
Pollucem est: & uiro & fœminæ cõmune est. ¶ Sed. M. Varro asseue
rare antiquissimos uiros: neq; per castorẽ: neq; per Pollucem deierare
solitos: sed id iusiurãdũ fuisse tantũ fœminaꝝ: ex initiis elusinis acce
ptum. Paulatim tamen inscicia antiquitatis uiros dicere edepol cœ-
pisse: factumq; esse ita dicendi morẽ. Sed mecastor a uiro dici ĩ nullo
uetere scripto inueniri.

¶ Verbis antiquissimis: relictisq;: & desitis minime utendum.

¶ Caput. vii.

VErbis uti: aut nimis absoletis exculcatisq;: aut ĩsolentibus: no-
uitatisq; duræ & illepidæ par esse delictum uidetur. Sed mole-
stius equidem: culpatiusq; esse arbitror: uerba noua incognita: inãdi
ta dicere q̃ inuulgata & sordentia. Noua autem uideri dico etiam ea:
quæ sunt inusitata & desita: tametsi sint uetusta. ¶ Est adeo id uitiũ
plerũq; seræ eruditionis: quam græci ὀψιμαθίαν: id est tardidiscen-
tiam appellant: ut quod nunq̃ didiceris: diu ignoraueris: cum id scire
aliquando cœperis magnifacias. Quo in locoquũq; : & quacunq; in
re dicere: ueluti Romæ nobis præsentibus: uetus celebratusq; homo ĩ
causis: sed repentina & quasi tumultuaria doctrĩa præditus: cũ apud
præfectum urbis uerba faceret: & dicere uellet inopi quẽdã: miseroq;
uictu uiuere: & furfureum panem esitare: uinumq; eructum: & feti-
dum potare: Hic ĩquit eques romanus apludam edit: & floces bibit.
Aspexerunt omnes qui aderant alius alium: primo tristiores turbato
& requirente uultu: quidnã illud utriusq; uerbi foret. Post deĩde q̃si
nescio quid thusce: aut gallice dixisset uniuersi riserunt. Legerat autẽ
ille apludam ueteres rusticos frumenti furfurem dixisse. Idq; a Plau-
to in comœdia: si ea Plauti est: quæ astraba inscripta est positum eẽ.
Item floces audierat prisca uoce significare uini fæcem e uinaceis ex-
pressam: sicuti fraces ex oleis. Idq; apud Cecilium in polymenis lege
rat: eaque sibi duo uerba ad ornationũ ornamenta seruauerat. Alter
quoque a lectionibus: id genus: paucis ἀπειρόκαλος. idest infinitus
& ĩsolens: & ineruditus: cum aduersarius causam differri postularet:
inquit succurre. Quonãusque nos bouĩator hic demoretur: atque id
uoce magna ter: quaterue inclamauit Bouinator? Commurmuratio

fieri cœpta eſt a pleriſq;:qui aderant:quaſi monſtrum uerbi admirā tibus. At ille iactans & geſtiens. Non enī Luciliū inquit legiſtis:q ter giuerſatorem bouinatorem dicit. Eſt autem in Lucilii.xi.uerſus hic. Hic ſtrigoſus:bouinatorq; ore improbus duro.

Quid ſenſerit:dixeritq;.M.Cato de Albino:qui homo Romanus græca oratione res romanas:uenia ſibi ante eius linguæ imperitiæ petita compoſuit.

Caput.viii.

IVſte uenuſteq; admodum reprehendiſſe dicit̃ Au:Albinū.M.Cato.Albinus qui cum.L.Lucullo conſul fuit:res romanas oratione græca ſcriptitauit. In eius hiſtoriæ principio ſcriptum eſt ad hanc ſententiam. Neminem ſuccenſere ſibi conuenire: ſiquid ī his libris parum compoſite:aut minus eleganter ſcriptum foret. Nā ſum inquit homo romanus natus ī latio:græca oratio a nobis alieniſſima eſt. Ideoq; ueniam:gratiamq; malæ exiſtimationis:ſiquid eſſet erratum. poſtulauit. Eā cū legiſſet.M.Cato. Næ tu inquit Aule nimiū nugator es:cum maluiſti culpam deprecari:q̃ culpa uacare. Nam petere ueniam ſolemus:aut cum imprudentes errauimus: aut cum cōpulſi peccauimus. Tibi inquit oro te:quis perpulit:ut id cōmitteres: quod prius q̃ faceres:peteres ut ignoſceretur. Scriptum eſt hoc in libro Cornelii Nepotis de illuſtribus libris.

Hiſtoria de legatis mileti & Demoſthene rhetore in libris Critolai reperta.

Caput.ix.

CRitolaus ſcripſit legatos mileto publicæ rei cauſa ueniſſe athenas fortaſſe an dixerit auxilii petendi gratia. Tum qui pro ſeſe uerba facerent:quos uiſum erat:aduocaſſe. Aduocatos:uti erat mandatum:uerba pro mileſiis ad populum feciſſe. Demoſthenem mileſiorum poſtulatis acriter reſpondiſſe. neque mileſios auxilio dignos: neque ex republica id eſſe contendiſſe. Rem in poſterum diem prolatam : legatos ad Demoſthenem ueniſſe:magnoque opere oraſſe uti contra ne diceret. Eum pecuniam petiuiſſe. & quātum petiuerat:abſtuliſſe. Poſtridie cum res agi denuo cœpta eſſet:Demoſthenem lana multa collum:ceruiceſque circumuolutum ad populum prodiſſe. & dixiſſe ſe σύναγχην:id eſt anginam pati. Eo cōtra mileſios loqui nō quire. Tum e populo unum exclamaſſe. Nō συναγχην:id eſt anginā:q̃ Demoſthenes pateretur:ſed ἀργύραγχην : id eſt argentāginā

esse. Ipse etiam Demosthenes: ut idem Critolaus refert: nõ id postea concelauit. quin gloriæ quoq; sibi assignauit. Nam cũ interrogasset Aristodemum actorem fabularum quantum mercedis: uti ageret acce/pisset: & Aristodemus talentum respõdisset. At ego plus inqt acce/pi: ut tacerem.

Quod. C. Gracchus in oratione sua: historiã infrascriptã Demadi rhetori: non Demostheni attribuit. uerbaq; ipsius. C. gracchi relata.

Caput. x.

QVod in capite superiore a Critolao scriptum esse diximus: sup Demosthene: id. C. gracchus in oratione: qua legem aufeiam dissuasit: in Demadem contulit uerbis hisce. Nam uos quirites: si ue litis sapientia: atque uirtute uti: & si quæritis: neminem nostrum in/uenietis sine precio huc prodire. Omnes nos: qui uerba facimus: ali/quid petimus. Neq; ullius rei causa quisquam ad uos prodit: nisi ut aliquid auferat. Ego ipse: qui apud uos uerba facio: uti uectigalia ue stra augeatis: quo facilius uestra commoda: & rempublicam admini strare possitis: non gratis prodeo. Verum peto a uobis: non pecuniã: sed bonam existimationem: atque honorem. Qui prodeunt dissua/suri: ne hanc legem accipiatis: petunt: non honorem a uobis: uerum a Nicomede pecuniam. Qui suadent ut accipiatis: ii quoque petunt non a uobis bonã existimationẽ: uerũ a mithrydate reifamiliaris suæ precium: & premium. Qui autem ex eodem loco atque ordine tacẽt: ii uel accerrimi sunt. Nam ab omnibus precium accipiunt. & omnis fallunt. Vos cum putatis eos ab his rebus remotos esse: impartitis bo nam existimationem. Legationes autem a Regibus: cum putant eos sua causa reticere: sumptus atq; pecunias maximas præbent uti: ut ĩ terra græcia. Quo in tempore tragœdus gloriæ sibi ducebat: talẽtum magnum: ob unam fabulam datum esse: homo eloquẽtissimus ciui tatis suæ Demades ei respondisse dicitur. Mirũ tibi uidetur: si tu elo quendo talentum quæsisti? Ego ut tacerem: decẽ talẽta a rege accepi. Ididem nunc isti precia maxima ob tacendum accipiunt.

Verba. P. Nigidii: quibus differre dicit: mentiri & mendacium di cere.

Caput. xi.

VErba sunt hæc ipsa. P. Nigidii hominis in studiis bonaꝝ artiũ præcellentis. Quem. M. Cicero ingenii doctrinarũq; nomine:

sũme reueritus est. Inter mendaciũ dicere: & mentiri distat. Qui mẽtitur ipse non fallitur: sed alterum fallere conatur. Qui mendaciũ dicit: ipse fallitur. Item hoc addidit: qui mentitur inquit fallit: quãtũ in se est. Item hoc quoq; super eadem re dicit. Vir bonus inquit præstare debet: ne mentiatur. Prudens ne mendacium dicat. Alterum incidit in hominẽ: alterum non. Varie mehercle: & lepide Nigidius tot sententias in eandem rem: quasi aliud: atque aliud diceret: dispauit.

Quod Chrysippus philosophus omne uerbum ambiguum: dubiumque esse dicit. Diodorus contra: nullũ uerbum ambiguum esse putat.

Caput. xii.

CHrysippus ait: omne uerbum ambiguum natura esse: quoniã ex eodem duo uel plura accipi possunt. Diodorus autẽ cui Crono cognomentum fuit. Nullum inquit uerbum est ambiguum: nec quisquam ambiguum dicit: aut sentit. Nec aliud dici uideri debet: q̃ quod se dicere sentit is: qui dicit. At cum ego inquit aliud sensi: tu aliud accepisti: obscure magis dictum: q̃ ambigue uideri potest. Ambigui enim uerbi natura illa esse debuit: ut qui diceret: duo uel plura diceret. Nemo autem duo uel plura dicit: qui se sentit unum dicere.

Quid. T. Castritius de uerbis: deque sententia quadam. C. Gracchi existimauerit. Quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

Caput. xiii.

APud. T. Castritiũ disciplinæ rhetoricæ doctorẽ graui atq; firmo iudicio uirũ legebat̃ oratio. C. Gracchi in. P. Popilium. In eius orationis principio collocata uerba sunt accuratius: modulatiusq;: q̃ ueterum orato℞ consuetudo fert. Ea uerba sicuti dixi composita hæc sunt. Quæ uos cupide per hosce annos appetistis: atq; uoluistis: ea si temere repudiaritis: abesse non potest: quin aut olĩ cupide appetisse: aut nũc temere repudiasse dicamini. Cursus igit̃ hic: & sonus rotũdæ uolubilisq; sententiæ: eximie nos & unice delectabat. Tãto id magis: quod iã tũc. C. Graccho uiro illustri: & seuero eiusmodi cõpositione fuisse cordi uidebamus. Sed enĩ cũ eadẽ ipsa uerba sæpius petẽtibus nobis lectitarẽt̃: admoniti a Castritio sumus, ut cõsideraremus: quæ uis: quodue emolumentũ eius sñiæ foret. Neq; pateremur ut aures nostræ cadentis apte orationis modis eblanditæ: animũ quoq; nobis

uoluptate inani perfunderēt. Cumq; nos ad monitione ista attētio res fecisset: Inspicite īquit penitus quid efficiāt uerba hæc: dicatq; mihi quæso aliquis uestrū: an sit ulla huiusce sentētiæ aut grauitas: aut grā? Quæ uos cupide per hosce annos appetistis atq; uoluistis: ea temere si repudiaritis: abesse nō potest: quī aut olī cupide appeti sse: aut nūc temere repudiasse dicāini. Cui enī oīum hoīum in mē tem non uenit: id profecto usu uenire: ut quod cupide appetieris: cupide appetisse: & quod temere repudiaueris: temere repudiasse dicaris. At si opinor inquit: ita scriptū esset. Quæ uos ꝑ hosce ānos appetistis: atq; uoluistis: ea nūc si repudiaritis: abesse nō potest: qn aut olim cupide appetisse: aut nunc temere repudiasse dicamini. Si inquit ita diceretur: grauior scilicet solidiorq; fieret sententia: & acciperet aliquid iustæ in audiendo expectationis. Nunc autē uerba hæc cupide: & temere: in quibus uerbis omne momentū rei est: nō in concludenda sententia tantū dicuntur: sed supra quoq; nōdum desiderata ponuntur. Et quæ nasci: oririq; ex ipsa rei conceptione debebāt: oāte īo: q̄ res postulat: dicūtur. Nam qui ita dicit: si hoc feceris: cupide fecisse diceris: rem dicit sensus alicuius ratione collectā & confectam. Qui uero ita dicit: si cupide feceris: cupide fecisse diceris: nō lōge secus dicit: atq; si dicerēt: si cupide feceris: cupide feceris: Hæc ego inquit admonui: nō ut. C. Graccho uitio darē. Dii enī mētē meliorē mihi. nam si quicq̄ in tā fortis facundiæ uiro uitii: uel erroris ēe dici potest: id ōe & auctoritas eius exhausit: & uetustas consumpsit. Sed uti caueretis ne uos facile perstringeret modulatus aliquis curentis facundiæ sonitus: Atq; ut uim ipsam rerum uirtutemq; uerborum prius pensitaretis: & si quidem grauis: atq; integra: & sincera sententia diceretur: tum si ita uideretur: gressibus quoq; ipsis orationis gestibus plauderetis. Si uero frigidi: & leues: & futiles sensus in uerba apte: numeroseq; posita includerentur: non esse id secus crederetis: q̄ cum homines insigni deformitate: ad facienda ridicula imitantur histriones: & gestiunt.

¶ Sobria & pulcherima Romuli regis responsio circa uini usum.
¶ Caput quartum decimum.

Implicissima suauitate & rei: & orationis. L. Piso frugi usus est in primo ānali: cum de Romuli regis uita: ac uictu scriberet. Ea uerba: quæ scripsit: hæc sunt. Eūdē Rōulū dicunt ad cœnā uocatū

ibi non multum bibisse:quia postridie negotiũ haberet. Ei dicunt Romule si istuc omnes homines faciant:uinum uilius sit. Is respondit immo uero carum:si quantũ quisq; uolet bibat. nam ego bibi quantum uolui.

De ludibundo:& errabundo:atq; id genus uerborum productionibus.& ꝙ Laberius sic amorabundam dixit:ut dicitur ludibũda:& errabunda. Atq; inibi ꝙ Sisenna per huiuscemodi uerbum noua figura usus est.

Caput quintumdecimum.

LAberius ĩ lacu auerno mulierẽ amãtẽ uerbo ĩusitatius ficto amorabũdã dixit. Id uerbũ Cesellius uindex ĩ commentario lectionum antiquaꝶ ex figura scriptum dixit:qua ludibunda:ridibũda:& errabunda dicitur:ludens:& ridens:& errãs. Terẽtius autẽ Scaurus:diui Adriani tẽporibus:grãmaticus uel nobilissimus inter illa:quæ de Cesellii erroribus cõposuit:ĩ hoc quoq; uerbo errasse eũ scripsit:ꝙ idẽ eẽ putauerit:ludẽs:& ludibũda:errãs:& errabunda:ridẽs:& ridibunda. Nã ludibũda inquit & ridibũda:& errabunda ea dicitur:quæ ludẽtem:uel ridentẽ:uel errãtem agit:aut simulat. Sed qua ratiõe Scaurus adductus sit:ut Ceselliũ ĩ eo reprehẽderet:nõ hercle reperiebamus. Nõ ẽ enim dubium quin hæc:genere ipso dũtaxat idẽ significẽt:quod ea demõstrẽt:a quibus producũtur. Quid esset autẽ ludẽtẽ agere:uel imitari:non intelligere uideri maluimus:q̃ insimulare eum tanquam ipsum minus intelligentem. Quin magis Scaurũ oportuit commentaria Cesellii criminãtem:hoc ab eo præteritũ nequirere:quod nõ dixerit:an quid:& q̃tulum differret a ludibũdo ludẽs:& ridibũdo:ridens:& errabũdo:errans:cæteraq; hoꝶ simila? An a participialibus uerbis paulũ aliqd distarent? Et quã omnino uim haberet particula hæc extrema eiusmõi uocabulis addita. hoc enim fuit potius requirendum ĩ istiusmodi figuræ tractatu. Sicuti reqri solet ĩ temulento:& luculento:& turbulẽto:uacua ne & inanis sit istæc ꝓductio? Cuiusmodi sũt:quæ παραγωγας:idest deductiões:& deriuatões græci dicũt. An extrẽa illa particula habeat aliqd suæ ꝓpriæ significationis. Cũ reprehẽsionẽ autẽ illã Scauri notarẽus:ĩ memoriã nobis rediit:ꝙ Sisẽna ĩ quarto historiaꝶ:eiusdẽ figuræ uerbo ita usus est. Populabũdus inquit agros ad oppidũ ꝓuenit. Quod scilicet significat:cũ agros

popularetur: non ut Scaurus ĩ consimilibus uerbis ait: cũ populan tem ageret: uel cum imitaretur. Sed inquirentibus nobis: quænam ratio: & origo esset huiuscemodi figuræ: populabundus: & lætabũ dus: & ludibundus: & errabũdus: multorumq; aliorꝝ id genus uer borum ευηβολως: id est ĩgeniose & apte hercle Apollĩaris noster sibi uideri ait: particulam istam postremam: in qua uerba talia ex eunt: uim: & copiam: & quasi abundãtiã rei: cuius id uerbum esset: demonstrare. Vt lætabundus is dicatur: qui abunde lætus sit: & er rabundus: qui longo: atq; abundanti errore sit. Cæteraq; omnia ex ea figura ita dici ostẽdit: ut productio hæc & extremitas: largam & fluentem uim: & copiam declaret.

Quod græcorũ quorundam uerborum difficillima ẽ in latinam linguam mutatio: uelut quod græce dicitur πολυπραγμοσύνη.

Caput sextumdecimum:

ADiecimus sæpe animum ad uocabula rerum non paucissima quæ neq; singulis uerbis: ut a græcis: neq; si maxime pluri bus eas res uerbis dicamus: tam dilucide: tamq; apte demonstrari latĩa oratione possunt: q̃ græci ea dicunt priuis uocibus. Nuper etiã cũ alatus esset ad nos Plutarchi liber: & eius libri indicem legissẽus: qui erat περὶ πολυπραγμοσύνης: id ẽ de negociatione: & curiosi tate: percõtanti cuipiam: qui & litterarum: & uocum græcarꝝ expers fuit. Cuiusnam liber: & qua de re scriptus esset. Nomen quidẽ scrip toris statim diximus. Rem de qua scriptum fuit dicturi: hæsimus. Ac tũ primo: qa non satis cõmode opinabar interpretaturum esse: si dicerem de negociositate: aliud institui apud me exquirere: quod ut dicit̃: uerbum de uerbo expressum eẽt. Nihil erat prorsus quod aut meminissem legere me: aut si etiam uellem fingere: quod non ĩ signiter asperum: absurdum: durumq; esset: si ex multitudine et ne gocio uerbum unum compingerem. Sicuti multiiugia dicimus: & multicoloria: & multiformia. Sed non minus illepide ita diceretur: q̃ si interpretari uoce una uelis πολυφιλίαν: id est multorꝝ amiciti am: aut πολυτροπίαν: id est multiplices ac uarios mores: aut πολυσαρκίαν. id est corpulentiam. Quamobrem cum diutile ta citus in cogitando fuissem: respondi tandem nõ uideri mihi: signi ficari eam rem posse uno nomine. Et iccirco iuncta oratione: quid uellet græcum: id uerbũ parauerã dicer̃. Ad multas igit̃ res agressio:

earumq; omnium rerum actio πολυπραγμοσύνη inq̄ græce di-
citur: de qua hunc librum compositum esse: inscriptio ista indicat.
Tum ille opicis uerbis meis inchoatis: & inconditis abductus uirtu
tem quidem esse πολυπραγμοσύνην: id est curiositatem. Horta
tur inquit nos profecto nescio quis hic Plutarchus ad negocia ca
pessenda: & ad res obeundas plurimas: cum industria: & celeritate.
Nomenq; ipsius uirtutis: de qua loquuturus esset: libro ipsi: sicuti
dicis: non ĩcommode præscripsit. Minime inq̄ uero: neq; enim ista
omnino uirtus est: cuis græco nomine argumentum hoc libri demõ
stratur. Neq; id: quod tu opinare: aut ego me dicere sētio: aut Plu
tarchus facit. Deterret enim nos hoc quidem in libro q̄potest maxi
me: ab auaritia: promiscuaq;: & nõ necessaria rerũ eiuscemodi plu-
rimarum: & cogitatione: &petitione. Sed huius inq̄: tui erroris cul-
pam esse intelligo in mea scilicet infacundia: qui ne pluribus quidē
uerbis potuerim non obscurissime dicere: quod a græcis pfectissime
uno uerbo: & planissime dicitur.

Quid significat in ueteribus prætorum edictis: quod fluīna retā
da publice redempta habent. Caput. xvii.

Edicta ueterum prætorum sedentibus forte nobis in bibliothe
ca tēpli Traiani: & aliud qd reqrentibus: cũ in manus incidis
sent: legere: atq; cognoscere libitum est. Tum in quodam edicto an
tiquiore ita scriptũ inuenimus. Qui flumina retanda publice redēp
ta habent: siquis eorum ad me adductus fuerit: q dicatur: quod eũ
ex lege locatioĩs facere oportuerit: nõ fecisse. Retãda igit quid esset:
quærebat. Dixit ibi quispiã nobiscũ sedens amicus meus ĩ libro se
Caii de origīe uocabulo℞ septimo legisse. Retas uocari arbores: quæ
aut ex ripis fluminũ corruerēt: aut ĩ alueis eo℞ extarēt. appellatasq;
esse a retibus: quod prætereũtes naues impedirēt: & quasi retinerēt.
Iccirco sese arbitrari: retãda flumĩa locari solita esse: id ē purgãda:
neqd aut moræ: aut periculi nauibus ĩ ea uirgulta ĩcidētibus fieret.

Qua pœna Draco atheniēsis ĩ legibus: qs populo atheniēsi scrip
sit: fures afficeret. Et qua postea Solõ: & qua ĩ decēuiri nři: q. xii.
tabulas scripserũt. Atq; ĩibi adscriptũ ꝙ apud egyptios furta licita:
& permissa sũt. Apud lacedæmonios autem cum studio quoq; af-
fectata: & pro exercitio utili celebrata. Ac præterea. M. Catonis de
puniendis furtis digna memoria sententia. Caput. xviii.

DRaco athenienſis uir bonus: multaq; eſſe prudentia exiſtimatus iuriſq; diuini: & humani peritus fuit. Is draco leges: quibus athenienſes uterentur: primus omniū tulit. in illis legibus furē cuiuſcūq; mōi futuri ſupplicio capitis puniendū eſſe: & alia pleraq; nimis ſeuere cenſuit: ſanxitq; . Eius igitur leges: quōiam uidebātur impendio acerbiores: nō decreto: iuſſoq;: ſed tacito: illitteratoq; athenienſium conſenſu: oblitterate ſunt. Poſtea legibus aliis mitioribus a Solone cōpoſitis uſi ſunt. Is Solon ex ſeptem illis inclytis ſapientibus fuit. Is ſua lege in fures: nō ut Draco antea mortis: ſed dupli pœna uindicandum exiſtimauit. Decemuiri autem noſtri: qui poſt reges exactos leges: quibus populus romanus uteretur: in. xii. tabulis ſcripſerunt. Neq; pari ſeueritate in puniendis omnium generum furibus: neq; remiſſa nimis leuitate uiſi ſunt. Nam furē: qui manifeſto furto prehenſus eſſet: tum demum occidi permiſerunt: ſi aut cum faceret furtum: nox eſſet: aut interdiu ſe telo: cum prehenderet: defenderet. Ex cæteris autem manifeſtis furibus: liberos uerberari addiciq; iuſſerūt ei: cui factum furtum eſſet. ſi modo id luci feciſſēt: neq; ſe tello defēdiſſēt. ſeruos itē furti manifeſti præhenſos uerberibus affici: & e ſaxo præpcipitari. ſed pueros impuberes prætoris arbitratu uerberari noluerūt: noxāq; ab his factā ſarciri

Ea quoque furta: quæ per lācem: liciumq; cōcepta eſſēt: perinde ac ſi manifeſta forent: uindicauerūt. Sed nunc a lege illa decēuirali diſceſſū eſt. Nam ſiquis ſuper manifeſto furto iure: & ordine expiri uelit: actio in quadruplū datur. Manifeſtum autem furtum eſt: ut ait Maſurius: quod deprehenditur: dum fit. faciēdi finis eſt: cū perlatum eſt: quo ferri cœperat. Furti cōcepti: item oblati: tripli pœna eſt. Sed quod ſit oblatum: quod conceptum: & pleraq; alia ad eam rem: ex egregiis ueterum moribus accepta: neq; inutilia cognitu: neq; iniucunda: qui legere uolent: inuenient Sabini librum: cui titulus eſt de furtis. In quo id quoq; ſcriptum eſt: quod uulgo inopinatum. Non hominum tantum: neq; rerū mouentium: quæ auferri occulte: & ſurripi poſſunt: ſed fundi quoq;: & ædium fieri furtum. Condemnatum quoq; furti colonum: qui fundo: quem conduxerat uēdito: poſſeſſione eius dominum īteruertiſſet. Atq; id etiam: quod magis īopinabile ē: Sabinus dicit. Furem eſſe hominis iudicatū qui cū fugitiuus præter oculos domini forte iret: obtentu

togæ: tanq̄ se amiciens: ne uideretur a domino obstitisset. Aliis dein de furtis omnibus: quæ nec manifesta appellantur: pœnam impo-suerunt dupli. Id etiam memini legere me in libro Aristonis iure cō sulti: haud quaq̄ indocti uiri: apud ueteres ægyptios: quod genus homines constat: & in artibus reperiendis solertes extitisse: & in co-gnitione rerum indaganda sagaces: furta omnia fuisse licita: & im punita. Apud lacedæmōios quoq; sobrios illos: & acres uiros: cuius rei non adeo ut ægyptiis fides longinq̄ est: non pauci: neq; ignobi-les scriptores: qui de moribus: legibusq; eorum memoriam cōdide-runt: ius atq; usus fuisse furandi dicunt. Idq; a iuuentute eorum: non ob turpia lucra: neq; ad sumptum libidini præbendum: com-parandamue opulentiā: sed pro exercitio: disciplinaq; rei bellicæ: fa ctitatum. Quod & furādi solertia: & assuetudo acueret: obfirmaret q; animos adolescentium: & ad insidiarum astus: & ad uigilādi to lerantiam: & obrependi celeritatem. Sed. n. M. Cato in oratione: quam de præda militibus diuidenda scripsit: uehementibus: & illu stribus uerbis de impūitate peculatus: atq; licentia conqueritur. Ea uerba quoniam nobis impēse placuerunt adscripsimus. Fures in-quit priuatorum furtorum in neruo: atq; ī cōpedibus ætatē agunt. Fures publici ī auro atq; ī purpura. Quam caste autem & q̄ religio se a prudentissimis uiris: quid esset furtum: definitum sit: prætere-undum non puto: Nequis eum solum esse furem putet: qui occul-te tollit: aut clam surripit. Verba sūt Sabini ex libro iuris ciuilis se cundo. Qui alienam rem attrectauit: cum id se inuito domino fa cere iudicare deberet: furti tenetur. Item alio capite. Qui alienum tacens: lucri faciendi causa sustulit furti obstringitur: siue scit cuius sit siue nescit. Hæc quidem sic in eo: quo nūc dixi libro: Sabinus scripsit: de rebus furti faciendi causa attrectatis. Sed meminisse de bemus secundum ea: quæ suprascripsi: furtum sine ulla quoque at trectatione fieri posse: sola mente: atque animo: ut furtum fiat: an nitēte. Quocirca ne id qdem Sabinus dubitare se ait: qn dominus furti sit cōdēnādus: qui seruo: suo uti furtum faceret: imperauit.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER VNDECIMVS.

NVnciatum quodam est Phauorino philosopho nobis præsentibus uxorē auditoris: eiusdatorisq; sui paululum ante enixam: auctumq; eum esse nato filio. Eamus inquit: & puerperam uisum & patri gratulatū. Is enim erat loci senatorii ex familia nobiliore. Imus ūa & qui tū aderamus. Prosecutiq; eum sumus ad domum: quo pergebat. & cū eo simul introgressi sumus. Tum in primis ædibus complexus hominem: cōgratulatusq; assedit atq; ibi percontatus est q̄ diutinum puerperium: & q̄ laboriosi nixus fuissent. Puellamq; defessam labore: ac uigilia somnum capere cognouit: fabulari instituit prolixius. Et nihil inquit dubito: quin filium lacte suo nutritura sit. Sed cum mater puellæ parcēdum esse ei diceret: adhibendasq; puero nutrices: ne ad dolores: quos in enitendo tulisset: munus quoq; nutricationis graue ac difficile accederet. Oro te inquit mulier sine eam totam integram esse matrem filii sui. Quod ē enī hoc cōtra naturam imperfectum: atq; dimidiatum matris genus? peperisse: ac statim a sese abiecisse? Aluisse in utero sāguine suo nescio qd quod non uideret? non alere suo lacte: quod uideat iā uiuentem? iam hominem? iam matris officia implorantē? An tu quoq; inquit putas: naturā fœminis: mamarum ubera: quasi quosdam neuulos uenustiores: non liberorum alendorum: sed ornandi pectoris cā dedisse? Sic enī quod a uobis scilicet abest: pleræq; istæ prodigiosæ mulieres: fontem illum sanctissimum corporis generis humani educatorem arefacere & extinguere cum periculo quoq; auersi: corruptiq; lactis laborant tāq̄ pulchritudinis sibi insigna deuenustet. Quod quidē faciūt eadem uecordia: q̄ quibusdam comméticiis fraudibus nitūtur: ut fœtus quoq; ipsi in corpore suo concepti aboriātur: ne æquor illud uētris irrugetur: ac de grauitate oneris: & labore partus fatiscat. quod cū sit publica detestatione: cōmuniq; odio dignum in ipsis hoīem primordiis: dū fingit: dū animat inter ipsas artificis naturæ māus interfectum ire: quātulum hinc abest: iā perfectum: iam genitum: iā filiū ꝓprii: atq; cōsueti: atq; cogniti sanguinis alimonia priuare? Sed nihil interest (hoc enim dicitur) dū alat: & uiuat cuius id lacte fiat. Cur igit iste qui hoc dicit: si in capessendis naturæ sensibus: tā

obsurduit: nõ id quoq; nihil itereſſe putat: cuius ĩ corpore: cuiusq; ex ſanguine cõcretus homo: & coalitus ſit? An q a ſpiritu multo: & calore exalbuit: non idem ſanguis eſt nunc in uberibus: cum utero fuit? Nonne hac quoq; in rẽ ſolertia naturæ euidens eſt: ꝙ poſtea q̃ ſanguis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus hominis finxit: aduentante iam partus tẽpore in ſupernas ſe partis profert. & ad fouẽda uitæ: atq; lucis rudimenta præſto eſt. & recẽs natis: notum & familiarẽ uictum offert? Quamobrem nõ fruſtra creditũ ẽ: ſicuti ualeat ad fingendas animi: corporisq; ſimilitudines uis: & natura ſeminis: non ſecus ad eãdẽ rem: lactis quoq; ingenia & proprietates ualere. Neq; in hominibus id ſolum: ſed in pecudibus quoq; animaduerſum. Nam ſi ouium lacte hædi: aut capraꝝ agni alerentur: conſtat ferme in his: lanam duriorem: in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam: & frugibus maior plerunq; uis: & poteſtas eſt ad earum indolem: uel detrectandam: uel augendã: aq̃ꝝ: atq; terrarum: quæ alunt: quam ipſius quod iacit̃ ſeminis. Ac ſæpe uideas arborem lætam: & nitentem in locum alium tranſpoſitam deterioris terræ ſucco deperiſſe. Quæ malum igitur ratio ẽ nobilitatem iſtam nati modo hominis: corpuſq; & animum: bene ingeniatis primordiis inchoatum: inſitiuo degeneriq; alimento lactis aliẽi corrumpere? Præſertim ſi iſta: quam ad præbendum lac tũc adhibebitis: aut ſerua: aut ſeruilis: & ut plerũq; ſolet: externæ: & barbaræ natõis: ſi ĩproba: ſi informis: ſi ĩpudica: ſi tẽulenta ẽ. Nã plerumq; ſine diſcrimine: quæcunq; id temporis lactans eſt: adhiberi ſolet. Patiemurne igitur infantem hunc noſtrum pernitioſo contagio inſici? & ſpiritum ducere in animum: atq; ĩ corpus ſuum: ex corpore & animo deterrimo? Id hercle ipſum ẽ quod ſæpenumero mirãur: quoſdam pudicarum mulierum liberos: parẽtũ ſuoꝝ: neq; corporibus: neq; animis ſimiles exiſtere. Scite igitur & perite noſter Maro: ꝙ cum uerſus illos Homeri conſectaretur.

ὀυκἄρα σοίγε πατὴρ ἦν ἱππότα πηλεὺς:
ὀυδὲθέτις μήτηρ. γλαύκη δέ σ᾽ἔτικτε θάλασσα
πέτραι τἠλίβατοι. ὅτι τοι νόος ἐςὶν ἀπηνής. Id eſt:
Non eques ipſe pater fuerat tibi mehercule peleus:
Non thetis eſt genitrix: glaucum te protulit æquor:
Ariæq; rupes: mens ꝙ tibi dura: feroxq; eſt.

Haud partionem solam tanq̄ illam: quam ille sequebat: sed alitu/ram quoque feram: & sæuam criminatus est. Addidit enim hoc de suo: Hircaneque admorunt ubera tigres. Quoniam uidelicet ī moribus īolescēdis magnā fere partem ingeniū altricis: & natura lactis tenet. Quæ iam a principio imbuta paterni seminis concretione: ex matris etiam corpore & animo recentem indolē configurat. Et præter hæc autem: quis illud etiā negligere: aspernariq; possit: q̄ quæ partus suos deserunt: ablegantq; a sese & aliis nutriendos dedunt: uinculum illud coagulumque animi: atque amoris: quo parentes cum filiis natura consociat: interscindunt: aut certe quidē diluunt: deteruntque. Nam ubi infantis aliorsum dati: facta ex oculis amo/litio est: uigor ille maternæ flagrantiæ sensim atque paulatim resti guitur. Omnisq; īpatientissimæ sollicitudinis strepitus consilescit. Neque multo minor a mādati ad nutricem aliā filii: q̄ morte amissi obliuio est. Ipsius quoq; infantis affectio animi: amoris: cōsuetudinis in ea sola unde alitur: occupatur: & perinde: ut in expositis usu uenit: matris quæ genuit: neque sensum ullum: neq; desiderium capit. Ac p̄pterea oblitteratis & abolitis natiuæ pietatis elemētis: quicquid ita educati liberi amare patrem: & matrem uidentur: magnam fere partem: nō naturalis ille amor est: sed ciuilis: & opiabilis. Hæc Phauorinum dicentem audiui græca oratione: cuius sententias communis utilitatis gratia: q̄tum meminisse potui: retuli. Amœnitates uero & copias ubertatesque uerborum: latina omnis facundia uix quidem indipisci potuerit: mea nequaq̄.

¶ Quod Anneus Seneca iudicans de. Q. Ennio: deq;. M. Tullio leui: futiliq; iudicio fuit.

¶ Caput. ii.

DE Anneo Seneca p̄ti existīant: ut de scriptore minime utili. Cuius libros attīgere: nullū precium operæ sit. Quod oratio eius uulgaris uideat: & protrita. Res atq; sentētiæ: aut ut inepto: inaniq; impetu sint: aut ut leui: & quasi dicaci argutia. Eruditio aūt uernacula: & plebeia nihilq; ex ueterū scriptis habēs: neq; grãæ: neq; dignitatis. Alii uero elegantiæ quidē in uerbis parū esse non īficias eunt. Sed & re℞: quas dicat: sententiam: doctrinamq; ei nō deesse dicunt: & ī uitiis mo℞ obiurgandis: seueritatem: grauitatemq; non īuenustā. Mihi de omni eius ingenio: deq; omni scripto iudicium

censuráq; facere nõ necessum est. Sed quod de. M. Cicerone: &. Q. Ennio: &. P. Virgilio iudicauit: ea res cuiusmodi sit ad consideran dum ponemus. In libro enim. xxii. epistolarũ moralium: quas ad Luciliũ composuit: deridiculos uersus. Q. Ennium de Cethego an tiquo uiro fecisse hos dicit.

Dictus tollis popularidus olim
Qui cum uiuebant homines: atq; æuum agitabant:
Flos delibatus populis: & suadá medulla.

Ac deinde scribit de iisdem uersibus uerba hæc. Admiror eloquẽtis simos uiros: & deditos Ennio: pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe inter bonos eius uersus: & hos refet. Atq; id etiam de Cicerone dicit. Non miror inquit fuisse qui hos uersus scriberet: cum fuerit: qui laudaret. Nisi forte Cicero summus orator agebat causã suã: & uolebat hos uersus uidere bonos. Postea hoc etiã addidit insulsis sime: Apud ipsũ quoq; inquit Ceceronem inuenies etiam in prosa oratione quædam: ex quibus intelligas illum nõ perdidisse operã: ꝙ Ennium legit. Ponit deinde quæ apud Ciceronem reprehendit: quasi enniana: ꝙ ita scripserit in libris de republica: ut Menelao La coni quædam fuit suauiloquens iucũditas: Et quod alio in loco di xerit: Breuiloquentiam in dicendo colat. Atq; ibi nugator homo Ciceronis errores deprecatur. & non fuit inquit Ciceronis hoc uitiũ sed temporis. Necesse erat hæc dici: cũ illa legerentur. Deinde ascri bit Ciceronem hæc ipsa interposuisse: ad effugiendam ĩfamiam ni mis lasciuæ orationis & nitidæ. De Virgilio quoq; eodem ĩ loco uer ba hæc ponit. Virgilius quoq; noster non ex alia causa duros quos dam uersus: & enormes: & aliqd supra mensuram trahentis ĩterpo suit: q̃ ut ennianus populus agnosceret in nouo carmine antiqui tatis aliqd. Sed iam uerborum Senecæ piget. Hæc tamen inepti: & insipidi: & insulsi hominis ioca non præteribo. Quidam sunt ĩquit tam magni sensus. Q. Ennii: ut licet scripti sint ĩter hircosos: pos sunt tamen inter unguẽtatos placere. Et cum reprehendisset uersus quos supra de Cethego posuimus: q huiusmodi ĩquit uersus amãt liceat sibi: & eosdẽ admirari: & Sotherici lectos. dignus sane Seneca uideatur lectione: ac studio adolescentiũ: qui honorem coloremq; ueteris oratõis Sotheri lectis cõpararit: quasi minimæ scilicet grtiæ

& relictis iam:contemptiſque. Audies tamen commemorari: ac referri pauca quædam: quæ ipſe idem Seneca benedixerit. Quale eſt illud quod in hominem auarum: & auidum: & pecuniæ ſitientem dixit. Quid enim refert quãtum habeas? multo illud plus ẽ: quod non habes. Bene hoc ſane bene. Sed adoleſcentium indolem: non tam iuuãt quæ benedicta ſũt: q̃ inficiunt: quæ peſſime. Multoque magis: ſi & plura ſint: quæ deteriora ſunt. Et quædam in his nõ ꝓ ἐνθυμήματι id eſt commentatione aliqua rei paruæ ac ſimplicis ſed in re ancipiti: pro conſilio dicuntur.

¶ Lictoris uocabulũ qua ratione conceptũ: ortumque ſit. & ſuper eo diuerſæ ſententiæ Valgi ruffi: & Tullii Ciceronis liberti acceptæ.

¶ Caput tertium.

Valgius Ruffus ĩ ſecundo librorum: quos ĩſcripſit de rebus per epiſtolã quæſitis: lictorem dicit a ligãdo appellatum eſſe ꝙ cum magiſtratus populi romani: uirgis quempiam uerberari iuſſiſſent: crura eius: & manus ligari uincirique a uiatore ſolita ſint. Iſque qui ex collegio uiatorum officiũ ligãdi haberet: lictor ſit appellatus. utiturque ad eam rem teſtimonio. M. Tullii. uerbaque eius refert ex oratõe: quæ dicta eſt pro. C. Rabirio. Lictor ĩquit colliga manus. Hæc ita Valgius: & nos ſane cum illo ſentimus. Sed Tyro Tullius. M. Ciceronis libertus lictorem uel a lino uel a licio dictum ſcripſit. Licio enim tranſuerſo: quod linium appellatur: qui magiſtratibus inquit præ miniſtrabant: cincti erant. Siquis autem eſt: qui propterea putet probabilius eſſe: quod Tyro dixit: quõiam prima ſyllaba in lictore: ſicuti in licio producta eſt: & ĩ eo uerbo: quod eſt ligo: correpta eſt: nihil ad rem iſtam pertinet. Nam ſic a ligãdo lictor: ut a legendo lector: & a uincẽdo uictor: & a tuendo tutor: & a ſtruendo ſtructor: ꝓductis: quæ corripiebant᷑ uocabulis dicta ſunt

¶ Ex. Q. Ennii ſeptimi annalium uerſus q̃bus depingitur finiturque ingeniũ: comitaſque hominis minoris erga amicũ ſupiorẽ.

¶ Caput quartum.

Eſcriptũ: definitũque ẽ a. Q. Ennio ĩ annali ſeptĩo graphice admodũ. ſciteque ſub hiſtoria Gemini Seruilii: uiri nobilis. quo ĩgenio: qua cõitate: qua modeſtia: qua fide: qua lĩguæ pſimonia: q̃ loquẽdi opportunitate: quãta reꝝ ãtiquaꝝ: morũque ueteꝝ: ac nouoꝝ ſcientia: quãtaque ſeruãdi tuẽdique ſecreti religiõe. Qua

libus deniq; ad minuẽdas uitæ molestias: fomẽtis: leuam̄tis: solatiis amicum esse conueniat hominis genere: & fortuna superioris. Eos ego uersus non minus frequenti: assiduoq; mẽoratu dignos puto: q̄ phõꝝ de officiis decreta. Ad hæc odor quidā uetustatis ī his uersibus tā reuerendus est: suauitas tam impromiscua: tāq; ab oī fuco remota est: ut mea quidem sentẽtia pro antiquis: sacratisq; amiciciæ legibus obseruandi: tenẽdi: colendiq; sint. Quapropter ascribẽdos eos existimaui. Siquis iam statim desideraret.

Hocce locutus: uocat: qui cum bene sæpe libenter
Mensam: sermonesq; suos: reꝝq; suarum
Comiter impartit: magna cum lapsa diei
Pars foret: e summis rebus: paruisq; regundis:
Parte fuisset: de paruis: summisq; gerendis
Consilio: induforo: lato: sanctoq; senatu
Cui res audacter magnas: paruasq;: iocumq;:
Eloqueret: quæ tincta malis: & quæ bona dicto
Euomeret: siquid uellet tutoq; locaret:
Quo cum multa uolup: ac gaudia: clamq;: palamq;:
Ingenium cui nulla malum sententia suadet:
Vt faceret facinus lenis: haud malus: idem
Doctis: fidelis: suauis homo: facundus: suoq;
Contentus: atq; beatus: scitus: secunda loqueres: in
Tempore commodus: & uerborum uir paucorum:
Multa tenens antiqua: sepulta & sæpe uetustas
Quæ facit: & mores ueteresq;: nouosq; tenentem:
Multorum ueterum leges: diuumq; hominumq;
Prudentẽ. qui multa loquiue: tacereue posset.

Hunc interpugnas compellat seruilius sic: T. Helium Scillonem dicere solitum ferunt. Q. Ennium de semetipso hæc scripsisse: picturamq; istam moꝝ & ingenii ipsius. Q. Ennii factam esse.

¶ Sermo Tauri philosophi: de modo: atq; ratione tolerandi doloris: secundum stoicorum decreta. ¶ Caput. v.

CVm delphos ad pythia: cõuẽtūq; totius fermæ græciæ uisẽdū philosophus Taurus iret: nosq; ei coītes essemus: iq; eo itiẽr lebadiā uenissemus: quod ẽ oppidū atticum: ī terra boetia: Affert ibi ad Taurum: amicum eius quẽpiam nobilem in stoica disciplina

philosophū ægra ualitudine oppressum decūbere. Tūc omisso iti
nere: quod alio maturandum erat: & relictis uehiculis: pergit eum
propere uidere. Nosq; de more: quem in locum cumq; iret: secuti
sumus. Et ubi ad ædes: in quibus ille ægrotus erat: puenimus: uide
mus hominē doloribus: cruciatibusq; allabi: quod græci χωλον:
idest laxū intestinum dicunt: & febri simul adrapida afflictari: ge-
mitusq; ex eo compressos erumpere: spiritusq; & āhelitus e pecto
re eius euadere: nō dolorem magis indicantes: q̄ pugnam aduersus
dolorē. Post deīde cum Taurus: & medicos accersisset: collocutusq;
de facienda medela esset: & eum ipsum ad retinendam patientiam
testimoīo tolerantiæ: quam uidebat: perhibito: stabilisset: egressiq;
deīde ad uehicula: & ad comites rediremus: Vidistis īquit Taurus
non sane iucūdum spectaculum: sed cognitu tamen utile congredi
entes: compugnantesque philosophū & dolorem. Iaciebat uis illa:
& natura morbi: quod erat suum: distractationem: cruciatumque
membrorum. Faciebat contra ratio: & natura animi: quod erat æq;
suū. Perpetiebatur: & cohibebat: coercebatque intra sese uiolētias
effrenati doloris. Nullos eiulatus: nullas complorationes: ne ullas
quidem uoces indecoras edebat. Signa tamen quædam (sicut uidis
tis) existebāt uirtutis & corporis de possessione hominis pugnātiū.
Tum e sectatoribus Tauri iuuenis in disciplinis philosophiæ non
ignarus. Si tanta inquit doloris acerbitas est: ut contra uoluntatē:
contraque iudicium animi nitatur: in uitiumque hominem cogat
ad gemendum: confitendumque de malo morbi sæuientis: cur do
lor apud stoicos indiferns esse dicitur: non malum? Cur deinde aut
stoicus homo cogi aliquid potest: aut dolor cogere: cum & dolorē
stoici nihil cogere: & sapiētem nihil cogi posse dicant? Ad ea Taur
us uultu iam propemodum lætiore: delectatus enim iam uidebat
illecebra quæstionis. Si iam amicus inquit hic noster melius ualer-
et: gemitus eiusmodi necessarios a calumnia defendisset: & hāc op
inor tibi quæstionem dissoluisset. Me autem scis cum stoicis non
bene conuenire: uel cum stoica potius disciplina. Est enim pleraq;
& sibi & nobis incōgruens: sicut in libro: quē super ea re composui
mus: declarat. Sed ut tibi a me mos gerat: dicā ego indoctius ut ai
ūt: & aptius: quæ fuisse dicturū puto siuosius; atq; solertius: siqs
nūc adesset stoicoꝝ. Nosti. n. credo uerbū illud uetus: & puulgatū.

ἀμαθέστερον πῶς εἶπε. καὶ σαφέστερον λέγε. id ē ĩdoctius rudiusq; quodãmodo loquere: & apertius: ac clarius fare. atq; hĩc exorsus de dolore: atq; gemitu stoici ægrotãtis ita disseruit. Natura ĩquit omnium rerum: quæ nos genuit induit nobis: inoleuitq; ĩ ipsis statim principiis: quibus nati sumus: amorem nostri: & caritaté: ita prorsus: ut nihil quicq̃ esset carius: pensiusque nobis: q̃ nosmetipsi. Atq; hoc esse fundamentũ rata est conseruandæ hominũ perpetuitatis: si unusquisq; nostrum: simulatq; editus in lucé foret: harum prius rerũ sensũ: affectionéq; caperet: quæ a ueteribus philosophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν: id est secũdum naturam pría appellata sũt: ut oibus scilicet corporis sui cõmodis gauderet: ab incõmodis oibus abhorreret. Postea p ĩcreméta ætatis exorta e séinibus suis ratio est: & utendi cõsilii reputatio: & hõestatis utilitatisq; uere cõtéplatio: subtiliorq;: & exploratior cõmodorũ delectus: atq; ita præ cæteris omnibus enituit: & præfulsit decori & honesti dignitas. Ac si ei retĩendæ obtinendæue incõmodum extrinsecus aliquod obstaret: contemptum est. Neq; aliud esse: uere & simpliciter bonum: nisi honestum. Aliud quicq̃ malum: nisi quod turpe esset: existĩatum ē. Reliqua omnia quæ in medio forent: ac neq; honesta essent: neq; turpia: neq; bona esse: neq; mala decretum est. Productiones tamen: & relationes suis quæq; momentis distinctæ: diuisæq; sunt. Quæ προηγούμενα καὶ ἀποπροηγούμενα ipsi uocãt. Propterea uoluptas quoq;: & dolor: quod ad finem ipsum bene: beateq; uiuendi pertinet: & in mediis relicta: & neq; ĩ bonis: neq; in malis iudicata sunt. Sed enĩ quoniã his primis sésibus doloris: uoluptatisq; ãte consilii: & rationis exortũ recens natus hõ imbutus ẽ: & uoluptati quidam natura conciliatus: a dolore auté quasi a graui quodã inimico abiũctus: alienatusq; ẽ: iccirco affectiões istas primitus penitusq; ĩditas: ratio post addita: conuellere: obstirpare: atq; extinguer̃ uix potest. Pugnat auté cum iis semper: & exultãtes eas opprimit: obteritq;: & parere sibi: atq; obedire cogit. Itaq; uidistis philosophum ratione decreti sui nixum cum petulantia morbi: dolorisque exultantia colluctantem: nihil cedentem: nihil confitétem: neq; ut pleriq; dolentes solét eiulãtem: atque laẽntantem: ac miserų sese. & ĩfelicé appellãté: sed acres tãtũ ãhelitus & robustos genitus edenté: signa: atq; ĩdicia ñ uicti: neq; oppressi a dolore sed uicer̃ eũ: atq;

opprimere enitentis. Sed haud ſcio inquit: an dicat aliquis: ipſum illud quod pugnat: quod gemit: ſi malum dolor nõ eſt: cur neceſſe eſt gemere: & pugnare. ¶ Quia enim omnia quæ non ſũt mala: moleſtia quoq; omni non carent: ſed ſunt pleraq; noxa quidam magna: & pnitie priuata: qa ñ ſũt turpia. Contra naturæ tñ mãſuetudinẽ: lenitatẽq; oppoſita ſũt: & ĩfeſta: p obſcurã quandã ipſius naturæ conſequentiã. Hæc ergo uir ſapiẽs tolerare: & contari poteſt: non omnino ſenſum ſui amittere poteſt. ἀναλγησία: ideſt ĩdolentia enim: atq; ἀπάθεια: ideſt impaſſibilitas: non meo tantũ ĩquit: ſed quorundã etiam ex eadem porticu prudentiorum hominũ: ſicuti iudicio Panætii grauis atq; docti uiri ĩprobata: abiectaq; eſt. Sed cur contra uoluntatem ſuam gemitus facere cogitur philoſophus ſtoicus: quem nihil cogi poſſe dicunt. Nihil ſane poteſt cogi uir ſapiens: cum eſt rationis obtinendæ locus. Cum uero natura cogit: ratio quoq; a natura data cogitur. Quære etiam ſi uidetur: cur alicuius manu ad oculos ſuos repẽte agitata ĩuitus conniueat? Cur fulgente cælo a luminis iactu: non ſua ſponte: & caput: & oculos declinet? Cur tõitru uehemẽtius facto ſenſim pauefcat? Cur ſternutamentis quatiatur? Cur aut in ardoribus ſolis æſtuet? aut cur in pruinis ĩmanibus obrigeſcat? Hæc & enĩ: & pleraq; alia nõ uoluntas: non conſilium: nec ratio moderatur? ſed naturæ: neceſſitatiſq; decreta ſũt. Fortitudo autem non ea eſt: quæ cõtra naturam mõſtri uice nititur: ultraq; modum eius egreditur: aut ſtupore animi: aut immanitate: aut quadam miſera & neceſſaria in perpetiendis doloribus exercitatione. Qualem fuiſſe accepimus ferum quendam ĩ ludo Cæſaris gladiatorem: qui cum uulnera eius a medicis execabantur: ridere ſolitus fuit. Sed ea uera: & proba fortitudo eſt: quã maiores noſtri ſciẽtiã eſſe dixerunt: & rerum tolerandarum: & non tolerandarum. Per quod apparet eſſe quædam intolerabilia: quibuſ fortes uiri: aut obeũdis abhorreant: aut ſuſtinendis. Cum hæc Taurus dixiſſet: uidereturq; in eãdem rem plura etiam dicturus peruentum eſt ad uehicula: & cõſcendimus.

Quod græci ænigma dicũt: latini antiqui ſcirpos appellauerũt. ¶ Caput ſextum:

QVæ græci dicũt ænigmata: hoc genus qdã ex nr̃is ueteribus ſcirpos appellauerũt. Quale ẽ quod nup ĩueniĩus pħercle

antiquū perq̄lepidum tribus uerbis senariis compositum ænigma: quod reliquimus inenarratum: ut legentium coiecturas. inrequirē do acueremus. Versus tres hi sunt.

Semel minus ne: an bis minus sit: non sat scio:
An utrunq; eorum: ut quondam audiui: ipsi
Dicer Ioui regi noluit cōcedere.

Hoc qui nolet diutius apud se quærere: inueniet quid sit ī. M. Varronis de sermone latino ad Marcellum. ii. libro.

¶ Quam ob causam Cn. Dolobella proconsul: ream mulierem ueneficii: confitentemq; ad areopagitas reiecerit. Caput. vii.

AD Cn. Dolobellam proconsulari imperio prouinciam asiam obtinentem: decucta mulier smyrnæa est. Eandem mulier uirum: & filiū eodem tempore uenenis clam datis uita interfecerat: atq; id fecisse se cōfitebat̄ Dicebatq; habuisse se faciendi causā: qm̄ ille idē maritus & filius alteꝝ filiū mulieris ex uiro priore genitū adolescētē optiu;: & innocentissimū exceptū īsidiis occidissent. Idq; ita eē factū cōtrouersia nō erat. Dolobella retulit ad consiliū. Nemo quisquam ex consilio sentētiā ferre ī causa tā ancipiti audebat: qꝓ & cōfessum ueneficium: quo maritus & filius necati forēt: non admittendum impunitu; uidebatur: & digna tamen pæna in homines sceleratos uindicatum fuisset. Dolobella eam rem athenas ad areopagitas: ut ad iudices grauiores exercitatioresq; reiecit. Areopagite cognira causa: acusatorem mulieris: & ipsam qnæ accusabatur centesimo anno adesse iusserunt. Sic neq; absolutum mulieris ueneficium est: quod per leges non licuit: neq; nocens damnata: punitaq;: quæ digna uenia fuit. Scripta hec historia est in libro Valerii Maximi factorum: dictorumq; memorabilium octauo.

Reditiones in gratiam nobilium uirorum memoratu dignæ.
¶ Caput octauum.

PAfricanus superior: &: Ti: Gra. Ti: &: C. Grachorum pater rerum gestarum magnitudine: & honorum atq; uitæ dignitate illustres uiri dissenserūt sæpenumero de rep. & ea: siue qua alia re non amici fuerunt. Ea simultas cum diu mansisset: & solenni die Ioui epulum libaretur. atq; ob id sacrificiū senatus in capitolio epularetur: sors fuit ut apud eandem mensam duo illi iunctim locarentur. Tunc quasi diis īmortalibus arbitris in conuiuio Iouis

optimi maximi dextras eorum cōducētibus: repente amicissimi facti: neq; solum amicitia incepta: sed affinitas simul īstituta. Nā. P. Scipio filiam uirginem habens: iam uiro maturam: ibi tunc eodem in loco despondit eam Tib. Graccho: quem probauerat: elegeratq; exploratissimo iudicii tempore dum inimicus est. Aemilius quoq; lepidus: & Fuluius Flaccus nobili generē: amplissimisq; honoribus: & summo loco ī ciuitate præditi: odio īter se graui: & siultate diutina conflictati sunt. Postea populus eos simul censores facit. Atq; illi ubi uoce preconis renunciati sunt: ibidē in campo statim nōdū dimissa conciōe ultro uterq;: & pari uoluntate cōiūcti: complexiq; sunt. Exq; eo die: & ī ipsa censura: & postea iugi cōcordia fidissime: amicissimeq; uixerunt.

¶ Quæ dicantur uocabula ancipitia. Et q honoris quoq; uocabulum ancipiti sententia fuerit. ¶ Caput. ix.

Est plurifariam uidere: atq; animaduertere ī ueteribus scriptis pleraq; uocabula: quæ nunc ī sermonibus uulgi unā: certāq; rem demonstrent: ita fuisse media: & ī cōmuni: ut significare: & capere possent duas inter sese res contrarias. Ex quibus quædā satis nota sunt: ut tempestas: ualitudo: facinus: dolus: gratia: industria. Hæc enim fere iam uulgatum est ācipitia esse: & utroq; uersus dici posse. Periculum etiam: & uenenum: & contagium: non uti nunc dicuntur: pro malis tantum dicta esse: multum exemplorum eiusmodi reperias. Sed honorem quoq; mediam uocē fuisse: & ita appellatum: ut etiam malus honos diceretur: & significaret iniuriam. id profecto rarissimum est. Q. autem Metellus Numidicus in oratione: quam de triumpho suo dixit: his uerbis usus est. Qua ī re quāto uniuersi me unum antestatis: tāto uobis: q̄ mihi maiorem iniuriam atq; contumeliam facit quirites. Et quanto probi īiuriam facilius accipiunt: q̄ alteri tradunt: tanto ille uobis: q̄ gratiā mihi: peiorem honorem habuit. Nam me iniuriā fere: uos facere uult quirites: ut hic conquestio: istic uituperatio relinquatur. Honorē īquit peiorem uobis habuit: q̄ gratiam mihi: cuius uerbi sententia est: q̄ ipse quoq; supra dicit. maiore uos affecit iniuria: & contumelia: q̄ me. Præter huius autem uerbi notionē: adscribendam esse hanc sētentiam ex oratiōe. Q. Metelli existimaui: ut definiremus Socratis esse decretum ἀδικιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι: Id est Peius

esse iniuriam facere:q̃ acciper. ¶ Caput.x.

¶ Quod æditimus uerbum latinum fuit.

AEditimus uerbum latinum est:& uetus:ea forma dictum: q̃ finitimus:& legitimus. Sed pro eo a plerisq; nũc æditúus dr̃: noua & commenticia usurpatione:quasi a tuendis ædibus appellatus. Satis hoc esse potuit admonẽdi gratia dixisse: propter agrestes quosdam:& ĩdomitos certatores:qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur. M. Varro in libro secundo:ad Marcellum de latino sermone æditimum dici oportere censet magis:q̃ æditúum: q; alterum sit recenti nouitate fictum:alterum antiqua origine incorruptum. Leuinius quoq;(ut opinior)ĩ protesilaodomia claustritimum dixit:qui claustri ianuæ præesset:eadem scilicet figura: qua æditimum dici uidebat:qui ædibus præest. In Verrem. M· Tullii ĩ exemplaribus fidelissimis ita ĩueni scriptum. Aeditimi custodesq; mature sentiunt. In libris autem uulgaris æditui scriptum est. Põponii fabula attellana est:quæ ita inscripta est æditimus:in qua hic uersus est.

Qui postq̃ tibi appareo:atq; æditumor in templo tuo?

. T. autem Lucretius ĩ carmine suo pro æditúis æditúẽtes appellat:

Onerataq; passim

Cuncta cadaueribus cælestum templa manebant.

Hospitibus loca:quæ complerant æditúentes.

¶ Errare istos:qui spe:& fiducia latendi peccent:cum latebra peccati perpetua nulla sit. Et super ea re Peregrini philosophi sermo ex Sophoclis poete sententia. ¶ Caput.xi.

PHilosophũ nomine Peregrinũ:cui postea cognomentũ Proteus factum est:uirum grauem:atq; constantẽ uidimus: cũ athenis essemus:diuersantem in quodam tugurio extra urbẽ. Cũq; ad eum frequenter uentitaremus:multa hercle dicere eum utiliter: & honeste audiuimus:in quibus id fuit:quod præcipuum auditu meminimus Virũ quidem sapientem:non peccaturum esse dicebat etiam si peccasse eum dii:atq; homines ignoraturi forent. Nõ enĩ pœnæ aut infamiæ metu non esse peccandum:sed iusti: honestiq; studio:& officio. Siqui tamen non essent tali uel ingenio:uel disciplina præditi:uti se ui sua:ac sponte facile a peccãdo tenerent:eos omnis tũc peccare procliuius existimabat:cũ latere posse id peccatũ

putarent:impunitatēq; ex ea latebra sperarent. At si sciāt īquit ho-
mines: nihil omniū rerꝫ diutius posse celari: suppressius: prudenti
usq; peccabitur. Propterea uersus istos Sophoclis prudētissimi poe
tarum in ore esse habendos dicebat.
πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν ὡς ἅπανθ' ὁρῶν.
καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος. Id est
Hic nihil occule: quando cuncta tuens:
Et cuncta audiens: omnia reuelabit dies.
Alius quidā ueterꝫ poetarꝫ: cuius nomē mihi nunc memoriæ nō ē:
Veritatem temporis filiam esse dixit.
Faceta responsio. M Ciceronis amolientis a se crimen māifesti mē
dacii. ¶ Caput duodecimum.

HAec quoq; disciplīa rhetorica est: calide: & cum astu res crimi
nosas citra periculum cōfiteri: ut si obiectum sit turpe aliqd:
quod negari nō queat: responsione ioculari eludas: & rē facias risu
magis dignā: q̄ crimine. Sicut fecisse Ciceronem scriptum est: cum
id: quod inficiari nō poterat urbāo: facetoq; dicto diluit. Nā cum
emere uellet ī palatio dōum: & pecuniā ī præsens nō haberet: a. P.
Sylla: qui tum reus erat: mutua sextertium uicies tacite accepit. Ea
res tamē priusq̄ emeret: ꝓdita: & ī uulgus exiuit. Obiectūq; ei ē: ꝙ
pecuniā domus emēdæ cā a reo accepisset. Tū Cicero īopinata obꝓ
bratiōe ꝓmotus accepisse se negauit: ac domū quoq; se ēpturꝫ nega
uit. Atq; adeo inqt: uerꝫ sit accepisse me pecuniam: si domū emero.
Sed cū postea emisset: & hoc mendacium ī senatum ei ab inimicis
obiiceret̄: risit satis: atq; īterridēdum ἀκοινώνητοι id ē inciuiles: ī cō
ciliati īqt hoīes estis: cū ignoratis: Prudentis & cauti patrisfaīlias eē
quod emere uelit: ēpturū sese negare propter cōpetitores emptiōis.
¶ Intra calendas cum dicitur: quid significet. Vtrum ante calēdas
an calendis: an utrunq;? Atq; inibi: quid sit in oratione. M. Tullii:
ītra oceanum: & intra montem taurum: & ī quadam epistola ītra
modum. ¶ Caput terciumdecimum.

CVm romæ a cōsulibus iudex extra ordinem datus: pronunci
are intra calendas iussus essem: Apollinarem Sulpitium doc
tum hoīem pcōtatus sum: an his uerbis intra calendas ipsæ quoq;
calendæ tenerentur? Dixiq; ei me uidelicet datum iudicē: calēdasq;
mihi productas: ut intra eum diem pronunciarem. Cur inquit me

potius rogas: q̄ ex istis aliquē peritis: studiosisq; uiris: quos adhiberi in cōsiliū iudicaturi soletis? Tum illi ita ego respondi. Si aut de uetere inq̄ iure: aut recepto: aut cōtrouerso: aut ambiguo: aut nouo: aut cōstituto discendū esset: issem plane sciscitatū ad istos: quos dicis. Sed cū uerbo℞ latino℞ sententia: usus: ratio: explorāda sit: scæuus profecto: & cæcus animi forem: si cū haberē tui copiam: issem magis ad alium: q̄ ad te. Audi igit̄ iq̄t: de ratiōe uerbi qd existimē. Sed eo tamē pacto: ut id facias: nō quod ego de proprietate disseruero: sed ꝙ in ea re oīum: pluriumue consensu obseruari cognoueris. Non. n. uerborum tātū cōmunium ueræ: atq; propriæ significationes longiore usu mutāt̄: sed legum quoq; ipsarum iussa: cōsēsu tacito oblitterantur. Tū deīde disseruit me: & plerisq; aliis audiētibus: in hunc ferme modum. Cum dies inqt ita præfinita ē: ut iudex intra calēdas ꝓnūciet: Occupauit iam hæc omnes opinio non esse dubium: quin āte calēdas iure ꝓnūcietur. Et id tātū ambigi uideo: quod tu quæras: an calēdis quoq; iure ꝓnuncietur. Ipsum autem uerbum sic proculdubio natum ē: atq; ita sese habet: ut cū dr̄ intra calendas: non alius accipi dies debeat: q̄ solæ calendæ. Nā tres istæ uoces: intra: citra: ultra: quibus certi loco℞ fines demōstrantur: singularibus apud ueteres syllabis appellabantur: in: cis: uls. Eæ deīde particulæ: quoniam paruo: exiguoq; sonitu obscurius promebant̄: addita ē tribus omnibus eadē syllaba: & quod dicebāt̄: cis tiberim: & uls tiberim: dici cœptum est citra tiberim: & ultra tiberim. Item ꝙ erat ī accedēte eadē syllaba ītra factū ē. Sūt ergo hæc oīa quasi contermina iūctis inter se finibus cohærentia: intra oppidū: ultra oppidum: citra oppidum. ex quibus intra sicuti dixi: in significat. Nam qui dicit intra oppidum: intra cubiculum: intra ferias: nō dicit aliud: q̄ ī oppido: in cubiculo: in feriis. Intra calendas igitur: nō ante calendas: sed in calendis: id ē eo ipso die quo calendæ sūt. Itaq; secundum uerbi ipsius rationem qui iussus est: ītra calēdas ꝓnūciare: nisi calendis ꝓnunciet: contra iussum uocis facit. Nā si ante id fiat: nō intra id pronunciat: sed citra. Nescio aūt quo pacto recepta uulgo interpretatio est absurdissima: ut ītra calēdas significare uideatur: etiā citra calendas: & uel āte calendas. nihil. n. ferme ītereſt. Atq; insuper dubitat̄: an calendis pronunciari possit: quando neq; ultra: neq; citra: sed quod īter hæc medium est: ītra calendas: id ē ca

lendis pnunciandū sit. Sed nimirū cōsuetudo uicit: quæ cum omnium domina reꝝ: tū maxime uerboꝝ ē. Ea omnia cū apollinaris scite perq̄: atq; enucleate disputauisset: tum ego hæc dixi. Cordi īq̄ mihi fuit: priusq̄ ad te irem quærere: explorareq;: quonā modo ueteres nr̄i particula ista: qua de agit̄ usi sint: atq; ita īuenimus Tulliū in tertia in Verrem scripsisse. Est autē modo locus intra oceanū iā nullus: neq; tā lōgīquius: neq; tā recōditus: quo nō per hæc tempora nostrorum hominum libido: īiquitatisq; peruaserit. Intra oceanū dicit contra rationem tuam. Non enim uult (opinor) dicere in oceano. Terras enim dem onstrat omnis: quæ oceano ambiuntur: ad quas a nr̄is hominibus adiri potest: quæ sūt citra oceanum: nō in oceano. Neq; enim uideri potest insulas significare nescio quas: quæ penitus esse intra æquora ipsa oceani dicunt̄: Tunc Sulpitius Apollinaris renidens: nō nimis hercule inargute inquit: nec īcallide opposuisti hoc Tullianū: sed Cicero intra oceanum: non ut tu īterpretare citra oceanum dixit. Quid enim potest dici citra oceanum esse: cum undiq; oceanus circūscribat omnis terras: & ābiat? Nam citra quod est: id extra ē. Qui autem pōt intra esse dici: quod extra est? Sed si ex una tātū parte orbis oceanus foret: citra oceanum esse dici potest: uel ante oceanum. Cum uero omnis terras omnifariam & undiq; uersū circūfluat: nihil citra eū ē: sed undarū illius ābitu terris omnibus conuallatis: in medio eius sunt omīa: quæ ītra oras eius inclusa sunt. Sicuti hercle sol nō citra cælū uertitur: sed ī cælo: & intra cælum. Hæc tunc Apollinaris scite: acuteq; dicere uisus est. Sed postea in libro. M. Tullii epistolaꝝ ad Ser. Sulpitiū sic dictū esse inuenimus: intra modū: ut intra calendas dicunt: qui dicere citra calēdas uolunt. Verba hæc Ciceronis sūt quæ apposui. Sed tam̄ quoniam effugi eius occasionē: qui fortasse arbitraretur: me hāc rē īperite nō putare: si ppetuo tacerē: modice hoc faciā. Aut etiam ītra modū: ut & illius uolūtati: & meis studiis seruiam. Modice dixerat hoc faciam: id ē cum modo æquo: & pari. Deinde quasi hoc displiceret: & corrigere id uellet: addidit. Aut etiā intra modū: per quod minus sese ostendit id facturum esse: q̄ quod fieri modice uideret̄: .i. non ad ipsū modum: sed retro paululum: & citra modū: In oratione etiā quā: pro. P. Sestio scripsit intra montē Taurum sic dicit: ut non significet in monte tauro: sed usq; ad montem taurum

cum ipso mõte. Verba sũt hæc ipsius. M. Tullii ex ea quã dixi orõe Antiochum magnũ illũ maiores nostri magna: belli cõtẽtione: terra: mariq; superatũ: ĩtra mõtem taurum regnare iusserũt. Asiã qua illum mulctarũt: Attalo: ut is ĩ ea regnaret: condonarũt. Intra mõtẽ ĩquit taurum regnare iusserũt: quod nõ pinde ẽ: ut ĩtra cubiculũ dicimus: nisi uideri potest id esse intra mõtẽ: quod ẽ intra regiones quæ tauri montis obiectu separãt. Nã sicuti: qui intra cubiculum est: is nõ in cubiculi parietibus: sed intra parietes est: qbus cubiculũ includitur: qui tamen ipsi quoq; parietes in cubiculo sunt. Ita qui regnat intra montẽ taurum: non solum in monte tauro regnat: sed in iis etiam regionibus: quæ tauro monte clauduntur. Nunc igitur secundum istam uerborum. M: Tullii similitudinẽ: qui iubet ĩtra calendas pronunciare: is & ante calendas: & ipsis calendis iure pnũtiare potest. Neq; id fit quasi priuilegio quodam inscite consuetudinis: sed certa rationis obseruatione: cũ omne tempus quod calendarum die includitur: intra calendas esse recte dr.

Saltẽ particula quã uim habeat: & quam originẽ. Caput. xiii.

SAltem particula: quam haberet principalem significatioẽm: quæq; uocis istius origo esset: quærebamus. Ita enĩ primitus factam esse apparet: ut quæ uideatur: sicuti quædam supplementa orationis temere: & incondite assũptæ. Atq; erat qui diceret legisse se in grammaticis commentariis. P. Nigidii: saltem ex eo dictum: quod esset: si aliter. Idq; ipsum dici solitum per defectionem. Nã plenam esse sententiam: si aliter non potest. Sed id nos in iisdem commentariis Nigidii: cum eos non (opinor) incuriose legissemus: nusq̃ inuenimus. Videntur autem uerba ista: Si aliter nõ potest: a significatione quidem uoculæ huius: de qua quærimus: non abhorrere. Sed tot uerba tamen in paucissimas litteras cludere: improbæ cuiusdam subtilitatis est. Fuit etiam qui diceret homo in libris: atq; in litteris assiduus: Saltem sibi dictum uideri. u. media littera extrita. Salutem enim ante dictum: quod nos saltem diceremus. Nam cum alia quædam petita: & non impetrata sunt: Tum solemus inquit: quasi extremum aliquid petituri: quod negari minime debeat: dicere: hoc saltem fieri: aut dari: oportere: tanquam salutem postremo petentes: quam & impetrari certe: & optineri sit æquissimum. Sed hoc itidem non illepide qui

dem fictum: nimis tamen esse uidetur commentitium. Censuius igitur amplius quærendum.

Quod Sisenna in libris historiarum aduerbii huiuscemodi sæpe numero usus est: celatim: uelitatim: saltuatim. Caput. xv.

CVm lectitaremus historiam Sisennæ assidue huiuscemodi figuræ aduerbia in oratione eius animaduertimus: cuiusmodi sunt hæc: cursim: properatim: celatim: uelitatī: saltuatim. Ex qbus duo prima: quæ sunt notiora exemplis non indigebant. Reliqua in historiarum sexto sic scripta sunt. Quammaxime: celatim poterat in insidiis suos dispōit. Item alio in loco. Nos una æstate in asia: & græcia litteris gesta: iccirco continentia mandauimus: ne uelitatim: aut saltuatim scribendo: lectorum animos impediremus.

AVLI GEL. NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DVODECIMVS.

Cicero in primo antonianarum ita scriptum reliquit: Hūc igitur ut sequerer properarui: quæ præsentes non sunt secuti. Nō ut proficeré aliqd (nec enim sperabam id: nec præstare poteram) sed ut siquid mihi humanitus accidisset (multa autem impendere uident: præter naturam etiam: prætérque factum) huius diei uocem: testem reip. relinquerem: meæ perpetuæ erga se uoluntatis. Præter naturam īqt: præterq; fatū. An utrūque idē ualere uoluerit? Fatum: atq; naturam? & duas res: αν θενος υποκειμενους πεπρωμενην. και φυσιν: id ē pro uno subiecto: fatum: & naturam posuerit? An uero diuiserit: separaritq;: ut alios casus natura ferre uideat: alios fatum: considerandū equidem puto? Atq; id maxime requirendū: qua ratione: dixerit: accidere multa humanitus posse præter fatum: quando sic ratio: & ordo: & īsuperabilis quædam necessitas fati constituitur: ut omnia ītra fatum claudēda sint: nisi illud sane Homeri secutus est.

μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον αἴδος εἰσαφίκηαι. idest

Neue obstante domum fato penetrabis auerni.

Nihil autem dubium est: quin uiolentam: & inopinatā mortem significauerit: quæ quidē potest recte uideri accidere: præter naturā.

Sed cur id quoq; genus mortis extra fatū posuerit:neq; operis hu
ius est explorare:neq; temporis. Illud tamē non prætermittendum
est:quod Virgilius quoq; idipsum quod Cicero de fato opinatus ē:
cum hoc in quarto libro dixit de Elysa:quā mortē p uim potita est.
Nam quia nec fato:merita nec morte peribat.
Tanq̄ in faciendo fine uitæ:quæ uiolenta sunt:non uideant̃ e fato
uenire. Demosthenis autem uiri prudentia pari:atq; facundia præ
diti:uerba idē fere sigificātia:de natu̾a atq; fato. M. C. secutus uidet̃.
Ita.n.scriptū ē ī orōe illa egregia:cui titulus ē περὶ στεφάνου .i. pro
corōa. ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγεννῆσθαι τὸν τῆς
εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον. θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ
πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν. ἀποθνήσ
κειν. ἐθελήσει. i. Nam qui parētibus tantū sēatū putat:fatalē:atq;
spontis suæ mortem manet. Qui uero etiam patriæ:ob id:ne in ser
uitutem redactā illam uideat:occūbere præoptabit. Quod Cicero
fatum:atq; naturā uidet̃ dixisse:id multo ante Demosthenes τὴν
πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον:id est fatalem: & spō
tis suæ mortem appelauit αὐτόματος:id ē suæ spōtis.n. θάνατος
.i. excessus:q̄si naturalis:& fatalis:nulla extrīsecus ui coactus uēit.
¶ Super poetaꝝ Pacuuii:& Accii colloquio familiari:in oppido ta
rentino. ¶ Caput secundum.
QVibus ocium & studium fuit:uitas atq; ætates doctoꝝ hōin
um quærere:& memoriæ tradere:de. M. pacuuio:&. L. Accio
tragicis poetis:historiam scripserunt huiscemodi:Cum Pacuuius ī
quiunt:grandi iam ætate:& diutino corporis morbo affectus:taren
tum ex urbe roma concessisset:Accius tunc haud paruo iunior:pro
ficiscens in asiam:cum in oppidum uenisset:diuertit ad Pacuuiū:
comiterque inuitatus:plusculisque ab eo diebus retentus:tragœdi
am suam:cui Atteus nomen est desideranti legit. Tum Pacuuium
dixisse aiūt:sonora quidē esse quæ scripsisset:& grādia. Sed uideri
ea tamē sibi duriora paulū:& acerbiora. Ita ē inquit Accius:uti di
cis. Neq; id sane me pœnitet. Meliora.n.fore spero:quæ deinceps
scribam. Nam quod in pomis est:itidem inquit esse aiunt in inge
niis:quæ dura & acerba nascūtur:post fiunt mitia & iucunda. Sed
quæ gignūtur statim uieta:& mollia:atq; a principio sunt uiuida:
non matura mox fiunt:sed putria. Relinquendum igitur uisum

est ingenio:quod dies:atq; ætas mitificet.

An uocabula:hæc:necessitudo:& necessitas:differēti significatōe sint?

Caput tertium.

RIsu prorsus:atq; ludo res digna ē:cum pleriq; grammaticorū asseuerant:necessitudinem:& necessitatem:mutare lōge differreq;. Ideo q necessitas sit uis quæpiam premēs: & cogens. Necessitudo autem dicatur ius quoddam:& uinculum religiosæ coniūctionis:Idq; unum solitarium significet. Sicut autem nihil quicq̄ interest :suauitudo dicas:an suauitas:sanctitudo:an sanctitas:acerbitudo:an acerbitas:acritudo:an quod Accius ī Neoptolemo scripsit acritas. Ita nihil rationis dici potest:quin necessitudo:& necessitas separentur. Itaq; in libris ueterum uulgo reperias necessitudinem dici:pro eo quod necessū est. Sed necessitas sāe p iure:officioq; obseruantiæ:affinitatisue infrequens est. Quanq̄ q ob hoc ipsū ius affinitatis:familiaritatisue coniucti sunt:necessarii dicunt. Repperi tamen in oratione. C. Cæsaris:qua planutiam rogationem suasit: necessitatem dictam pro necessitudine:id est iure affinitatis. Verba hæc sunt. Equidē mihi uideor pro nostra necessitate:nō labore:nō opera:nō industria defuisse. Hoc ego scripsi de utriusq; uocabuli ī diffirentia admonitus forte uerbi istius:cum legerem. Sempronii Asellionis ueteris scriptoris quartum:ex historia librum:in quo de .P. Africano Pauli filio:ita scriptum est. Nam se patrē suū audisse dicere. L. Aemiliū Paulum:Pro nō nimis bonū īperatorē signis collatis decertare:nisi sūma necessitudo:aut sūma ei occasio data eēt.

Olympiadis Alexandri matris:comis:ac prudens ad filiū rescriptio.

Caput quartum.

IN pleriq; monumentis rerum ab Alexandro gestarum: & pauloante in libro. M. Varronis:qui inscriptus est Orestes: uel de insania:Olympiadem Philippi uxorē festiuissime rescripsisse legimus Alexandro filio. Nam cum ipse ad matrem ita scripsisset:Rex alexander Iouis Hammonis filius Olympiadi matri salutem dicit. Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam. amabo īqt mi fili quiescas:neq; deferas me:neq; criminere aduersum Iunonē. Malum mihi prorsum illa magnum dabit:cum me litteris tuis pellicem illi esse confiteris. Ea mulieris scite atq; prudentis erga ferocem filium comitas sensim:& comiter admonuisse eum uisa deponendam esse opinionem uanam:puā ille ingentibus uictoriis:&

adulantium blandimẽtis:& rebus ſupra fidẽ proſperis imbiberat: genitum eſſe ſeſe de Ioue.

¶ De Ariſtotele:& Theophraſto:& Menedemo philoſophis.deq; eleganti uerecundia Ariſtotelis ſucceſſorẽ diatribiæ ſuæ eligẽtis.

¶ Caput quintum.

ARiſtoteles philoſophus annos iã fere natus duos & ſexagĩta: corpore ægro affectoq;:ac ſpe:uitaq; tenui fuit. Tunc omnis eius ſectatorum cohors ad eum accedit:orantes:obſecrãteſq;:ut ipſe deligeret loci ſui:& magiſterii ſucceſſorem: quo poſt ſummum eius diem perinde ut ipſo uterentur ad ſtudia doctrinarum cõplenda:excolẽdaq;:quibus ab eo imbuti fuiſſent.Erant tunc ĩ eius ludo boni multi.Sed præcipue duo Theophraſtus:& Menedemus:ingenio ii atq; doctrinis cæteros præſtabant.Alter ex inſula leſbo fuit: Menedemus autem rhodo.Ariſtoteles reſpondit factu℞ eſſe:quod uellent:cũ id ſibi foret tẽpeſtiuũ.Poſtea breui tempore:cũ iidem illi:qui de magiſtro deſignãdo petierãt:præſentes eſſent: Vinum ait quod tum biberet:non eſſe id ex ualitudine ſua:ſed inſalubre eſſe: atq; aſperum: ac propterea quæri debere exoticum:uel rhodium aliquod uel leſbiũ.Id ſibi ut℞q; ut curarẽt petiuit. Vſu℞q; eo dixit quod ſeſe magis iuuiſſet. Eunt:curant:inueniunt:afferunt. Tum Ariſtoteles rhodium petit:deguſtat.Firmum inquit hercle uinũ:& iucũdũ.Petit mox leſbiũ:quo item deguſtato:utrunq; ĩqt oppido bonũ.Sed ηδιων ο λεσβιος:id ẽ ſuauius leſbiũ.Id ubi dixit:nemini fuit dubium:quin lepide ſimul & uerecunde:ſucceſſorem illa uoce ſibi:nõ uinum delegiſſet.Is erat e leſbo Theophraſtus:hõ ſuauitate inſigni lĩguæ pariter:atq; uitæ.Itaq; nõ diu poſt Ariſtotele uita defũcto ad Theophraſtũ omnes conceſſerunt.

¶ Quid ueteres latini dixerũt:quas græci προσῳδιας:id ẽ uocũ moderamenta appellant.Et item quod uocabulum barbariſmi nõ uſurpauerint:neq; romani antiquiores:neq; attici. ¶ Caput.vi.

QVas græci προσῳδιας:id eſt accẽtus.dicunt:eas ueteres docti:tum notas uocum:tũ moderamẽta:tum accentiunculas: tum uoculationes appellabãt.Quod nũc autẽ barbare quẽ loq dicimus: id uitiũ ſermoĩs:nõ barbarũ eſſe:ſed ruſticum:& cũ eo uitio loquentes:ruſtice loqui dictitabãt.P.Nigidius in cõmentariis grãmaticis.Ruſticus fit ſermo ĩqt:ſi aſpires pperã. Itaq; id uocabulũ

quod dicitur uulgo barbarismus: qui ante diui Augusti ætatem pu
re atq; integre: locuti sunt: an dixerunt: nōdum æq̄dē iueni.

¶ Diuersum de natura leonū dixisse Homerum in carminibus: & Herodotum in historiis. ¶ Caput. vii.

LEænas inter omnem uitam semel parere. eoq; uno partu nūq̄ edere plures: q̄ unū Herodotus in. iii. historia scriptū reliq̄t. Verba ex eo libro hæc sunt. ἡ δὲ λέαινα ἐὸν ἰσχυρότατον καὶ θρα σύτατον. ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἐν τίκτουσα. γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας τὸ δὲ αἴτιον τούτου. τοῦτ᾽ ἐστὶν ἐπεὰν ὁ σκύμ νος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινεύμενος· ὁ δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους. ἀμύσσει τὰς μήτρας. αὐξαν όμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐξικνέεται καταγράφων πέλας τε δὴ ὁ τόκος ἐστί: καὶ τὸ παράπαν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς οὐδέν. i. Cum autem animalium acerrimum sit leæna: & audacissimum: se mel omnino in uita: & unum parit. Enitendo. n. cum fœtu pariter matricem proiicit. Rei uero huiusce causa est: q̄ cum in matrice ma nens motitari incipit catullus: motus ille unguiculis præmūitus fe rarū longe omnium acutissimis matricem discerpit: tū in maius cō tinuo augescens: multo magis dilanians prodit: instante uero iam nixu: prorsum relinquit eorum integrum & sanū nihil. Homerus autem leones sic. n. fœminas quoq; uirili genere appellat: quod grā matici ἐπίκοινον: idest promiscuū uocant pluris gignere: atq; edu care catulos dicit. Versus quibus hoc aperte demonstrat hi sunt.

ἑστήκει ὥς τίς ε λέων περὶ οἷσι τέκεσιν
ὥρα τε νήπια γοντι. συναντήσονται ἐν ὕλη
ἄνδρες ἐπακτῆρες. Idest
Vtq; leo in silua stabat sua pignora circum:
Cui manus occurset catulos nemus inter agenti
Venatrix accincta uirum. ¶ Item alio ī loco idē significat.

πυκνὰ μάλα στενάχων ὥς τε λὶς ἠϋγένειος
ὥ ῥα θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
ὕλης ἐκ πυκινῆς. ὁ δὲ τ' ἄχνυται ὕστερος ἐλθὼν
πολλὰ. δέ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν
εἴ ποθεν ἐξεύροι. μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ. Idest
Crebra gemens nimium: tanq̄ leo uiribus ingens
Faucibus: absenti uenator si catulum audax

Abripuit denſo in ſaltu:dolet acre:ſequenſq;
Deinde nemus uerſat:ſcrutant ueſtigia:ſiquo
Verſa uiri inueniat:coquit illum bilis amara. Item alio
πυκνὰ μάλα ςενάχων ὥςε λὶς ἠυγένειος.
ὡρα θ᾽ ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσ᾽ ἀνὴρ
ὕλης ἐκ πυκινῆς. Id eſt
Crebra gemens nimium:tanq̃ leo uiribus ingens
Faucibus:abſenti uenator ſi catulum audax
Abripuit denſo ĩ ſaltu. Ea nos diſſenſio atq; diuerſitas cũ agitaret
inclytiſſimi poetaꝝ: & hiſtoricorũ nobiliſſimi:placuit libros Ariſ-
totelis phĩ ĩſpici:quos de aĩalibus exquiſitiſſime cõpoſuit:ĩ qbus
qđ ſup iſta re ſriptũ ĩueireĩus:cũ ipſius Aariſtotelis uerbis ĩ his com
mẽtariis ſcribereĩus. Verba Are. hæc ſũt ex. li. de hiſtoria aĩaliũ. vi.
λέων δὲ ὅτι μὲν ὀχεύει ὄπισθεν καὶ ἔςιν ὀπισθουρητικὸν. εἴρηται
πρότερον: ὀχεύει δὲ καὶ τίκτει οὐ πᾶσαν ὥραν. καθ᾽ ἕκαςον μέν
τοι ἐνιαυτόν. τίκτει μὲν οὖν τοῦ ἔαρος τίκτει δ᾽ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δύο
τὰ μέντοι πλεῖςα ἕξ. τίκτει δ᾽ ἐνίοτε καὶ ἕν. ὁ δὲ λεχθεὶς μῦθος πε
ρὶ τοῦ ἐκβάλλειν τὰς ὑςέρας τίκτοντα ληρώδης ἐςίν. συνετέθη
δὲ ἐκ τοῦ σπανίους εἶναι τοὺς λέοντασ. ἀπορουντος τὴν αἰτίαν
τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος σπάνιον γὰρ τὸ γένος τὸ τῶν λεόντων
καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίνεται τόπῳ. ἀλλὰ τῆς εὐρώπης ἁπάσης ἐν
τῷ μεταξὺ τοῦ ἀχελώου καὶ τοῦ νέσου ποταμῶν. τίκτει δὲ καὶ ὁ
λέων πάνυ μικρὰ οὕτως. ὥςε δίμηνα ὄντα μόλις βαδίζειν οἱ
δ᾽ ἐν συρίᾳ λέοντες. τίκτουσι πεντάκισ. τὸ πρῶτον πέντε. εἶτα ἀεὶ
ἑνὶ ἐλάττονα. μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι οὐδὲν τίκτουσιν. ἀλλ᾽ ἄγο-
νοι διατελοῦσιν. οὐκ ἔχει δὲ ἡ λέαινα χαίτην ἀλλ᾽ ὁ ἄρρην λέ-
ων. βάλλει δ᾽ ὁ λέων τοὺς κυνόδοντας καλουμένουσ τέτταρας
μόνους δύο μὲν ἄνωθεν. δύο δὲ κάτωθεν. βάλλει δὲ δεκάμηνος
ὢν τὴν ἡλικίαν. Id eſt: Leoné auerſũ coire:urinãq; retro reddere dic-
tũ iã ẽ. Coit: & parit: nõ omĩ tẽpore. ſingulis tamen ãnis uere parit:
& magna ex pte geminos. Sed cũ plurimos: ſex catulos: nõnũq̃ eti-
am unũ. Quod de leæna fertur: uuluã cũ ptu emittere: delira fabu-
la eſt facta ex ea cã: ꝙ rarũ genus hoc aĩalis eſt. nec rõẽ cur ita eẽt cõ
p erire auctor ille fabulæ poterat. Raꝝ hoc. n. ẽ: nec multis naſcit᷑ lo
cis ſed europæ totius ea pte ſolũ: q̃ ĩter acheloũ ãnẽ & neſũ ẽ. Parit
leæna quoq; adeo puos: ut uix poſt ſecũdũ mẽſẽ ĩcipiãt ĩgredi leões

terræ syriæ qnqes uita: pariūt: primū quīq; post uero subinde pa-
uciors: deīde steriles degūt. Caret Leæna iuba. maris hæc propria ē.
dentes eos tātūmodo mutat leo: qui canini uocāt: quattuor: duos
superius: toridēq; inferius. idq; sexto mense ætatis fit.

Quod afrāius poeta prudenter & lepide sapientiam filiam esse usus & memoriæ dixit. Caput. viii.

AXimie hoc atq; uerissime Afranius poeta de gignēda: cōparā
daq; sapientia opinatus ē: q eā filiā eē usus & mēoriæ dixit.
Eo nāq; argumēto demōstrat: q sapiens esse re℞ hūana℞ uelit: nō
libris solis: neq; disciplīs rhetoricis dialecticisq; opus esse: sed opor
tere eū uersari quoq;: exerceriq; ī rebus cōminus noscēdis: piclitan
disq;. Et ea oīa acta: & euenta firmiter memīsse: & pinde sapere: ac
consulere: ex iis: quæ picula ipsa re℞ docuerūt: nō quæ libri tātum:
aut magñi p quasdā īanitates uerbo℞: & imaginū: tāq̄ mīmo: aut
ī somnio delectauerunt. Versus.

Afranii sunt in togata: cui sellæ nomen est.
Vsus me genuit: mater peperit memoria.
Sophiam uocant me graii: uos sapientiam.

Item uersus est ī eādē ferme sententiā Pacuuii: quē Macedo phūs
uir bonus: familiaris meus scribi debere cēsebat p foribus oīū tem
plo℞. Ego odi homīes: ignaua opa: & philosopha sētētia. Nihil. n.
fieri posse indignius: neq; intolerātius dicebat: q̄ q homines igna-
ui: ac desides: opti barba: & pallio: mores & emolumēta phīæ: i lin-
guæ uerbo℞q; artes cōuerterent: & uitia facundissime accusarent:
intercutibus ipsi uitiis madentes.

Quid Tullius Tyro ī commentariis scripserit de suculis: & hyadibus: quæ sunt stella℞ uocabula. Caput. ix.

TVllius Tyro. M. Ciceronis alūnus: & libertus: adiutorq; in
lrīs studio℞ eius fuit. Is libros cōpluris de usu & rōne līguæ
latiæ: itē de uariis atq; pmiscuis q̄stioibus cōposuit. In iis eē preci
pui uidēt: quos græco titulo πανδέκτας. i. pmiscua & oīmoda cō
tinēte libros īscripsit: tāq̄ ōne re℞: atq; doctrīa℞ gēus continentis.
Ibi de iis stellis: quæ appellāt suculæ: hoc scriptū ē Adeo īqt ueteres
rōaī lrās græcas nesc uer. & rudes grecæ līguæ fuerūt: ut stellas quæ
in capite tauri sunt. propterea suculas appellarint: q eas ὑάδας
græci uocāt: tanq̄ id uerbū latinū: græci uerbi īterpretamētū sit: qa

græce ὕες sues latīe dicāt. Sed ὑάδας inqt᷑ ὀυκ ἀπὸ τῶν ὑῶν: id ē ñ a suibus: ita ut nñi rupici putauerūt: sed ab eo: quod ē ὕω: id ē pluo appellarūt. Nā & cū oriūt᷑: & cū occidūt: tēpestates: pluuias: largosq; hymbres ciēt. Pluere autē græca lingua ὕειν dr̄. Hæc quidē Tyro ī pandectis. Sed. n. ueteres nñi: ñ eousq; rupices & agrestes fuerūt: ut stellas hyadas. iccirco suculas nōīarēt: ꝙ ὕεσ latīe sues dicāt᷑: sed ut quod græci ὑπερ nos super dicimus: quod illi ὕπτιοσ nos supinus: quod ὑφορβόσ nos subulcus: quod item illi ὕπνοσ nos prīo symnus. deinde per. y. græce latinæq;. o. lr̄æ cognationē sōnus. Sic quod ab illis ὑάδεσ a nobis prīo syades: deinde suculæ appellatæ. Stellæ aūt istæ nō ī capite tauri sūt: ut Tyro dicit. Nullū. n. uidet᷑ præter eas stellas tauri caput: sed eæ ita circulo: qui zodiacus dr̄ sitæ locatæq; sūt: ut ex eaꝝ positu species quædā: & simulacꝝ esse uideat᷑ tauri capitis. Sicuti cæteræ ptes: & reliq̄ ymago tauri cōformata: & q̄si depicta ē locis: regiōībusq; eaꝝ stellaꝝ: q̄s græci πλειάδασ nos uergilias uocamus.

Quid sororis ἔτυμον: id est rectā interpretationē dixerit Labeo Antistius. & quid fratris Nigidius. Caput. x.

LAbeo Antistius iuris qdē ciuilis disciplīā prīcipali studio exercuit: & cōsulētibus de iure publice respōsitauit. cæterarum quoq; boaꝝ artiū ñ expers fuit. Et ī grāmaticā sese: atq; dialecticā: lr̄asq; ātiqores: altioresq; penetrauerat. latīaꝝq; uocū origines rōesq; pcalluerat. Eaq; præcipue scīa ad enodādos plerosq; iuris laqueos utebat᷑. Sūt adeo libri post mortē eius editi: qui posteriores īscribūt᷑. Quoꝝ libroꝝ tres cōtīui trigesīusoctauus: trigesīusnōus: & q̄dragesīus pleī sūt id gēus reꝝ ad ēarrādā: & illustrādā līguā latīā cōducētiū. Præterea ī libris quos ad prætoris edictū scripsit: multa posuit: partī lepide: atq; argute repta: sicuti hoc ē: quod ī. iiii. ad edictū libro scriptum legīus. Soror īquit appellata ē: ꝙ quasi seorsum nascit᷑: separat᷑q; ab ea domo: ī q̄ nata ē: & ī aliāfāiliā trāsgreditur. Fratris autē uocabulū. P. Nigidius hō impense doctus: non minus arguto: subtiliq; ἐτύμω id est recto interpretamento interpretatur: Frater inquit est dictus: quasi fere alter.

Quem. M. Varro iustum: aptūq; eē numeꝝ cōuiuam existimarit. Ac de mensis secundis: & de bellariis. Caput. xi.

LEpidissimus liber ē. M. Var. ex satyris menippæis: q īscribit᷑

Nescis qd uesp serus uehat. i quo disserit de apto cōuiuarꝝ nūero: deq; ipsius cōuiuii hītu cultuq;. Dicit autē cōuiuarꝝ nūerꝝ incipere oportere a grarꝝ nūero: & ꝑgredi ad musarꝝ: id ē ꝑficisci a tribus: & cōsistere i nouē: ut cū paucissimi cōuiuæ sūt: nō pauciores sint q̄ tres: cū plrimi non plres q̄ nouē. Nā multos iqt esse non cōuenit: qꝛ tba plerūq; ē tbulēta. Et romæ qdē constat: sed athenis . nusq̄ aut plres cubāt. Ipsū deinde cōuiuiū cōstat inqt ex rebus q̄ttuor. Et tū deniq; oībus suis nūeris absolutū ē: si belli homūculi collecti sūt: si lectus locus: si tēpus lectū: si apparatus nō neglectus. Nec loq̄ces aūt inqt cōuiuas: nec mutos legere opportet. Quia eloquētia i foro & apud subsellia. Silentiū uero nō in conuiuio: sed in cubiculo esse debet. Sermōes igit id tpris habēdos censet: nō sup rebus āxiis: aut tortuosis: sed iucūdos: atq; iuitabiles: & cū q̄dā illecebra: & uolup-tate utiles: ex qbus ingeniū nrm uenustius fiat: & amœnius. Quod ꝑfecto inqt eueniet: si de id genus rebus ad cōmunē uitæ usū perti nentibus cōfabulemur: de qbus i foro: atq; in negociis agendis loq nō ē ociū. Dominū aūt inqt cōuiuii esse opportet nō tam lautū: q̄ sine sordibus. Et in cōuiuio legi nō omīa debent: sed ea potissimū quæ simul sint βιωφελῆ: id est uitæ utilitatibus cōducentia: & de-lectent. Neq; nō de secūdis quoq; mēsis cuiusmodi esse eas opor teat præcipit. His. n. uerbis utit. Bellaria inquit ea maxime sūt mel lita: quæ mellita non sunt πεμμασιν: id ē placētis & bellariis. n. cū πέψει: id ē cū panibus secūdæ mensæ societas īfida. Quod Varro i hoc loco dixit bellaria: neqs forte in ista uoce hereat. Significat id uocabulū ōne mēsæ secūdæ gēus. Nā quæ πραγήματα græci: aut πεμματα dixerīt: ea ueteres nri bellaria appllauerūt. Vīa quoq; dul ciora est iuenire in cōœdiis antiqoribus hoc noīe appellata: dictaq; esse ea Liberi bellaria.

¶ Tribunos plebis prehensionem habere: uocationem nō habere.
¶ Caput duodecimum.

IN q̄dā epistola atheii Capitonis scriptū legīus Labeonē An-tistiū legū atq; morꝝ po. ro. iurisq; ciuilis doctū appri efuisse. Sed agitabat iqt hoiē libertas q̄edā nimia & uecors usq; eo: ut di uo Augusto iā prīcipe: & rēp. obtiēte ratū tn̄: pēsūq; nihil hrēt nisi qꝺ iustū: sāctūq; ēe i rōāis ātiqtatibus legisset ac deīd narat qd idē la beo p uiatorē tri. pl. uocatus rn̄derit. cū a muliere iqt q̄dā tri. pl. ad

uersũ eũ aditi Gellianũ ad eũ misissent: ut ueniret: & mulieri respõ
deret. Iussit eũ q missus erat redire: & tribunis dicere: ius eos nõ hr̃e
neq; se neq; aliũ quem in cã uocandi: cũ moribus maiorꝝ tri. pl. pre
hensioné hr̃ent: uocationé non hr̃ent. Posse igit eos uenire: & prehẽ
di se iubere: sed uocãdi absentem ius nõ hr̃e. Cũ hoc in ea Capitõis
eplã legissemus ad ipsũ postea. M. Varroĩs reꝝ hũãꝝ uno & uicesi
mo libro enarratius scriptũ ĩuenĩus. Verbaq; ipsa sup ea re Varro
nis ascripsĩus. In magr̃atu inqt hẽnt alii uocatiõẽ: alii prehẽsioné:
alii neutꝝ. Vocationé: ut consules & cæteri q hẽnt ĩpiũ. Prehensio-
nem ut tri. pl. & alii qui hẽnt uiatorem. Neq; uocatiõem. neq; pre
hensiõem : ut quæstores: & cæteri: qui neq; lictorem hẽnt: neq; uia
torem. Qui uocationem hẽnt: iidem prehendere: tenere : abducere
possunt. & hæc oĩa: siue adsunt: quos uocãt: siue acciri iusserũt tri.
pl. uocationem hẽnt nullam. Neq; mĩus multi impiti perĩde: atq;
hr̃ent: ea sũt usi. Nam quidã non modo priuatum: sed etiam cõsu
lem ĩ rostra uocari iusserunt. Ego triumuir uocatus a portio tri. pl.
non iui: auctoribus principibus: & uetus ius tenui. Item tribunus
cum essem: uocari neminem iussi: nec uocatum a collega parere in
uitum: Huius ego iuris: quod. M. Varro tradit: Labeonem arbitror
uana tũc fiducia: cum priuatus esset uocatum a tribunis non isse.
Quæ malum autem ratio fuit uocantibus nolle obsequi quos con
fiteare ius habere prehendendi? Nã qui iure prehendi is etiam in uĩ
cula duci potest. sed quærentibus nobis quam ob causam tribuni q
hr̃ent sũmam coercendi potestatem: ius uocandi non habuerint: il
lud occurrit: q tri. pl. antiquitus creari uidentur: non iuri dicendo:
nec caĩs: querelisq; de absentibus noscendis: sed intercessionibus fa
ciendis: quibus præsentes fuissent: ut iniuria: quæ coram fieret: ar
ceretur. Ac propterea ius ad se uocandi ademptum: quoniam ut uĩ
fieri uetarent assiduitate eoꝝ: & præsentium oculis opus erat.

¶ Quod in libris humanarum. M. Varronis scriptum est: ædiles: & quæstores po. ro. in ius: a priuato ad prætorem uocari posse.

¶ Caput. xiii.

CVm ex angulis: secretisque librorum: ac magr̃orum ĩ mediũ
iam hoĩnum: & in lucem fori prodissem: quæsitũ esse memĩ
in plerisque romæ statiõibus ius publice docentium: aut respondẽ
tium: an quæstor po. ro. ad prætorem: ĩ ius uocari posset? Id autem

nõ ex ociosa quæstione agitabat̃:sed usus forte natæ rei ita erat : ut uocãdus eẽt ĩ ius quæstor. Nõ pauci igit̃ existĩabãt:ius uocatiõis in eũ:prætori nõ esse:quoniã magr̃atus po.ro.ꝑculdubio esset. Et ne q; uocari:neq; si uenire nollet capi:atq; prehendi:salua ipsius ma/gr̃atus maiestate posset. Sed ego qui tũ assiduus ĩ libris. M. Varronis fui:cũ hoc quæri:dubitariq; aĩaduertissẽ:ꝓtuli unũ & uicesĩũ reꝝ hũanaꝝ:ĩ quo ita scriptũ fuit. Qui potestatẽ neq; uocatiõis populi uiritĩ hñt:neq; prehensionis: eos magr̃atus a priuato in ius quoq; uocari est potestas. M. Leuinius ædilis currulis a priuato ad prætorem ĩ ius est eductus. Nũc stipati seruis publicis nõ mõ prehendi nõ possunt:sed etiã ultro sũmouent populũ. Hoc Varro in ea libri parte de ædilibus. Supra aũt ĩ eodem libro: Quæstores neq; uocationẽ hr̃e:neq; prehensionem dicit. Vtraq; igitur libri parte recitata in Varronis omnes sententiam concesserunt. quæstorq; in ius ad prætorem uocatus est.

Verba ex libro Messallæ auguris:quibus docet q̄ sint mĩores magistratus:& consulẽ:prætorẽq; collegas esse. & quædam alia de auspiciis: Caput. xiiii.

POmeriũ q̄d eẽt augures po.ro.q̄ libros de auspiciis scripserũt istiusmõi sẽtẽtia definierũt. Pomeriũ ẽ locus intra agrũ effatũ:ꝑ totius urbis circuitũ pene muros regiõibus certe is deter̃atus: qui facit finẽ urbaĩ auspici. Antiq̄ssimũ autẽ pomeriũ:quod a Romulo ĩstitutũ ẽ palatini mõtis radicibus ter̃abat̃. Sed id põeriũ ꝓ ĩcremẽtis reip. aliquotiẽs ꝓlatũ ẽ:& multos:editosq; colles circũplexũ ẽ. Habebat aũt ius ꝓferẽdi põerii:q̄ populũ.ro.agro d̄ hostibus capto auxerat. Propt̃ea quæsitũ ẽ:ac nunc etiã ĩ quæstiõe ẽ:q̄ ob causã ex septẽ urbis mõtibus:cũ cæteri sex ĩtra põeriũ sit:auẽtinus solũ:quæ p̄s nõ lõgĩq̄:nec ĩfrequẽs ẽ extra põeriũ sit. Neq; id Ser. Tullius rex:neq; Sylla:q̄ ꝓferẽdi põerii titulũ quæsiuit:neq; postea diuus Iulius:cũ põeriũ ꝓferret:ĩtra effatos urbis fĩes ĩcluserit. Huius Messalla aliquot cãs uideri scripsit. Sed præter eas õnis ipse unam ꝓbat:ꝙ ĩ eo mõte Remus urbis cõdẽdæ gr̃a auspicauerit:auesq; irritas hũerit:supatusq; ĩ auspicio a Romulo sit. Iccirco inq̄t:õnes q̄ põeriũ ꝓtulerũt:mõtẽ istũ excluserũt:q̄si auibus obscenis ominosũ. Sed de auẽtino mõte prætermittẽdũ nõ putaui:ꝙ iãpridẽ ego ĩ Elidis grãmatici uetr̃is cõmẽtario offẽdi:ĩ quo scriptũ erat auẽtuũ

ātea ſicuti dixius extra pōeriū exclusū. Poſt auctore diuo Claudio receptū: & ītra pomerii fines obſeruatū. In edicto cōſulū: quo edicūt. Quis dies cōitiis centuriatis futurus ſit: ſcribit̃. Ex uetere forā ppetua neqs magr̃atus minor de cælo ſeruaſſe uelit. Quæri igit̃ ſolet: q ſint magr̃atus minores: ſup hac re meis uerbis nil opus fuit: quoniam liber. M. Meſſallæ auguris de auſpiciis primo: cum hæc ſcriberemus: forte affuit: ꝑpterea ex eo libro uerba ipſius Meſſallæ ſubſcripſimus. Patriciorum auſpicia ī duas ſūt poteſtates diuiſa. Maxīa ſunt conſulum: prætorum: cenſorum. Neq; tamen eoꝝ oīū inter ſe eadem aut eiuſdem poteſtatis: ideo ꝙ collegæ non ſunt cenſores cōſulū: aut prætorum. prætores conſulū ſunt. Ideo neq; cōſules aut prætores cenſoribus: neq; cenſores conſulibus: aut prætoribus t̃bāt: aut retinent auſpicia. At cenſores inter ſe: rurſus prætores cōſuleſq; inter ſe: & uitiāt: & obtiēt. Prætor & ſi collega cōſulis eſt: neq; prætoré: neq; conſulé iure rogare pōt: ut qdem nos a ſupioribus accepius: aut āte hæc tempora ſeruatū ē. Et ut ī cōmētario. xiii. C. Tuditani patet: quia impiū minus prætor: maius hēt conſul: & a minore īperio maius: aut a maiore collega rogare iure nō poteſt. Nos his temporibus prætores prætore creante ueteꝝ auctoritatem ſumus ſecuti: neq; his comitiis in auſpicio fuimus. Cenſores æque non eodem rogantur auſpicio: atq; conſules: & prætores. Reliquoꝝ magr̃atuum minora ſunt auſpicia. Ideo illi mīores: hi maiores magr̃atus appellantur. Minoribus creandis magr̃atibus: Tributis: comitiis: magr̃atus: ſed iuſtius curiata datur lege. Maiores centuriatis comitiis fiunt. Ex his oībus uerbis Meſſallæ manifeſtum fit: & qui ſint magr̃atus minores: & q̄obrem minores appellentur. Sed & collegā eſſe prætoré conſuli docet: ꝙ eodem auſpicio creantur. Maiora auté dicūt̃ auſpicia hr̃e: qa eoꝝ auſpicia magis rata ſunt: q̄ alioꝝ.

¶ Item uerba eiuſdem Meſſallæ differētis: aliud eſſe ad populum loq: aliud cum populo agere. & q magr̃atus a quibus auocent comitiatum eiuſdem capitis. xiiii. portio.

IDem Meſſalla in eodem libro de minoribus magiſtratibus ita ſcribit. Conſul ab omnibus magr̃atibus: & comitiatum: & conciōem auocare poteſt. Prætor & comitiatū &: conciōē uſq; q̄q; auocare poteſt: niſi a conſule. Minores magr̃atus nuſq̄: nec cōitiatum: nec conciōē auocare poſſunt. Ea re: q eorum primus uocat ad

comitiatū:is recte agit. Quia bifariā cū populo agi nō potest. Nec auocare alius alii posset: si concionē hr̃e uellet: uti ne cum populo agāt: q̄uis multi magr̃atus simul concionē hr̃e possunt. Ex his uerbis Messallæ manifestū est: aliud esse cum populo agere: aliud concionē habere. Nā cū populo agere: est rogare qd populū: ad quod suffragiis suis: aut iubeat: aut uetet. Concionem autem habere: est uerba facere ad populū sine ulla rogatione.

Humanitatē nō id significare: quod uulgus putat. Sed eo uocabulo q sinceriter locuti sunt: magis ꝓprie esse usos. Caput. xv.

QVi uerba latina fecerūt: qq; iis ꝓbe usi sūt: humanitatē nō id esse uoluerūt: quod uulgus existĩat. Quodq; a græcis φιλανθρωπια: id est erga hoĩes amor dr̃: & si sigĩficat dexteritatē q̄ndā: beniuolētiāq; erga omĩs homines promixtā. Sed humanitatem appellarunt id prope modū: quod græci παιδείαν uocāt: nos eruditionē: institutionēq; in bonas artes dicimus: q̄s q sinceriter cupiūt: appetūtq;: ii sunt uel maxime humaĩssimi. Huius. n. scientiæ cura: & disciplina ex uniuersis aĩātibus uni hoĩ data ēst. Iccircoq; humaĩtas appellata est. Sic igitur eo uerbo ueteres esse usos: & cū primis. M. Varrōē. M. que Tulliū: omnes ferme libri declarant. Quāobrē satis hūi unū interĩ exemplū ꝓmere. Itaq; uerba posui Varrōis: e libro reꝝ hūanaꝝ. i. cuius principiū hoc est. Praxiteles: q ꝓpter artificiū egregiū: nemini ē: paulū modo humaĩori ignotus. Humaniori ĩqt nō ita ut uulgo dr̃: facili: & tractabili: & beniuolo: tametsi rudis litteraꝝ sit (hoc. n. cū sententia neq̄q̄ conuenit) sed eruditiori doctioriq;: q Praxitelē: qd fuerit: ex libris & historia cognouerit.

Quid apud. M. Ca. significēt uerba hæc: ĩter os: & offā. Cap. xvi.

ORatio est. M. Catonis censorii: de ædilibus uitio creatis. Ex ea orõe uerba hæc sunt. Nūc ita aiunt in segetibus: & in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Sæpe audiui inter os atque offam multa iuteruenire posse. Verum inter offam atq; herbam ibi uero longum interuallum est. Euritius Clarus: qui præfectus urbi: & bis consul fuit: uir morum: litterarumq; ueterū studiosissimus ad Sulpitium Apolinarem scripsit: homĩem memoriæ nostræ doctissimum: quærere sese: & petere: ut sibi rescriberet: quænam esset eorum uerborum sententia. Tum Apollinaris nobis præsentibus (nam id temporis ego adolescens romæ sectabar eum

discendi gratia(rescripsit Claro:ut uiro erudito:breuissime. Vetus esse prouerbium īter os: & offā:idem significans:quod græcus ille παροιμιώδης:id est prouerbio tritus uersus.
πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.id est:
Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.

¶ Platonē tribuere Euripidi Sophoclis uersū. Et īueniri uersus uerbis iisdem:aut paucis syllabis īmutatis:apud diuersos poetas:temporibus uariis natos. ¶ Caput.xvii.

Versus est notæ uetustatis senarius.
σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.id est:
Sapientes tyranni sunt congressu sapientum.
Eum uersum Plato in theeteto Euripidis esse dicit. Quod qdē nos admodum miramur. Nam scriptum eum legimus in tragœdia Sophoclis: quæ inscripta est:αἴας ὁ λόκρος: id est Aiax locrensis. Prior autem natus fuit Sophocles:q̄ Euripides. Sed etiam ille uersus non minus notus γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ᾽ἐγώ.id est:
Senem senex ego teipsum erudiero. Et in tragœdia Sophoclis scriptus est:cui titulus est φιλοκτήτης:id est Philocteta: Et in bacchis Euripidis id quoq; animaduertimus apud Eschyllum ἐν τῷ πυρφόρῳ προμηθεῖ.i. in ignigero Prometheo. Et apud Euripidem in tragœdia:que inscripta est ἰνώ:id ē Ino: eundem esse uersum:absq; paucis syllabis. Eschylus sic.
σιγῶν τε ὅπου δεῖ.καὶ λέγων τὰ καίρια. Id est:
Tacēsq; ubi opus est:& opportuna loquens. ¶ Euripides ita.
σιγᾶν τε ὅπου δεῖ.καὶ λέγειν ἀσφαλές. Id est:
Silereq; ubi opus est:& tuto loqui.
Fuit autem Eschylus non breui antiquior.

¶ De genere atq; nominibus familiæ Portiæ. ¶ Caput.xviii.

Cum in domus Tiberiāæ Bibliotheca sederemus:ego:& Apollinaris Sulpitius:& alii quidam mihi aut illi familiares:platus forte liber est ita inscrptus. M. Catonis Nepotis. Tum quæri cœptum est:quisnam is fuisset. M. Cato Nepos. At ibi adolescens quispiam(quod ex eius sermone coniectare potui)non abhorrens a litteris. Hic inquit est. M. Cato:non cognomento Nepos:sed. M. Catonis censorii ex filio Nepos:qui pater fuit. M. Catonis prætorii uiri:qui bello ciuili uticæ necem sibi gladio manu sua consciuit. de

cuius uita liber est.M.Ciceroīs:qui īscribitur laus.M.Catonis quē in eodem libro :idem Cicero pronepotem fuisse dicit .M. Catonis Censorii.Eius igitur quem Cicero laudauit:pater hic fuit.M.Cato: cuius orationes feruntur inscriptæ.M.Catonis Nepotis.Tū Apol linaris(ut mos eius ī reprehēdendo fuit)placide admodū:leniterq;: Laudo inquit te mi fili:ꝗ in tantula ætate etiam:si hunc.M. Cato nem:de quo nūc quæritur:quis fuerit ignoras: auditiuncula tamē quadam de Catonis familia aspersus es. Nō unus autē:sed cōplu res.M.illius Catonis Censorii nepotes fuerunt geniti:non eodem patre.Duos enim.M.ille Cato:qui & orator:& cēsor fuit:filios ha buit :& matribus diuersos:& ætatibus longe dispares.Nam iā ado lescente altero: matre eius amissa:ipse quoq; iam multū senex : Sa lonii clientis sui filiam uirginē duxit in matrimonium . Ex qua na tus est ei.M.Cato salonianus.hoc enim illi cognomētum fuit:a Sa lonio patre matris datum.Ex maiore autem Catonis filio :qui præ tor designatus:patre uiuo mortuus est:& egregios de iuris disciplīa libros reliquit:nascitur hic:de quo quærit᷑.M.Cato. M.filius.M. Nepos.Is satis uehemens orator fuit.multasq; orationes ad exem plum aui scriptas reliquit.& consul cum.Q.Martio rege fuit. Inq; eo consulatu in africam profectus in ea prouincia mortē obiit. Sed is:non ita ut dixisti .M.Catonis prætorii uiri:qui se uticæ occidit: & quem Cicero laudauit:pater fuit. Nec quia hic Nepos Catonis Censorii: ille autem pronepos fuit:propterea necessum est:patrem hunc ei fuisse.Hic enim nepos cuius hæc modo prolata oratio est: filium quidē maiorē Catonē habuit:sed non eum:qui uticæ periit: sed qui cū ædilis currulis:& prætor fuisset in galliā narbonēsem ꝓ fectus :ibi uita functus est.Ex altero autem uiro Censorii filio:lon ge natu minore quē Salonianū esse appellatum dixi:duo nati sunt L.Cato:&.M.Cat.Is.M.Cato.tr.pl.fuit:& præturā petens mortē obiit.exq; eo natus ē.M.Cato prætorius qui se bello ciuili uticæ īter emit.de cuius uita :laudibusq;:cū.M. Tullius scriberet:pronepotē eum catonis censorii dixit fuisse.Videtis igitur hanc partē familiæ: quæ ex minore catonis filio progenita est :non solum generis ipsi us tramitibus :sed temporum quoq; spacio differre.Nam quia ille Salonianus :in extrema patris ætate:sicuti dixi: natus fuit:progna ti quoq; ab eo aliquanto posteriores fuerunt :ꝙ qui a maiore frarre

eius geniti erant. Hanc quoq; temporum differentiam facile aīma duerteris ex hac ipsa oratione: cum eā legetis. Hæc Sulpitius Apo linaris: nobis audientibus dixit: quæ postea ita esse: uti dixerat: co gnouimus: cum & laudationes funebres: & librum commētarium de familia portia legeremus.

Quod a scriptoribus elegantissīs maior ratio habita sit sonitus uocū: atq; uerborum iucundioris: quæ a græcis ἐυφωνία: id est uo calitas: consonantiaq; dicitur: q̄ regulæ disciplinæ: quæ a gramma ticis repta ē. Caput nonumdecimum.

INterrogatus est probus Valerius: quod ex familiari eius quo dā comperi: hasne urbis: an has urbes: & hanc turrem: an hāc turrim dici oporteret. Si aut uersum inquit pāgis: aut orationē solutam struis: atq; ea uerba tibi dicenda sunt: non finitiones illas prærancidas: neq; fetudinas grammaticas spectaueris. sed aurē tuā interroga: quo qd loco cōueniat dicere. quod illa suaserit: id ꝓfecto erit rectissimū. Tum is qui quæsierat quonammodo inquit uis au rem meam interrogem? Et Probum ait respondisse: quo suā Vir gilius percontatus est: qui diuersis in locis: urbes: & urbis dixit: arbi trio: consilioq; usus auris. Nā in primo georgicorum: quem ego in quit librum manu ipsius collectum leg: urbis p i litteram scripsit. Verba e uersibus eius hæc sunt.

Tuq; adeo: quem mox: quæ sint habitura deorum
Cōcilia incertum est: urbis ne inuisere cæsar:
Terrarūq; uelis curā. Verte enim & mura: ut urbes dicas: insipi dius nescio qd facies &: pinguius. Contra in tertio æneidis.
Vrbes dixit: per e litteram.
Centū urbes h itant magnas. Hic item muta: ut urbis dicas: nimis exilis uox erit: & exanguis. Tanta quippe iuncturæ differentia est in consonātia uocum proximarum. Præterea idem Virgilius turrī dixit: non turrē: & securim non securem.
Turrim in præcipiti stantem. Et Incertam excussit ceruice securim: quæ sunt: opinor: iucundioris gracilitatis: q̄ si suo utrūq; loco per e litteram dicas. At ille qui interrogauerat rudis ꝓfecto: & aure agre sti homo: Cur inquit aliud alio in loco potius: rectiusq; esse dicas: non sane intelligo? Tum probus iam commotior: Noli inquit igit laborare: utrū istorum debeas dicere: urbis: an urbes. Nam cum id

genus sis:quod uideo :ut sine iactura tui pecces:nihil perdes:utrũ dixeris. His tũ uerbis Probus:& hac fini hoĩe dimisit:ut mos eius fuit erga ĩdociles prope inclæmẽter. Nos autem aliud quoq; postea cõsimiliter a Virgilio duplici modo scriptũ inuenimus. Nam tres: & tris posuit eodẽ in loco:ea iudicii subtilitate:ut si aliter dixeris: mutaueris q;:& aliqd tamen auris habeas:sentias suauitatẽ sonitus diuidere. Versus ex decimo hi sunt.

Tres quoq; threicios boreæ de gente suprema:
Et tris :quos idas pater:& patria hismara mittit. tres hic:tris illic: utrũq; pensiculate:modulateq; reperies:suo quicq; in loco sonare aptissime. Sed in illo quoq; itidem Virgilii uersu. ¶ Hæc finis Pria mi fatorum:simul ut:& hic finis dicas:durum atq; absonum erit. Respuentq; aures:quod mutaueris. sicut illud contra eiusdẽ Virgilii insuauius facias:si mutes. ¶ Quem das finem rex magne laborꝶ: Nam si ita dicas:quã das finem :iniucundum nescio quopacto:& laxiorem uocis sonum feceris. Ennius item:rectos cupressos dixit: contra receptum uocabuli genus:hoc uersu. ¶ Capitibus nutantis pinos:rectosq; cupressos. ¶ Firmior ei credo:& uiridior sonus esse uocis uisus est rectos dicere cupressos: q̃ rectas. Contra uero idem Ennius in annali duodeuicesimo:aere fulua dicit:non fuluo. Non ob id solum:quod Homerus. ἀέρα βαθεῖαν:id est aerem hoc est caliginẽ:& nebulã ꝓfundam dicit. Sed ꝙ hic sonus (opinor) uocabilior ẽ uisus:& amœnior. Sicuti etiã. M. Ciceroni mollius teretiusq; uisũ ẽ in quinta:in Verrẽ:fretu scribere:q̃ freto. Perangusto inquit fretu diuisa. Erat enim crassius:uastiusq;: perangusto freto dicere. Itidem in secunda simili usus modulamĩe. Manifesto peccatu ĩqt: nõ peccato. hoc enim scriptum in uno: atq; in altero antiquissimæ fidei libro tyroniano repperi. Verba sunt Ciceronis hæc. Nemo ita uiuebat:ut nulla eius uitæ ps summæ turpidinis esset exps. nemo ita in manifesto peccatu tenebatᷣ:ut cum impudens fuisset ĩ facto: tum impudentior uideretᷣ:si negaret. Huius autem uocis :cum elegantior hoc in loco sonus:tũ rõ certa:& probata ẽ. hic.n. peccatus: quasi peccatio:recte:latineq; dicitur. Sicut hic incestus:non qui ad misit:sed quod admissũ est. & hic tributus:quod tributũ nos dicimus:a plerisq; ueterꝶ dicta sunt. hic quoq; allegatus :& hic arbitratus:pro allegatione:ꝓq; arbitratione dicuntur. Qua rõne seruata:

arbitratu:& allegatu meo dicius. Sic igit̃ ĩ manifesto peccatu dixit: ut in manifesto ĩcestu ueteres dixerũt. Non quin latinum esset: peccato dicere: sed qa in loco isto positum subtilius ad aurẽ: molliusq; est. Lucretius æque auribus ĩseruiens: funẽ fœminino genere appellauit: in hisce uersibus.

Nunc ut opinor enim mortalia secla: superne
Aurea de cælo demisit funis in arua.

Cum dicere usitatius: manẽte numero posset. Aureus e cælo deĩsit funis ĩ arua. Sacerdotes etiã fœminas. M. Cicero antistitas dicit: nõ secũdũ grãmaticã legẽ ãtistites. Nã cũ ĩsolẽtias uerbo℞ a ueteribus dicto℞ ple℞q; respueret: huius tamẽ uerbi ĩ ea pte soĩtu delectatus. Sacerdotes ĩqt Cereris atq; illius fani antistitæ: usq; adeo ĩ qbusdã: neq; rõnẽ uerbi: neq; cõsuetudinẽ: sed solã aurẽ secuti sunt: suis uerba modulis pensitãtẽ. Quod qui nõ sentiũt: ĩquit idẽ ipse. M. Cicero: cũ de numerosa: & apta oratione dissereret: q̃s auris habeãt: aut quid ĩ iis hoĩs simile sit: nescio. Illud uero cũ primis apud Home℞ ueteres grãmatici adnotauerũt: ꝙ cũ dixisset quodã in loco:

κολοιούς τε ψῆρας τε: id ẽ graculosq; sturnosq;. Alio ĩ loco nõ ψηρῶν τε id ẽ sturnorũ: sed ψαρων dixit.
Τῶν δ᾽ ὥς τε ψάρων νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν. Id est:
Ho℞ ut de sturnis it nubes graculisue. Secutus nõ cõmunẽ: sed propriam in quocũq; uocis situ iucũditatem. Nam si alte℞ in alterius loco ponas: utrũq; feceris sonitu insuaue.

¶ Verba. T. Castritii rhetoris ad discipulos adolescẽtes de uestitu: atq; calciatu non decoro. ¶ Caput. xx.

Castritius rhetoricæ disciplinæ doctor: q hũit romæ locũ præcipue declamãdi: & docendi summa uir auctoritate: grauitateq;: & a diuo Hadriano in mores atq; litteras spectatus: cum me præsente (usus sum enim eo magistro) discipulos quosdam suos senatores uidisset die feriato tunicis: & lacernis indutos: & gallicis calciatos: Equidem inquit maluissem uos togatos esse. Pigitum est cinctos saltem esse: & penulatos. Sed si hic uester huiuscemodi uestitus de multo iam usu ignoscibilis est: soleatos tamen uos populi ro. senatores: p urbis uias ingredi nequaq̃ deco℞ est. Nõ hercle uobis minus q̃ illi tum fuit: cui hoc. M. Tul. pro turpi crimine obiectauit. Hæc me audiẽte Castritius: & quædã alia

ad eā rē conducentia romane:& ſeuere dixit. Pleriq; autē ex iis qui audierant:reqrebant:cur ſoleatos dixiſſet:q gallicas: non ſoleas haberent?Sed Caſtritius ꝓfecto ſcite:atq; incorrupte locutus ē. Oīa enī ferme id gēus:qbus plantaꝝ calces tantū in fine tegūt: cætera ꝓpe nuda:& teretibus habenis iūcta ſūt:ſoleas dixerunt. Nōnūq̄ uoce græca crepidulas.Gallicas autem uerbum eſſe opinor nouum: non diu āte ætatem. M.Ciceronis uſurpari cœptū.Itaq; ab eo ipſo poſitū ē in ſecunda antonianaꝝ.Cū gallicis inquit:& lacerna cucurri ti.Neq; in ea ſignificatione id apud quenq̄ alium ſcriptum lego: grauioris dūtaxat auctoritatis ſcriptorem :ſed(ut dixi)crepidas :& crepidulas: prima ſyllaba correpta id genus calciamentum appellauerunt:quod græci κρηπῖδας:id eſt crepidulas. Eiuſq; calciamenti ſutores crepidarios dixerunt.Sēpronius Aſellio in libro rerum geſtarum quartodecimo : Crepidarium inquit cultellum rogauit a crepidario ſutore

¶ Comprecationes:quæ ritu rōano fiunt diis:expoītæ ſunt ī libris ſacerdotum.inter q̄s Marti Nerienem tribuunt.& quid Neriene: ſeu Nerio nomen importet.¶ Caput.xxi.

COmprecationes deorum īmortalium :quæ ritu rōmano diis fiunt:expoſitæ ſunt in libris ſacerdotum populi ro.& ī pleriſq; antiquis orationibus.In iis ſcriptum ē:Laciam Saturni :Salaciam Neptunni:Horam Quirini:Iurites Quiritii: Maiam Vulcāi:Nerien Iunonis: Molas Martis. Nerienem quoq; Martis . Ex quibus id:quod poſtremum poſui :ſic pleroſq; dicere audio: ut primam in eo ſyllabam producant : quo græci modo dicunt νηρίδας: id eſt nereidas maris deas. Sed qui probe locuti ſunt:primam correptam dixerunt: tertiam produxerunt. Eſt enim rectus caſus uocabuli:ſicut in libris ueterum ſcriptum eſt: Nerio.quanq̄.M. Varro in ſatyra menippia:quæ inſcribitur σκιαμαχία id eſt ūbratilis pugna uel κριομαχία:id eſt arietū pugna:non Nerio: ſed Neriones uocatiue dicit:in his uerſibus.

Theanna:& Peranna:Pranda :Celato:Pales:
Nerienes:Minerua:Fortuna:ac Ceres.

Ex quo noīnādi quoq; caſū eūdē fieri neceſſū ē.Sed Nerio a ueteribus ſic decliāt̄ q̄ſi Anio Nā pīde ut anienē:ſic Nerienē dixerūt:t̄tia ſyllaba ꝓducta.Id aūt:ſiue Nerio: ſiue Nerienes eſt ſabinū uerbū

est.Eoq; significatur uirtus:& fortitudo. itaq; ex claudiis :quos a sabinis oriundos accepimus: qui erat egregia: atq; præstanti for titudine: Nero appellatus est. Sed id sabini agræcis accepisse ui dentur: qui uincula:& firmamenta membrorum νεῦρα : id est neruos dicunt. Vnde nos quoq; latine neruos appellamus. Ne rio igitur Martis uis: & potentia: & maiestas quædam esse Mar tis demonstratur. Plautus autem in truculento : coniugem esse Nerienem Martis dicit. Atq; id sub psona militis ī hoc uersu.
Mars peregre aduenieus salutat Nerienē uxorem suam.
Sup ea re audiui nō incelebrem hoīem dicere nimis comice Plautū īpito:& incondito militi falsā:nouāq; opinionē tribuisse:ut Nerie nem coniugē esse Martis putaret. Sed id pite magis:quā comice dic tū intelliget:q leget Cn. Gelii annalē tertiū:ī quo scriptum ē. Her siliā:cū apud. T. Tatium uerba faceret:pacemq; oraret:ita precatā esse. Neria Martis te obsecro pacem dare:ut liceat nuptiis propriis: & prosperis uti:quod de tui coniugis consilio contigit:uti nos itidē ītegras raperēt:unde liberos sibi:& suis posteris:patriæ pararēt. De tui inquit coniugis consilio Martem scilicet significans: per quod apparet non esse id poetice a Plauto dictum : sed eam quoq; tra ditionem fuisse : ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis dice retur. Ibi autem animaduertendum est : quod Gelius Neria di cit:per a litteram :non Nerio :neq; Nerienes. Præter plautum etiā: præterq; Gelium: Licinius Imbrex uetus comœdiarum scriptor in fabula:quæ Neæra inscripta est:ita scripsit.
Nolo ego Neæram re uocent:sed Nerienem.
Cum quidem Marti es in connubium data. Ita autem senarii numerus huiusce uersus est :ut tertia in eo nomine syllaba: con tra quam supra dictum est :corripienda sit. Cuius sonus quanta apud ueteres indifferentia sit:notius est:quam ut plura in id uerba sumenda sint. Ennius autem in primo annali in hoc uersu. Ne rienem Mauortis : Et hercle: nisi: quod minime solet numerum seruare: primam syllabam tetendit : tertiam corripuit. Ac ne id quidem prætermittendum puto:cuiusmodi est:quod in commen tario quodam Seruii Claudii scriptum inueni. Nerio dictum quas Neirio: hoc ē sine ira :& cum placiditate : ut eo nomine mitem tranquillumq; fieri Martem precemur. Ne enim particula ut apud

græcos:ita plerūq; in latina quoq; lingua priuatiua est.

¶ M. Catonis consularis & cēsorii:pulcherrima exprobratio cōtra philosophantes noīe:& non re. ¶ Caput·xxii.

M Cato cōsularis:& cēsori⁊:publicis iā:priuatisq; opulētus reb⁊ uillas suas īexcultas:& rudes:ne tectorio qdē prælitas fuisse dicit:ad ānū usq; ætatis suæ septuagesimū: atq; ibi postea his uerbis utit̄.Neq; mihi inqt ædificatio:neq; uasū:neq; uestimētū ullū ē in manu preciosū.Neq; preciosus seruus:neq; ancilla.Si qd ē iqt quo utar:utor.Si nō ē:ego sū.Cuiq; p me uti:atq; frui licet. Tum deīde addit:uitio uertūt:qa multa egeo.At ego illis:quia nequeūt egere.Hæc mera ueritas Thusculani hoīs:egere se multis rebus:& nihil tamē cupere dicētis:plus Hercle pmouet:ad exhortādā parsimoniā:sustinēdāq; inopiā:q̄ græce istoꝝ præstigiæ philosophari se se dicētiū:ūbrasq; uerboꝝ īanes fīgētiū.Qui se nihil hr̄e & nihil tn̄ egere:ac nihil cupeꝛ dicūt:cū & habēdo:& egēdo:& cupiēdo ardeāt.

¶ Quæsitū tractatumq; qd sint manubiæ:atq; inibi dicta quædā de ratione utendi uerbis pluribus idem significātibus.

Caput uicesimumtertium.

IN fastigiis fori traiāi simulacra sūt sita circū ūdiq; inaurata equoꝝ:atq; signoꝝ militariū: subscriptūq; ē ex manubiis. quærebat Phauorinus:cū ī area fori ābularet:& amicū suū consulē opperireꝛ:cās p tribunali cognoscētē:nosq; tūc eū sectaremur:quærebat inquā Quid nobis uidereꝛ significare pprie manubiaꝝ illa īscriptio. Tū qspiā:qui cū eo erat:homo ī studiis doctrinæ multi:atq; celebrati noīs.Ex manubiis iqt significat ex præda.manubiæ .n.dicūtꝛ præda:quæ manu capta ē.Etiā si iqt Phauorinus:opa mihi prīceps:& ppe oīs ī lr̄is:disciplinisq; græcis sūpta ē:nō usq; eo tamen infrequens sum uocum latinarum:quas succisiuo :atq; tumultuario studio colo: ut hāc īterpretationē ignorē uulgariā:q̄ esse dicātꝛ manubiæ præda.Sed quæro an. M.Tullius uerborum homo diligentissimus in oratione:quā dixit de lege agraria calendis ianuarii contra Rullum:inani:&illepida geminatione iunxerit manubias: & prædā:si duo hæc uerba idē significant:neq; illa re aliqua dissiderit. Atq; ut erat Phauorinus egregia quadā.uel diuina memoria: uerba ipsa.M.Tullii statī dixit ea nos adscribīus hic prædā:maūbi

as:sectioné:castra deniq; Cn. Pompeii: sedente íperatore decé uiri
uendent. Et infra itidé duo hæc simul iuncti posita dixit. ex præda:
ex manubiis ex auro coronario. Ac deinde ad eũ cõuertit: qui manu
bias esse prædã dixerat. Et uidet̃ne tibi inquit utroq; í loco. M. Ci
cero duobus uerbis idé: sicuti tu putas: significãtibus inepte & frigi
de esse usus? Ac tali ioco dignus: q̃li apud Aristophané facetissimũ
comicorũ Euripides Aeschylum ísectatus est: cum ait.
δὶσ ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸσ αἰσχυλοσ:
ἥκω γὰρ ἐισ. γῆν φησί: καὶ κατέρχομαι.
τὸ κατέρχομαι ἥκω δὲ ταὐτόν ἐστὶ
νη τὸν δία ὥσπερ ἐι τίσ εἶ ποι γέιτονι
χρῆσον σὺ μάκτραν. ἐι δὲ βούλει κάρδοπον: Id est
Bis idem nobis dixit sapiens Aeschylus.
Venio enĩ ad terram inquit: & accedo postliminio.
Ast uenio idem est: quod accedo postliminio:
Ita per Iouem: atq; siquis uicino autumet.
Accomoda tu mactram: uel si libet arcam panariam. Neq̃q̃ uero í
quit ille talia uidet̃: q̃le ẽ μάκτρα καὶ κάρδοποσ: id ẽ mactra: & ar
ca panaria: quæ a poetis: uel oratoribus græcis: nñsq; celebrandæ &
ornandæ rei gratia: duobus eadem: pluribusue nominibus frequen
tantur. Quid igitur: inquit Phauorinus: ualet hæc repetitio insta
uratioq; eiusdem rei: sub alio nomine in manubiis: & in præda?
Num ornat. ut aliquis solet: orationem? Num eam modulatioré
aptioremq; reddit? Num onerandi uel exprobrandi criminis cau
sa: exaggerationem aliquam speciosam facit? Sicut in libro eiusdé.
M. Tullii: qui de constituẽdo accusatore ẽ: una eadéq; res pluribus
uerbis uehemẽter: atq; atrociter dicitur. Sicilia tota: si una uoce lo
queret̃: hoc diceret. Quod auri: quod argenti: quod ornamentorũ
in meis urbibus: sedibus: delubris fuit. Nam cũ urbes totas semel
dixisset: sedes: delubraq; addidit: quæ sunt ipsa quoq; í urbibus. Itẽ
in eodẽ libro simili mõ. Siciliã íqt ꝓuíciã. C. Verres ꝑ triẽniũ depo
pulatus esse: siculoꝝ ciuitates uastasse: domos exĩanisse: fana spoli
asse dr̃. Et qd uidet̃: cũ siciliã ꝓuinciã dixerit: atq; etiã insup ciuita
tes addiderit domos etiã: & fana: quæ infra posuit: cõprehendisset
uerba hæc itẽ multa: atq; uaria depopulatus eẽ: uastasse: exĩanisse:
spoliasse. Nõne unã & eãdẽ uí í sese habẽt? Sane sed qa cũ digitate

orationis:& cum graui uerborum copia dicuntur: q̄q̄ eadem fere sint:& ex una sentētia coriantur:plura tamē esse existimant:quo niam & aures:&animū sæpius feriunt .hoc ornatus genus ī crimi ne uno uocibus multis :atq; sæuis extruendo: ille iam tunc . M. Cato antiqssimus in orōibus suis celebrauit. Sicuti in illa : quæ in scripta ē:de decē hoībus:cū Thermū accusauit:ꝙ decē liberos hoī es eodē tēpore īterfecisset: hisce uerbis eādē rē oībus significātibus usus ē. Quæ quoniā sūt eloquētiæ latinæ tūc primū exoriētis luīna uerba quidē sublustria:libitū est ea mihi ἀπομνημονεύειν:id est cōmemorare. Tuū nefariū facinus peiore faciore opire postulas: succidias hūanas facis:decē funera facis :decē capita libera īterficis: decē hoībus uitā eripis īdicta cā:īiudicatis: indemnatis. Itē. M. Cato ī orōnis principio:quā dixit in senatu ꝓ rhodiēsibus:cū uellet res nimis ꝓsperas dicere: tribus uocabulis idē sentiētibus dixit . Verba eius hæc sūt. Scio solere plerisq; hoībus in rebus secūdis:atq; proli xis:atq; prosperis aīmū excellere:atq; supbiā:atq; ferociā augescer. Itidem Cato ex originum septimo in oratione:quā contra Ser. Gal bā dixit:cōpluribus uocabulis sup eadem re usus est. Multa me de hortata sunt huc prodire:anni :ætas: uox:uires :senectus: uerūenī uero cum tātam rēpublicam agier arbitrarer. Sed āte oīs apud Ho meꝝ eiusdē rei:atq; sententiæ luculenta exaggeratio est.
ἕκτορα δ᾽ ἐκ βελέων ὕπαγε ζεὺς. ἔκ τε κονίης.
ἔκ τ᾽ ἀνδροκτασίης. ἔκ θ᾽ αἵματος. ἔκ τε κυδοιμοῦ. Id est
Hectora de iaculis de puluere Iupiter:& de.
Cæde uirū abduxit:de sanguine:deq; tumultu. Item alio in uersu
ὑσμῖναί τε. μάχαι τε. φόνοι τ᾽ ἀνδροκτασίαι τε:id est
Prælia : cōflictus:cædes:hoīnūq; necatus. Nā cū omīa ista utrobi q; multa:& cōtinua noīa nihil plus demōstrēt:q̄ præliū. Huius tñ rei uaria facies delectabiliter:ac decore multis:uariisq; uerbis depic ta est. Neq; non illa quoq; apud eundem poetam una in duobus uerbis sentētia cū egregia ratiōe repetita est. Idæus enī cū īter Aiacē & Hectorē decertātes armis ītercederet:his ad eos uerbis usus est.
μηκέτι παῖδε φίλω πολεμίζετε μηδὲ μάχεσθον. Id est:
Neu dulces pueri pugnate:aut cernite ferro.
In quo uersu nō oportet alteꝝ uideri uerbū:idē quod supius signifi cās:supplēdi nuēri cā:extrīsecus additū:& cōsarciatū. ē. n. hoc iane

admodũ & futile. Sed cũ ĩ iuuenibus gloriæ ſtudio flagrãtibus pui caciã: ferociãq; & cupidinẽ pugnæ leniter tamen & placide obiurgaret: atrocitatẽ rei & culpã pſeuerãdi bis idẽ dicẽdo alio: atq; alio uerbo auxit: inculcauitq;. duplexq; eadẽ cõpellatio admonitionẽ facit inſtãtiorẽ. Ne illa quidem eiuſdem ſignificationis repetitio ignaua & frigida uideri debet.

μνηστῆρεσ χάρα τηλεμάχῳ θάνατον τε μόρον τὲ ἤρτυον. id eſt Telemachoq; porci letum: fatumq; profecto

Cõdibãt: q bis idẽ dixerit: θάνατον καὶ μόρον. i. letũ: & fatũ. Indigĩtas enĩ moliẽdæ tã acerbæ tãq; ĩiuſtæ necis: mirãda mortis iteratiõe defleta ẽ. Cæteꝝ qs tã obtuſo ĩgenio ẽ: qn ĩtelligat πολεμίζετε καὶ μαχέσθον. i. bellate & pugnate: uerba idem duo ſignificantia non fruſtra poſſita eſſe: ut illa quoq;:

βάσκἴθι οὖλε ὄνειρε: καὶ βάσκιθι ἶρι ταχεῖα

Vade. I. ſõnium agẽs: uade & pge iri citata: neq; ἐκ παραλλήλου id ẽ ex gemĩatione: ut quidã putãt: ſed hortamẽtũ eſſe acre iuſſæ: ĩperatæq; celeritatis. Verba quoq; illa. M. Ciceronis ĩ. L Piſonẽ trigemina: etiã ſi duræ auris hoĩbus nõ placẽt: nõ uenuſtatẽ mõ nomĩe quæſiuere: ſed figuram ſimulationẽq; oris pluribus ſimul uocibus uerberauerũt. uultus deĩq; ĩquit totus: qui ſermo quidã tacitus mẽtis ẽ hic ĩ fraudẽ hoĩes ĩpulit. hic eos: quibus erat ignotus: decepit: fefellit: ĩduxit. Quid igit ſimile ẽ ĩquit apud eũdẽ ĩ præda: & manubiis? Nihil pfecto iſtiuſmoĩ. Nã neq; ornatus fit additis manubiis neq; ex aggeratius: modulatiuſq;. Sed aliud oĩo præda ẽ: ut ĩ libris reꝝ: uerboꝝq; ueterũ ſcriptũ ẽ: aliud manubiæ. Nã præda dr corpora ipſa reꝝ: quæ capta ſũt. Manubiæ uero appellatæ ſunt pecunia a quæſtore ex uẽditiõe prædæ redacta. utrũq; ergo dixit. M. Tullius cumulandæ inuidiæ gra: decemuiros ablaturos: perſecuturosq; & prædam: quæ nondum eſſet uenundata: & pecuniam: quæ ex uẽditione prædæ præceta eſſet. Itaq; hæc inſcriptio quã uidetis: Ex manubiis: nõ res corporaq; ipſa prædæ demõſtrat. Nihil enĩ captũ eſt hoꝝ a traiano ex hoſtibus: ſed facta eẽ hæc: cõparataq; ex manubiis id ẽ ex pecuĩa prædaticia declarat. Manubiæ. n. ſũt: ſicuti iã dixi: nõ præda: ſed pecuĩa p quæſtorẽ populi rõaĩ ex præda uẽdita cõtracta. Quod p quæſtorẽ aũt dixi: ĩtelligi nũc oportet præfectũ ærario ſigĩficarit. Nã cura ærarii a quæſtoribus ad præfectos trãſlata ẽ. Eſt tñ

nõnusq̃ inuenire ita scripsisse quosdam nõ ignobiles scriptores:ut aut temere:aut ĩcuriose prædã ꝓ manubiis: & manubias ꝓ præda posuerint:ut tropica q̃dã figura mutationẽ uocabuli facerẽt:Quod facere cõcessum ẽ scite id:periteq; faciẽtibus.Sed enim:q ꝓprie atq; signate locuti sũt:sicuti hoc ĩ loco.M.Tullius manubias pecuniam dixerunt.

¶ Verba.P.Nigidii quibus dicit:in nomine Valeri in casu uocandi:primam syllabam acuẽdam esse. Et item alia ex eiusdem uerbis ad rectam scripturam pertinentia.

¶ Caput.xxiiii.

P. Nigidii uerba sũt:ex cõmẽtarioꝝ grãmaticoꝝ uicesimo q̃rto hoĩs ĩ disciplinis doctrinaꝝ omĩum præcellẽtis.Deĩde ĩquit uoculatio q poterit seruari:si nõ sciemus ĩ nomĩbus ut Valeri. Vtrũ ĩterrogãdi:aut uocãdi sint .Nã ĩterrogãdi secũda syllaba supiore tono est q̃ prĩa.Deĩde nouissima deiicit̃.At ĩ casu uocãdi sũmo tono ẽ prĩa. deĩde gradatĩ descẽdũt.Sic quidẽ.P.Nigidius dici præcipit. Sed si qs nũc Valeriũ appellãs:ĩ casu uocãdi:secũdũ id præceptũ Nigidii acuerit primã:nõ aberit:quin rideat̃.Sũmũ aũt tonũ προσωδίαν id ẽ uoculationẽ acutã dicit.& quẽ accẽtũ nos dicimus uoculationẽ appellat:& casũ ĩterrogãdi:eum dicit:quẽ nũc nos genitiuũ dicĩus Id quoq; ĩ eodẽ libro nigidiano aĩaduertimus. Si huius inq̃t amici: uel huius magni scribas unum.i.facito extremum. Sin uero hi magnei:hi amicei casu multitudĩs recto:tum ãte.i.scribẽdum erit e. Atq; idipsũ facies ĩ similibus.Item si huius terrei scribas.i. lr̃a sit extrema.Si huic terræ:p e.scribẽdũ ẽ.Itẽ mi q scribit ĩ casu ĩterrogãdi uelut cũ dicimus:mi studiosus:p.i.:unũ scribat:nõ p.e.at cum mei tũ p.e.&.i.scribẽdũ ẽ:qa dãdi casus ẽ.Hæc nos auctoritate doctissimi hoĩs adducti:ꝓpt̃ eos:qui haꝝ quoq; reꝝ scientiã quærunt:nõ prætermittenda existimauimus.

De uersibus:quos uirgilius sectatus uidet̃:Homeri:ac Parthemii

¶ Caput uicesimumquintum.

Parthemii poetæ uersus est:

γλαυκῷ καὶ νηρεῖ καὶ εναλίῳ μελικέρτῃ

Glauco:nereiq;:atq; maris genio melicertæ:

Eũ uersũ uirgilius æmulatus ẽ.Itaq; fecit duobus uocabulis uẽuste ĩmutatis parẽ.glauco & pãopææ:& ĩnoo melicertæ.Sed illi hõerico

nõ sane rẽ parẽ:neq; similẽ fecit.Esse.n.uidet᷑ Hõeri síplicior:& si cerior. Virgilii autẽ νεωτερικώτερος Ideſt audacior:& iuuenilior:& quodã q̃si ferumĩne ĩmisso fucatior:

Ταῦρον δ᾽ Ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι. Id est.

Taurũ autẽ alpheo:neptunno tum quoq; taurum:

Taurum neptunno:taurum tibi pulcher Apollo.

De sententia Panætii philosophi quã scripsit in libro de officiis secũdo.q̃ hortatur:ut homines ad cauendas iniurias in omni loco intenti:paratiq; sint. Caput uicesimumsextum.

LEgebatur Panætii phi liber de officiis secũdus:ex tribus illis ĩclytis libris:quos.M.Tullius magno cum studio:maximoq; opere æmulatus est.Ibi scriptum est:cum multa alia ad bonam frugem ducentia: tum uel maxime quod esse:hærereq; ĩ animo debet.Id autem est ad hanc ferme sententiam. Vita inquit hominũ: qui ætatem in medio rerum agunt:ac sibi: suisq; esse usui uolunt negocia periculaq; ex in prouiso assidua:& prope quotidiana fert. ad ea cauenda:atq; declinanda pinde esse oportet aĩmo semp prõpto: atq; intento:ut sunt athlætarũ:qui pãcratiæ uocantur. Nã sicuti illi ad certandum uocati.proiectis alte brachiis cõsistunt:caputq; & os suũ manibus oppositis quasi uallo præmuniunt: mẽbraq; eorum omnia priusq̃ pugna mota est aut ad uitandos ictus cauta sũt:aut ad faciẽdos parata:ita animus:atq; mens uiri prudẽtis aduersus uĩ & petulãtias iniuriarum omĩ ĩ loco:atq; in tẽpore ꝑspiciẽs:debet esse erecta:ardua:septa:solide expedita:nũq̃ cõniuens:nusq̃ aciem suã flectens.Cõsilia cogitationesq; cõtra fortunæ uerbera: cõtraq; ĩsidias iniquorum:q̃si brachia & maũs prætẽdẽs.Nequa ĩ re:aduersa & repẽtina incursio ĩparatis:improtectisq; nobis oboriatur.

Quod Quadrigarius cũ multis mortalibus dixit:an:qd: & q̃tũ differret:si dixisset cũ multis hoĩbus: Caput uicesimũseptimũ.

VErba sunt Claudii Quadrigarii ex ãnalium eius decimotertio conciõe dissa.Metellus in capitolium uenit:cum multis mortalibus.Inde cũ domum proficisceret᷑:tota ciuitas eum reduxit. Cũ is liber:eaq; uerba.M.Frõtonis: nobis et ac plerisq; aliis assidentibus legerentur:& cuidam:haud sane uiro indocto: uideretur multis mortalibus :pro hominibus multis inepte frigideq; in historia: nimisq; id poetice dixisse . Tum Frõto illi: cui hoc uidebatur .An

tu inquit aliarum homo rer⁊ iudicii elegātiſſimi: mortalibus multis ī
eptum tibi uideri & frigidū dicis? Nil autem arbitrare cauſæ fuiſſe: ꝙ
uir modeſtus: & puri atq; prope quotidiani ſermōis mortalibus ma
luit: q̄ hominibus dicere? Eādēque credit futurā fuiſſe multitudinis
demōſtrationē: ſi cū multis hominibus: ac nō cū multis mortalibus
diceret? Ego quidē inquit ſic exiſtimo: niſi me ſcriptoris iſtius oīſque
antiquæ orationis amor atque ueneratio cæco eſſe iudicio facit: longe
lateque eſſe āplius prolixius: fuſius: in ſignificāda totius ꝑpe ciuita-
tis multitudine mortales: q̄ homines dixiſſe. Nāque multor⁊ hoīnū
appellatio intra modicū quoque numer⁊ cohiberi: atque includi po-
teſt. Multi autē mortales: neſcio quo pacto & quodā ſēſu ienarrabili
omne fere genus: quod in ciuitate eſt: & ordinū: & ætatū: & ſexus cō-
prehendūt. Quod ſcilicet Quadrigarius ita (ut erat res) ingētem atq;
ꝑmiſcuam multitudinē uolens oſtendere: cū multis mortalibus Me
tellum ī capitoliū ueniſſe dixit ἐκφαντικώτερον. i. expreſſius: q̄ ſi cū
multis hominibus dixiſſet. Ea nos omnia: quæ Fronto dixit: cum ita
ut par erat: non approbātes tantū ſed admirantes quoq; audiremus.
Videte tamen inquit: ne exiſtimetis ſemper: atq; in omni loco morta
les multos: pro multis hominibus dicēdū. Ne plane fiat græcū illud
de Varronis ſatyra prouerbiū τὸν ἐπὶ τῇ φακῇ μῦθον. i. in lente fabu
lam. Hoc iudicium Frontonis etiam in paruis minutiſq; uocabulis:
non prætermittendū putaui: ne nos forte fugeret: lateretq; ſubtilior:
huiuſcemodi uerbor⁊ conſideratio.

¶ Nō hactenus eſſe faciē: qua uulgo dicit᷑. ¶ Caput. xxviii.

Animaduertere eſt pleraq; uerbor⁊ latinor⁊: ex eā ſignificatione:
ī qua nata ſunt: deceſſiſſe: uel ī aliā longe: uel in proximā. Eāq;
deceſſionē factā eſſe conſuetudīe: & inſicia temere dicētium: quæ cu-
iuſmodi ſint: non didicerint. Sicuti quidam faciem eſſe hoīs putant
os tantū: & gēas: & oculos quod græci πρόσωπων. i. perſonā dicūt.
Quando facies ſit foꝛa omnis & modus: & factura quædam corporis
totius: & a faciendo dicta: ut ab aſpectu ſpecies: & a fingendo figura.
Itaq; Pacuuius in tragœdia quæ Niptra inſcribitur: faciem dixit ho-
minis pro corporis longitudine.

Aetate inquit integra: feroci ingenio: facie procera uirū.

Nō ſolum autem in hominū corporibus: ſed etiā in rerum cuiuſque
modi alia⁊ facies dicit᷑. Nā mōtis: & cæli: & maris facies: ſi tēpeſtiue

dicatur probe dicitur. Saluſtii uerba ſunt ex hiſtoria ſecunda. Sardi-
nia in africo mari: facie ueſtigii humani in orientem: q̄ in occidētē la-
tior prominet. Ecce autem id quoq; in mentem uenit: q; etiā Plautus
in penulo: faciem pro totius corporis colorisque habitu dixit. Verba
Plauti hæc ſunt.
Sed eaꝶ nutrix: qua ſit facie mihi expedi.
Statura non magna corpore aquilo eſt.
Specie uenuſta ore atq; oculis pnigris: formam quidem.
Hercle uerbis depinxit probe. Præterea memini Quadrigariū ī unde-
uiceſimo faciem pro ſtatura: totiusq; corporis figura dixiſſe.

¶ Quid ſit ī ſatyra. M. Varronis caninū prādiū. ¶ Caput. xxix.

LAudabat uendicabatq; ſe nuper quiſpiam in libraria ſedēs: hō
īepte glorioſus: tāq̄ unus eſſet ſub omni cælo ſatyraꝶ. M. Var
ronis enarrator: quas partim cynicas: alii menippeas appellant. & ia-
ciebat inde quædam nō admodum difficilia: ad quæ cōiicienda aſpi
rare poſſe neminem dicebat. Tum forte eum ego librum ex iiſdem ſa
tyris ferebam: qui ὑδροκρυων. i. aqua rigens inſcriptus eſt. Propius
igitur acceſſi: & noſti inq̄ magiſter uerbum illud ſcilicet uetus. Egre-
giam muſicam: quæ ſit abſcondita: eam eſſe nulli rei. Oro ergo te le-
gas hos uerſus pauculos: & prouerbii iſtius: quod in his uerſibus eſt
ſententiam dicas mihi. Lege inquit tu mihi potius: quæ nō intelligis
ut ea tibi ego enarrem. Quonam inq̄ pacto legere ego poſſū quæ nō
aſſequor? Indiſtincta nāq; fient: & confuſa quæ legero: & tuā quoq;
impedient intentionem. Tunc aliis etiam qui ibi aderant cōpluribus
idem comprobantibus: deſiderantibusq;: accipit a me librū ueterem
fidei ſpectatæ luculente ſcriptum. Accipit autem īcōſtātiſſimo uultu
& mœſtiſſimo. Sed quid deinde dicam? Non audeo hercle poſtulare
ut id credatur mihi. Pueri ī ludo rudes: ſi eum librum accepiſſent: nō
ii magis in legendo deriduli fuiſſent. Ita & ſententiam intercidebat: &
uerba corrupte pronuntiabat. Reddit igitur mihi librum multis iam
ridentibus. Et uides inquit oculos meos ægros: aſſiduiſq; lucubratio-
nibus prope iam perditos? Vix ipſos litterarum apices potui compre
hendere. Cum ualebo ab oculis reuiſe ad me: & librum iſtum tibi to-
tū legā. Recte inq̄ ſit oculis magiſter tuis. Sed ī quo illis nihil opus ē
id rogo te dicas mihi. Caninū prādiū in hoc loco quē legiſti: qd ſigni
ficat? At ille egregius nebulo: q̄ſi difficili quæſtione perterritus exur-

git ſtatim. Et ambiens nõ inquit paruã rẽ quæris. Talia ego gratis nõ doceo. Eius autem loci in quo id prouerbium eſt: uerba hæc ſunt: nõ uides apud Mneſcheum ſcribi: tria genera eſſe uini: nigrum: album: medium. Quod uocant κίρρον giluũ: nouum: uetus: mediũ. & efficere nigrum uirus: album urinam medium. πέψιν. i. concoctionem. Nouum refrigerare: uetus calefacere: mediũ uero eſſe prandium caninum. Quid ſignificet prandium caninum: rem leuiculã diu & anxie quæſiuimus. Prandiũ autem abſtemiũ: in quo nihil uini potat̃ caninum dicitur: quoniam canis uino caret. Cum igitur medium uinum appellaſſet: quod neq; nouũ: neq; uetus eſſet: & plerũq; hoĩes ita loquant̃: ut omne uinum: aut nouũ eſſe dicant: aut uetus: nullã uim habere ſignificauit: neq; noui: neq; ueteris: quod medium eſſet. Iccirco pro uino non habẽdum: quia neq; refrigeraret: neq; calefaceret. refrigerare id dicit: quod græce dicitur ἀναψύξαι.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER TERTIVSDECIMVS.

ADuerſum iſtos qui ſeſe chaldæos: ſeu genethliacos appellant. ac de motu: deque poſitu ſtellarũ dicere poſſe quæ futura ſunt ꝓfitent̃: audiuimus quõdã Phauorinũ philoſophum romæ græcæ diſſerentẽ egregia: atq; illuſtri oratione. exercendi ne: aut oſtẽdendi gratia ingenii: an ꝙ ita ſerio iudicatoq; exiſtimaret: non habeo dicere. Capita autẽ locoꝝ argumẽtoꝝq;: quibus uſus eſt: quoad eius meminiſſe potui: egreſſus ibi ex auditione ꝓpere annotaui. Eaq; fuerunt ad hanc ferme ſententiã. Diſciplinam iſtam chaldæoꝝ tantæ uenuſtatis non eſſe: quantæ uideri uolunt. Neq; eos principes eius: actoreſq; eſſe: quos ipſi ferant: ſed id præſtigiaꝝ: offuciaꝝq; genus cõmentos eſſe hoĩes eruſcatores: & cibum: quæſtũq; ex mendaciis captantes. atq; eos quoniã uiderent terrena quædã ĩter homines ſita: cæleſtium reꝝ ſenſu: atq; dictu moueri: quale eſt: ꝙ oceanus quaſi lunæ comes cum ea ſimul ſeneſcit: adoleſcitq;. hinc uidelicet ſibi argumẽtũ ad perſuadendũ parauiſſe: ut crederemus oĩa rerũ humanaꝝ: & parua: & maxima: tanq̃ ſtellis: atq; ſyderibus euĩcta duci: atq; regi. Eſſe autem nimis q̃ ineptum: abſurdumq;: ut quoniam

æſtus oceani cum lunæ curriculo congruit: negocium quoq; alicuius quod ei forte de aquæ ductu cum riualibus aut de cōmuni pariete cū uicino apud iudicem eſt: ut exiſtimemus id negocium: quaſi habena quadam de cælo uinctum gubernari. Quod & ſi ui & ratione quapiā diuina fieri poteſt: nequaq̄ tamen id cenſebat in tam breui: exiguoq; uitæ ſpatio: quantouis hominis ingenio comprehendi poſſe: & percipi. Sed coniectari pauca quædā ut uerbo ipſius utar: παχυμερέστερον. i. craſſius: & pingui minerua nullo ſcientia ꝑfūdo concepta: ſed fuſa & uaga & arbitraria: qualis longinqua oculoꝝ acies eſt: ꝑ interualla media caligantium. Tolli enī quod maximū inter deos atq; homines differt: ſi hoīes quoq; res oīs poſt futuras prænoſcerent. Ipſā deinde ſyderū: ſtellaꝝq; obſeruationem: quā eſſe originem ſcientiæ ſuæ prædicarent: haud q̄q̄ putabat liquide cōſiſtere. Nā ſi principes chaldæi: qui in patentibus campis colebant ſtellaꝝ motus: & uias: & diſceſſiones: & cœtus intuentes: quid ex iis efficeretur: obſeruauerūt. procedat inquit hæc ſane diſciplina: ſed ſub ea modo inclinatiōe cæli ſub qua tūc chaldæi fuerunt. Non. n. poteſt inqt ratio chaldæoꝝ obſeruationis manere: ſiqs ea uti uelit ſub diuerſis cæli regionibus. Nā quanta inquit partiū: circuloꝝq; cæli: ex deuergentia: & cōuexiōibus mundi uarietas ſit: quis nō uidet? Eædem igit̄ ſtellæ: ꝑ quas oīa diuina humanaq; fieri contendūt: ſicuti ne uſquequaq; pruinas: aut calores cient: ſed mutant & uariāt: tempeſtateſq; eodem in tempore alibi placidas: alibi uiolentas mouent. cur non euenta quoq; reꝝ: ac negocioꝝ: alia efficiunt in chaldæis: alia in gætulis: alia apud danubiū: alia apud nilū? Per aūt inquit inconſequens ipſum q̄dem corpus & habitū tam profūdi aeris ſub alio: atq; alio cæli curuamine nō eūdē manere. In hominū autem negociis ſtellas iſtas opinari idem ſemper oſtender̄ ſi eas ex quacūq; terra cōſpexeris. Præterea mirabat̄ id cuiq; ꝓ præcepto liquere. Stellas iſtas quas quaſi a chaldæis & babyloniis ſiue ægyptiis obſeruatas ferunt quas multi erraticas. Nigidius errōes uocat nō eſſe pluris q̄ uulgo dicerentur. Poſſe enim fieri exiſtimabat. ut & alii quidam planetæ pari poteſtate eſſent ſine quibus recta atq; perpetua obſeruatio perfici non quiret. neque eos tamen cernere homines poſſent propter exuperantiam uel ſplendoris uel altitudinis. Nā & quædā inquit ſydera e quibuſdā terris conſpiciunt̄. Earūque terraꝝ hominibus nota ſūt. ſed eadem ipſa ex oī terra alia nō uident̄

& ſunt aliis omnino ignotiſſima. Atq; ut uidemus inquit: & has tan tũmodo ſtellas: & ex una parte terræ obſeruari debuiſſe: quæ tãdem finis obſeruationis iſtius fuit: & quæ tempora ſatis eſſe uiſa ſunt ad percipiendum: quid præmonſtraret: aut cœtus ſtellarum: aut circuitus: aut tranſitus. Nam ſi iſto modo cœpta fieri obſeruatio eſt: ut animaduerterent: quo habitu: quaq; forma: quaq; poſitura ſtellarũ aliquis naſceretur: tum deinceps ab ineunte uita fortuna eius: & mores: & ingeniũ: & circũſtantia rerũ: negociorũq;: & ad poſtremũ finis etiam uitæ ſpectaretur. Eaq; omnia: ut uſu uenerant litteris mandarent. Ac poſtea longis tẽporibus: quũ ipſe ille eodem in loco eodẽ habitu forent eadem cæteris quoq; euentura exiſtimarent: qui eodẽ illo tempore nati fuiſſent. Si iſto quidem modo obſeruari cœptũ: exque ea obſeruatione cõpoſita quædã diſciplina eſt: nullo id pacto põt procedere. Dicant. n. quot tandẽ annis: uel potius quot ſæculis orbis hic obſeruationis perfici quiuerit. Conſtare quippe inter aſtrologos dicebat ſtellas iſtas quas erraticas dicerent: quæ eſſe omniũ rerũ fatales dicerent: infinito prope & ĩnumerabili numero ãnorũ ad eundem locũ quum eodem habitu ſimul omnes profectæ ſunt: regredi: ut neq; ullus obſeruationis tenor: neq; memoria ulla effigies litterarũ tãto æuo potuerint edurare. Atq; illud etiam cuiuſmodi eſſet: conſiderandum putabat: quod aliud ſtellarum agmen foret: quo primũ tempore cõciperetur homo in utero matris: aliud poſtea: cum in decem menſibus proximis in lucem ederetur. Quærebatq; qui conueniret diuerſam ſuper eodem fieri demonſtrationem: ſi ut ipſi putarent: alius: atq; alius earũdem ſtellarũ ſitus: atq; ductus: alias & alias fortunas daret? Sed & nuptiarũ tempore: ex quibus liberi quærerent: atq; ipſo etiã illo maris: & fœminæ coitu iam declarari oportere dicebat certo quodam & neceſſario ſtellarum ordine: quales: qualiq; forma hoĩes gignerẽtur. ac multo etiam anteq̃ pater ipſe atq; mater naſcerent: ex eorũ genitura debuiſſe iam tum proſpici: qui nam olim futuri eſſent: quos ii creaturi forent: & ſupra longe: atq; longe per infinitum: ut ſi diſciplina iſta fundamento aliquo ueritatis nixa eſt: centeſimo uſq; ab hinc ſæculo: uel magis primo cæli: atq; mundi exordio: atq; ĩde iam deĩceps continua ſignificatione: quotiens generis auctores eiuſdem hoĩs naſcerentur: ſtellæ iſtæ præmonſtrare debuerint: qualis: qualiq; fato futurus ſit quiſquis hodie natus eſt. Quo autem ĩquit pacto credi põt

uniuſcuiuſq; ſtellarum formæ & poſitionis ſortē:atq; fortunam uni
omnino homini certam:deſtinatamq; eſſe.Eamq; formam poſt lon
giſſima ſæculoꝝ ſpatia reſtitui:ſi uitæ fortunaꝝq; eiuſdem hominis
indicia:in tam breuibus interuallis per ſingulos maioꝝ eius gradus:
perq; infinitū ſucceſſionū ordinem:tam ſæpe:ac tam multipliciter:
eadem ipſa:non eadem ſtellaꝝ facie denotant᷑. Quod ſi id fieri pōt.
eaq; diuerſitas atq; uarietas admittit᷑ per omnis antiquitatis gradus
ad ſignificanda eorum hominum:quæ poſt naſcent᷑ exordia: impari
litas hæc turbat obſeruationem.Omniſq; ratio diſciplinæ confundi
tur.iam uero id minime ferendum cenſebat: quod non modo caſus
& euenta quæ euenirent extrinſecus:ſed conſilia quoq; hominū ipſa
& arbitria:& uarias uoluntates:appetitioneſq;:& declinatiōes:& for
tuitos repentinoſq; in leuiſſimis rebus animorū impetus: receſſuſq;
moueri:agitariq; deſuper e cælo putarent. Tanq̄ ſi forte ire ī balneas
uolueris:ac deinde nolueris atq; id rurſum uolueris: non ex aliqua di
ſpari:uariaq; animi agitatione:ſed neceſſaria quadam errantium ſy
derum reciprocatione contigerit: ut plane homines: non quod dicit᷑
λογικὰ ζῶα.i.rationalia animalia:ſed ludicra & ridenda quædā.νευ
ρόσπαστα.i.neruis mouentia eſſe uideant᷑:ſi nihil ſua ſponte: nihil ar
bitratu ſuo faciunt:ſed ducentibus ſtellis:& aurigantibus.Ac ſi inq̄t
potuiſſet prædici:affirmant.Pyrrhus ne rex:an Mānius Curius præ
lio uictutus eſſet.cur tandē:non de alea quoq;:ac de calculis:& alue
olo audeant dicere:quiſnam ibi ludentium uincat. An uidelicet ma
gna ſciunt᷑?parua neſciunt᷑?& minora maioribus īperceptiora ſunt᷑
Sed ſi magnitudines reꝝ ſibi uēdicant:magiſq; eſſe perſpicuas:& fa
cilius cōprehendi poſſe dicunt:uolo inquit mihi reſpondeant: quid
in hac totius mundi contēplatione:præſtantis naturæ opibus in tam
paruis atq; breuibus negociis fortuniſq; hominum magnum putēt᷑
Atq; id uelim inquit reſpondeant:ſi tam paruū :atq; rapidū eſt mo
mentum temporis:in quo homo naſcens fatum accipit:ut in eodem
illo puncto ſub eodem circulo cæli:plures ſimul ad eandē competen
tiam naſci non queant.& ſi iccirco gemini quoq; nō eadem uitæ ſor
te ſunt:quoniam eodem temporis puncto editi ſunt:peto inquit re
ſpondeant:curſum illum temporis tranſuolantis:qui uix cogitatiōe
animi comprehendi poteſt:quonā pacto aut conſulto aſſequi queāt
aut ipſi pſpicere: & deprehendere:cum in tam præcipiti dierum no

ctiumq; uertigine:minima momenta ingentes facere dicant mutatio nes? Ad postremũ autẽ:& quid esset quod aduersum hoc dici posset: requirebat:quod homines utriusq; sexus omnium ætatum : diuersis stellarum motibus in uitam editi:regionibus sub quibus geniti sunt longe distantibus:omnes tamen isti aut hiantibus terris:aut labenti bus tectis:aut oppidorum expugnationibus: aut eadem in naui flu ctu obruti:eodem genere mortis:eodemq; ictu corporis interirent? Quod scilicet inquit nunq̃ eueniret:si momenta nascẽ di singulis at tributa:suas unũquodque leges haberent. q̄ si quædam inquit ĩ hõ minum morte:atq; uita etiam diuersis temporibus editorum: p stel larum pares quosdam postea conuentus paria nonnulla & consimi lia posse dicunt obtingere:cur non aliquando possint omnia quoq; paria usu uenire:ut existant per huiusmodi stellarum concursiones: & similitudines:Socrates simul & Antisthenes:& Platones multi:ge nere:forma:ingenio:moribus:uita omni:& morte pari. quod neq̃q̃ inquit prorsus fieri potest. Non igitur hac causa probe uti queũt ad uersus hominum impares ortus:interitus pares. Illud autem con do nare se iis dicebat:quod non id quoque requirerent: si uitæ mortisq; hominum:rerumq; humanarum omnium:tempus & ratio:& causa in cælo:& apud stellas foret:quid de muscis :aut uermiculis:aut echi nis:multisq; aliis minutissimis:terra mariq; animantibus dicerent? An ista quoq; iisdem quibus homines legibus nascerentur. iisdemq; itidem extinguerentur:ut aut ranunculis quoq;:& culicibus nascẽdi fata sint de cælestium syderum motibus attributa:aut si id non puta rent:nulla ratio uideret͛:cur ea syderum uis in hominibus ualeret. de ficeret in cæteris. Hæc nos ficta & incondita:& prope modum ieiu na oratione attigimus. At Phauorinus. ut hominis ĩgeniũ fuit : utq; græcæ facundiæ copia simul & uenustas:latius ea & amœnius & splẽ didius. & profluentius exequebatur. Atq; idẽtidem cõmonebat ut ca ueremus:ne qua nobis isti sycophantæ ad faciendam fidem irreperẽt q̄ uiderentur quædam interdum uera effutire:aut spargere. Non.n. comprehebsa inquit:neq; definita:neque præcepta dicunt: sed lũbri ca : atq; ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa:atque uera pe detentim quasi per tenebras ingredientes eunt. Et aut multa tentan do incidunt repente imprudentes in ueritatem:aut ipsorum:qui eos consulunt:multa credulitate ducente : perueniunt calide ad ea: quæ

uera ſunt:& iccirco uidentur in præteritis rebus:q̄ futuris ueritatē faciliꝰ imitari. Iſta tamen oĩa : quæ aut temere:aut aſtute uera dicūt: præ cæteris inquit quæ mentiuntur:pars ea non ſit milleſima. Hæc autem quæ dicentem Phauorinum audiuimus multa etiam memini poetarum ueterum teſtimonia confirmare: quibus huiuſcemodi ambages fallacioſæ confutantur. Ex quibus eſt Pacuuianum illud. Nā ſiqui quæ euentura ſunt præuideant æquiparent Ioui. Item Accianū illud. Nihil inquit credo auguribus:qui aures uerbis diuitant alienas ſuas ut auro locupletent domus. Item Phauorinus deterrere uolens: & depellere adoleſcentes a genethliacis iſtis:& quibuſdam aliis id genus qui prodigioſis artibus futura omnia dicturos pollicentur nullo pacto adeundos eſſe:conſulendoſq; huiuſmodi argumentis concludebat. Aut aduerſa inquit euentura dicunt:aut proſpera. Si dicunt proſpera:& fallunt miſer fies fruſtra expectando. Si aduerſa dicunt: & mentiuntur:miſer fies:fruſtra timendo. Sin uera reſpondent:eaq; ſunt non proſpera:iam inde ex animo miſer fies:anteq̄ e fato fias. Si fœlicia promittunt:eaq; euentura ſunt:tum plane duo erunt incommoda:& expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit:& futurū gaudii fructum ſpes tibi iam deflorauerit. Nullo igitur pacto utendū eſt iſtiuſmodi hominibus res futuras præſagientibus.

¶ Quem in modum diſſeruit Phauorinus conſultus a me ſuper officio iudicis.

¶ Caput. ii.

QVo primum tempore a prætoribus lectus in iudices ſum: ut iudicia:quæ appellantur priuata:ſuſciperem:libros utriuſq; linguæ de officio iudicis ſcriptos conquiſiui: ut homo adoleſcens a poetarum fabulis:& a rhetorum epilogis:ad iudicandas lites uocatus rē iudiciariam quoniam uocis (ut dicitur) uiuæ penuria erat:ex multis ꝙ aiunt:magiſtris cognoſcerem. Atq; in rerum quidem definitionibus comperendinationibuſq;:& aliis quibuſdam legitimis rebus:ex ipſa lege iulia:& ex Sabini Maſurii:& ex quorūdam aliorum iuriſperitorum cōmentariis cōmoniti:& adminiculati ſumus. In his autē: quæ exiſtere ſolent:negociorum ambagibus:& in ācipiti rationum diuerſarum circūſtantia:nihil quicq̄ nos huiuſcemodi libri iuuerunt. Nā & ſi conſilia iudicibus ex præſentium cauſarum ſtatu capienda ſunt: generalia tamen quædam præmonita & præcepta ſunt : quibus ante

caufam:præmuniri iudex:præparariq; ad incertos cafus futurarum dif-
ficultatum debeat. ficut illa mihi tunc accidit inexplicabilis reperien-
dæ fententiæ ambiguitas. Petebatur apud me pecunia: quæ dicebatur
data numerataq;: fed qui petebat: neq; tabulis: neq; teftibus id factū
docebat: & argumentis admodum exilibus nitebatur. Sed eum con-
ftabat uirum effe ferme bonum: notæ & expertæ fidei: & uitæ incul-
patiffimæ. Multaq; & illuftria exempla probitatis finceritatifq; eius
expromebantur. illum autem unde petebatur hominem effe non bo
næ rei: uitaq; turpi & fordida conuictumq; uulgo in mendaciis: ple-
numq; effe perfidiarum: & fraudum oftendebatur. Is tamen cū fuis
multis patronis clamitabat. Probari apud me debere pecuniam datā
confuetis modis: expenfi latione menfæ rationibus chirographi exhi
bitione: tabularum obfignatione: teftiū interceffione. Ex quibus om
nibus fi nulla re probaretur: dimitti iam fane oportere: & aduerfariū
de calumnia damnari: Quod de utriufq; autem uita: atq; factis dice-
retur: fruftra id fieri atq; dici. Rem enim de petenda pecunia apud iu
dicem priuatum agi: non apud cenfores de moribus. Tunc ibi amici
mei: quos rogaueram: in confilium uiri exercitati: atq; in patrociniis:
& in operis fori celebres: femperq; fe circum undique diftrahentibus
caufis feftinantes: non fedendum diutius: ac nihil effe dubium dice-
bant quin abfoluendus foret: quem accepiffe pecuniam: nulla proba
tione folemni docebatur. Sed enim ego homines cum confiderabam
alterum fidei: alterum probri plenum fpurciffimæq; uitæ: ac defama
tiffimæ: nequaq̄ adduci potui ad abfoluendū. Iuffi igit̄ diē diffundi:
atq; inde a fubfelliis pergo ire ad Phauorinum philofophū: quē meo
tēpore Romæ plurimum fectabar. Ac de hominibus: quæ apud me
dicta fuerant: uti res erat: narro omnia. Ac peto: ut & ipfum illud: in
quo hærebam: & cætera etiam: quæ obferuanda mihi forēt in officio
iudicis: faceret me ut earū rerū effem prudentior. Tū Phauorinus re-
ligione illa contationis: & folicitudīs noftræ cōprobata. Id qdē inqt
fup quo nūc deliberas: uideri poteft fpecie tenui paruaq; effe. Sed fi
de oī quoq; officio iudicis præire tibi me uis: neq̄q̄ eft uel loci huius:
uel temporis. Eft enī difceptatio ifta multiiugæ & finuofæ quæftiōis
multaq; & anxia cura: & circūfpicientia indigens. Nāq; ut pauca tibi
nūc quæftionū capita attingā. Iam omniū primū hoc de iudicis offi
cio quærtur. Si iudex forte id fciat: fuper qua re apud eum litigatur.

L

Eaq; res uni ei priusquã agi cœpta:& in iudicium deducta sit:ex alio quodam negocio casu q; aliquo cognita liquido & cõperta sit. Neq; id tamen in agenda causa probatur. Oporteat ne eum: secundum ea: quæ sciens uenit iudicare: an secundum ea quæ aguntur? Id etiam in quit quæri solet: an deceat: an conueniet iudicii: causa iam cognita: si facultas esse uideat componendi negocii: officio paulisper iudicis di lato: cõmunis amicitiæ & quasi pacificatoris partes recipe. Atq; illud amplius ambigi: ac dubitari scio debeatne iudex intercognoscendum ea quæ dicto: quæsitoq; opus est dicere & quærere: etiã si cuius ea dici querique interest neq; dicat: neq; postulet: Patrocinari enim prorsus hoc esse aiuut non iudicare. Præter hæc super ea quoq; re dissentitur. An ex usu: exq; officio sit iudicis rem: causamq; de qua cognoscit: ĩterlocutionibus suis ita exprimere: consignareq;: ut ante sententiæ tẽpus ex iis: quæ apud eum in præsens confuse: uarieq; dicunt: perinde ut quoque in loco ac tempore mouetur: signa & indicia faciat motus atq; sensus sui. Nam qui iudices inquit acres: atque celebres uident: non aliter existimant rem: qua de agitur indagari: comprehendique posse: nisi is qui iudicat crebris interrogationibus: necessariisque interlocutionibus: & suos sensus aperiat: & litigantium deprehendat. Contra autem qui sedatiores & grauiores putantur: negant iudicem debere ante sententiam: dum causa utrinque agitatur: quotiens aliqua re proposita motus est: totiens significare quid sentiat. Euenturum enim aiunt: ut quia pro uarietate propositionum: argumentorumque alius: atque alius: motus animi patiendus est: aliter atq; aliter eadem in causa: eodemque in tempore sentire & interloqui uideatur. Sed de his inquit: & cæteris huiuscemodi iudicialis officii tractatibus: & nos posthac: cum erit ocium dicere quid sentiamus: conabimur. & præcepta Elii Tuberonis super officio iudicis quæ nupertime legi recẽsebimus. Quod autẽ ad pecuniam pertinet: quã apud iudicẽ peti dixisti: suadeo hercle tibi utare. M. Catoĩs prudẽtissimi uiri cõsilio q ĩ oratiõe: quã ꝓ. L. Turio cõtra Cn. geliũ dixit: ita esse moribus maiorum traditum ait: obseruatumque ut siquod inter duos actum est: neq; tabulis: neque testibus planũ fieri possit: Tũ apud iudicem q de ea re cognosceret: uter ex iis uir melior esset quæreretur. Et si pares essent: siue boni pariter siue mali: tum illi unde petitur crederetur ac secundum eum iudicaretur. In hac autẽ causa de qua tu ambigis:

optimus eſt qui petit. Vnde petitur deterrimus.& res eſt inter duos
acta ſine teſtibus.Eas igitur:& credas ei:qui petit.Condemneſq; eũ:
de quo petitur:quoniam ſicuti dicis:duo pares non ſunt:& qui petit
melior eſt. Hoc quidem mihi tum Phauorinus : ut uirum philoſo-
phũ decuit:ſuaſit.Sed maius ego:altiuſq; id eſſe exiſtimaui:q̃ quod
meæ ætati & mediocritati conueniret:ut cognouiſſe: & condemnaſſe
de moribus:non de probationibus rei geſtæ uideret. ut abſoluerẽ ta-
men inducere in animum non quiui.& propterea iuraui mihi non li
quere:atq; ita iudicatu illo ſolutus ſum.uerba ex oratione.M. Cato-
nis cuius commeminit Phauorinus:hæc ſunt. Atq; ego a maioribus
memoria ſic accepi.Si quis quid alter ab altero peteret ſi ambo pares
eſſent:ſiue boni:ſiue mali eſſent:ꝙ duo res geſſiſſent uti teſtes nõ in
tereſſent:illi unde petitur ei potius credendum eſſe. Nunc ſi ſponſio
nem feciſſet Gelius cum Turio:ni uir melior eſſet Gelius: q̃ Turius:
nemo opinor tam inſanus eſſet:qui iudicaret meliorem eſſe Gelium
q̃ Turium.Si nõ melior eſt Gelius Turio:potius oportet credi unde
petitur.

An æmuli:infenſiq; inter ſeſe fuerint Xenophon & Plato.

Caput.iii.

QVi de Xenophontis Platoniſque uita:& moribus pleraque oĩa
exquiſitiſſime ſcripſere : non abfuiſſe ab eis motus quoſdam
tacitos & occultos ſimultatis:& æmulationis mutuæ putauerũt: & eius
rei argumenta quædam coniectatorie ex eorum ſcriptis protulerunt.
Ea ſunt profecto eiuſcemodi:quod neque a Platone in tot numero li
bris mentio uſquam facta ſit Xenophontis:neque item contra ab eo
Platonis in ſuis libris:quãquam uterque : ac maxime Plato complu
rium Socratis ſectatorum in ſermonibus:quos ſcripſit:cõmeminit.
Id etiam eſſe non ſinceræ:neque amicæ uoluntatis iudicium credide
re:ꝙ Xenophon inclyto illi operi Platonis: quod de optimo ſtatu rei
publicæ ciuitatiſque adminiſtrandæ ſcriptum eſt lectis ex eo duobus
fere libris:qui primi in uulgus exierant:oppoſuit cõtrã:conſcripſitq;
diuerſum regiæ adminiſtratiõis genus: quod παιδεiας κύρου.ideſt
inſtitutionis Cyri inſcriptum eſt.eo facto ſcriptoque eius : uſq;adeo
ꝑmotum eſſe Platonem ferunt. ut quodam ĩ libro mentione Cyri re-
gis habita retractãdi:leuãdiq; eius opis gratia : uiꝶ qdẽ Cyꝶ uanũ &
ſtrenuũ fuiſſe dixerit παιδεiας δ᾽οὐκ ὀρθῶς ἥφθαι τὸ παράπαν .i.

institutionem autem minime recte attigisse. Hæc enim uerba sũt de Cyro Platonis. Præterea putant id quoq; ad ista: quæ dixi: accedere q; Xenophon in libris: quos dictorum ac factorum Socratis cõmentarios composuit: negat Socratem de cæli atque naturæ causis: rationibusq; unq̃ disputasse. Ac ne disciplinas quidem cæteras: quæ μαθήματα: idest disciplinas græci appellant: quæ ad bene: beateq; uiuẽdũ non pergerent: aut attigisse: aut comprobasse. Iccircoq; turpiter eos: mentiri dicit: qui dissertationes istiusmodi Socrati attribuerent. hæc autem inquiunt Xenophon cum scripsit: Platonem uidelicet notat. in cuius libris Socrates de physica: & musica: & geometria disserit. Sed enim de uiris optimis & grauissimis: si credẽdum hoc: aut auspicandum fuit: causam equidem esse arbitror non obtrectationis: neq; inuidiæ: neq; de gloria maiore parienda certationis. hoc enim procul a moribus philosophiæ absunt: in quibus illi duo omnium iudicio excelluere. Quæ igitur est istius opinionis ratio? Hæc profecto est: æquiparatio ipsa pleꝶq; & parilitas uirtutum inter sese consimilium: etiam si contentionis studium: & uoluntas abest: speciem tamẽ æmulationis creat. Nam cum ingenia quædam magna duoꝶ pluriumue ĩ eiusdem rei studio illustrium: aut pari sunt fama: aut proxima: orit᷑ apud diuersos fautores eorum industriæ: laudisq; æstimandæ contentio. Tum postea ex alieno certamine ad eos quoq; ipsos contagium certationis aspirat. Cursusq; eorum ad eandem uirtutis calcem pergẽtium: quando est compar: uel ambiguus in æmulãdi suspiciones nõ suo: sed fauentium studio delabitur. Proinde igitur & Xenophon: & Plato socraticæ amœnitatis duo lumina: certare æmulariq; inter sese existimati sunt: quia de iis apud alios uter esset exuperantior certabatur. Et quia duæ eminentiæ: cum simul iunctæ in arduum nitantur: simulacrum quoddam contentionis æmulæ pariunt.

¶ Quod apte Chrysippus: & graphice imaginẽ iustitiæ modulis coloribusque uerborum depinxit.

¶ Caput. iiii.

Ondigne me hercle: & cõdecore Chrysippus ĩ libroꝶ: qui ĩscribunt᷑ περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς. idest de honesto: & uoluptate prĩo. Os & oculos iustitiæ: uultũque eius seueris atque uenerãdis uerboꝶ coloribus depĩxit. Facit q̃ppe imaginẽ iustitiæ: fierique solitã eẽ dicit a pictoribus: rhetoribusque ãtiquioribus ad hũc ferme modũ.

Forma atq; ſilo uirginali: aſpectu uehementi & formidabili lumini/bus oculoꝝ acribus: neq; humilis: neq; atrocis: ſed reuerẽdæ cuiuſdã triſticiæ dignitate. Ex imaginis iſtius ſignificatiõe ĩtelligi uoluit iudicẽ: q iuſtitiæ antiſtes eſt· oportere eſſe grauẽ: ſanctũ: ſeueꝝ: incorrup/tum: inadulabilẽ: contraq; improbos nocenteſq; immiſericordẽ: atq; inexorabilem: erectũq; & arduũ: & potentẽ: ui & maieſtate æquitatis ueritatiſq; terrificũ. Verba ipſa Chryſippi de iuſtitia ſcripta hæc ſũt. παρθένος δὲ εἶναι λέγεται. κατὰ σύμβολον τοῦ. ἀδιάφθορος εἶναι καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις. μηδὲ προσίεσθαι μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς λόγους μήτε παραίτησιν. καὶ δέησιν μήτε κολακείαν. μήτε αλλο μηδὲν τῶν τοιούτων. οἷς ἀκολούθως. καὶ σκυθρωπὴ γράφεται. καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον καὶ. ἔντονον. καὶ δεδορκὸς βλέπουσα. ὥστε τοῖσ μὲν ἀδίκοισ φόβον ἐμποιεῖν. τοῖσ δὲ δικαίοις θάρσος. τοῖς μὲν ὡς πρὸς φίλουσ ὄν/τος τοῦ τοιούτου προσώπου. τοῖς δὲ ἑτέροισ: προσαντοὺς. ideſt dicitur uirgo eſſe indicio eam eſſe incorruptam. improbis nunq̃ con/cedere. non ſermones blandos: non purgationem: non deprecationẽ: non adulationem: non deniq; quicq̃ aliud pati. Quas ob res merito triſtis etiam pingitur: uultu graui: aſpectu contento & toruo: ut iniu ſtis terrorem incuciat: iuſtis fiduciam præbeat quando huiuſcemodi facies iuſtis grata: iniuſtis moleſta ſit. Hæc uerba Chryſippi: eo etiam magis ponenda exiſtimaui: ut prompta: atq; expoſita ad conſiderandum iudicandumq; ſint. Quoniam legentibus nobis ea delicatiores quidam diſciplinarum philoſophi: ſeuiciæ imaginem iſtam eſſe: nõ iuſtitiæ dixerunt.

¶ Lis atq; contentio grammaticorum Romæ illuſtrium enarrata ſuper caſu uocatiuo uocabuli: quod eſt egregius.

¶ Caput. v.

Defeſſus ego quondã ex diutina cõmentatione laxandi: leuãdiq; animi gratia in Agrippæ cãpo deambulabã. Atq; ibi duos for/te grãmaticos conſpicatus: non parui in urbe roma nominis: certatõi eorũ acerrime affui: cum alter in caſu uocatiuo uir egregi dicendũ cõ tenderet: alter uir egregie. Ratio autẽ eius qui egregi oportere dici cen ſebat huiuſcemodi fuit. Quæcũq; inquit noĩa: ſeu uocabula recto ca ſu numero ſingulari: us ſyllaba finiuntur: in qbus ante ultimã ſylla/bã poſita eſt i lr̃a ea omnia: caſu uocatiuo i littera terminãt̃: ut celius

celi: modius modi: tertius terti: accius acci: titius titi: & similia oĩa. sic igitur egregius: quoniam us syllaba in casu nominandi finitur eãque syllabam præcedit i littera: habere debebit ĩ casu uocandi i lrãm extre mam. & iccirco egregi non egregie: rectius dicet᷑. Nã diuus: & riuus: & cliuus: nõ us syllaba terminant᷑: sed ea quæ per duo u scribẽda est: Propter cuius syllabæ sonum declarandum: reperta erat noua lra. f. quæ digãma appellabat᷑. Hoc ubi ille alter audiuit. O inquit egregie grãmatice. uel si id mauis egregiissime: dic oro te: inscius: & ĩpius: & sobrius: & ebrius: & ꝓprius: & propitius: & anxius: & contrarius: quæ us syllaba finiunt᷑: in quibus ante ultimam syllabam i littera est: quẽ casum uocandi habent᷑: Me omni pudor & uerecundia tenet ꝓnũtia re ea secundũ tuum definitionem. Sed cum ille paulisper opposito horum uocabulorum cõmotus reticuisset: & mox tamen se collegis set: eandẽq; illam: quam definierat: regulã retineret: & ꝓpugnaret: di ceretq;: & proprium: & propitium: & anxium: & contrarium itidem in casu uocatiuo dicendum: quia & aduersarius: & extrarius ita dice retur: incisum quoq;: & impium: & ebrium: & sobrium: insolentius quidem paulo: sed rectius: per i litteram non per e in casu eodem ꝓ nuntiandum: eaq; inter eos contentio longius duceretur: non arbitra tus ego operepreciũ esse: eadem hæc ista diutius audire: clamantes compugnantesq; illos reliqui.

¶ Cuiusmodi sint quæ speciẽ doctrinaꝝ habeãt: sed neq; delectent: neq; utilia sint. atq; inibi de uocabulis singulariũ urbiũ regionũq; ĩ mutatis. ¶ Caput. vi.

HOmo nobis familiaris in litterarum cultu non ignobilis: magnamque ætatis partem in libris uersatus adiutum inquit ornatumque uolo ire noctes tuas: & simul dat mihi librum grandi uolumine: doctrinis oĩgenis (ut ipse dicebat) præscatentẽ: quẽ elaboratũ sibi esse ait ex multis: & uariis: & remotis lectionibus: ut ex eo sumerẽ quarum liberet: rerum memoria dignarum. Accipio cupidus: & libẽs tanq̃ si copiæ cornu nactus essem: & recondo me penitus: ut sine arbi tris legam. At quæ scripta erant: proh Iuppiter: mera miracula. Quo nomine fuerit: qui primus grammaticus appellatus est. Et quot fue rint Pythagoræ nobiles: quot Hippocrates. & cuiusmodi Homerus dicat ĩ Vlyxis domo σειρηνες. i. sirenes. Quã ob causã Thelemachus cubãs iunctũ sibi cubantẽ Pisistratum: nõ manu attigerit: sed pedis

ictu excitarit ἐυρύκλαῖα. idest Euryclia Telemachũ: quo genere clau-
stri incluserit. & qua propter idem poeta rosam non norit: oleũ ex ro
sa norit. Atq; illud etiam scriptum fuit: quæ nomina fuerint sociorũ
Vlyxis: qui a Sylla rapti laceratiq; sunt: utrum ἐν τῆ ἔσω θαλάσσῃ. i.
interiore mari Vlyxes errauerit. κατὰ ἀρίσαρχον. i. iuxta Aristarchũ
an ἐν τῆ ἔξω κατὰ κράτητα. i. in exteriore iuxta Craterem. Id etiã istic
scriptũ fuit: qui sint apud Homerũ uersus ισόψηφοι. i. pares: & quo
rum ibi nominũ reperiantur παρασιχίς. i. capita & primæ uersuum
littere. Et quis adeo uersus sit: qui p singula uocabula singulis sylla-
bis increscat. Ac deinde qua ratione dicit singulas pecudes: ĩ singulos
ãnos terna parere. Et ex quinq; operimentis: quibus Achyllis clipeus
munitus est: quod factum ex auro est: sũmum sit: an mediũ? Et præ-
terea quibus urbibus: regiõibusq; uocabula iam mutata sint? Quod
boetia ãte appellata fuerit aonia. Quod ægyptus aeria dicta ẽ. Quod
creta eodem quoq; nomina aeria dicta est. Quod attica ἀκτή. i. ore &
acta apud poetam. Quod corinthus: ephyre. Quod macedonis ora:
ἠμαθία: idest emathia. Quod thessalia αἱμονία. i. æmonia. Quod
tyrus: sarra. Quod thracia ante sython dicta sit. Quod sestum πο-
σειδώνειον. idest Neptũnium & locus Neptunni. Hæc atque item
alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerant. Quæ cum statim ꝓ
perans redderem: ὀναίοσου. idest proficiat tibi inq̃ indoctissime ui-
rorum ταύτης πολυμαθίας. idest huius multiuagæ disciplinæ gra-
tia: & librum hunc opulentissimũ recipe: nil prorsus ad nostras pau-
perrimas litteras congruentem. Nam meæ noctes: quas instructum:
ornatumq; isti: de uno maxime illo uersu Homeri quærunt: quẽ So-
crates pro omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat. ὅττι τοι ἐν με-
γάροισι κακόν ἀγαθόν τε τέτυκται. idest ædibus ĩ nostris: quæ recta
aut parua gerantur.

Quod. M. Varro. Cn. Pompeio consuli primum designato cõ-
mentarium dedit: quem appellauit ipse isagogicum de officio sena-
tus habendi. Caput. vii.

CN. Põpeio consulatus primus cũ. M. Crasso designatus est. eũ
magistratũ Põpeius cũ inituris foret: quoniã p militiæ tẽpora:
senatus habẽdi cõsulendiq; rerũ expers humanarũ fuit. M. Varronem
fãiliarem suum rogauit: uti cõmentarium faceret ἐισαγωγικόν. i. in
troductorium. Sic. n. Varro ipse appellat: ex quo disceret: qd facere:

dicereq; deberet:cum ſenatū conſuleret. Eum librum cōmentarium: quem ſuper ea re Pompeio fecerat:periſſe Varro ait in litteris : q̄s ad Oppianum dedit:quæ ſunt in libro epiſtolicarum quæſtionum.iiii. In quibus litteris:quoniam quæ ante ſcripſerat:non comparebāt docet rurſum multa ad eam rem ducentia. Primum ibi ponit : qui fuerint:per quos more maiorum ſenatus haberi ſoleret.eoſq; nominat. dictatorem:conſules:prætores:tri.ple.interregē.præfectū urbi: neq; alii præter hos ius fuiſſe dixit facere ſenatuſconſultum. Quotienſq; uſu ueniſſet:ut omnes iſti magiſtratus eodem tempore romæ eſſent tum quo ſupra ordine ſcripti eſſent:qui eorum prior aliis eſſet: ei potiſſimum ſenatus conſulendi ius fuiſſe. Addit deinde extraordinario iure tribunos quoq; militares:qui pro conſulibus fuiſſent. Item decē uiros:quibus imperium conſulare tum eſſet. Item triūuiros reipubl. conſtituendæ cauſa creatos:ius conſulēdi ſenatum habuiſſe. Poſtea ſcripſit de interceſſionibus.dixitq; intercedendi:ne ſenatuſconſultū fieret:ius fuiſſe iis ſolis:qui eadem poteſtate:qua ii:qui ſenatuſconſultum facere uellent:maioreue eſſent. Tum aſcripſit de locis in quibus ſenatuſconſultū fieri iure poſſet:docuitq;: confirmauitq; niſi in loco per augures conſtituto:quod templū appellaret ſenatuſcōſultū factum eſſet:iuſtū id non fuiſſe. propterea & in curia hoſtilia:& ī pōpeia:& poſt in iulia:cum profana ea loca fuiſſent:templa eſſe per augures conſtituta:ut in iis ſenatuſconſulta:more maiorum iuſta fieri poſſent. Interq; id quoq; ſcriptum reliquit:non omnis ædes ſacras tēpla eſſe. Ac ne ædem quidem Veſtæ templum eſſe. Poſt hæc deiceps dicit:ſenatuſcōſultum ante exortum:aut poſt occaſum ſolem factū ratum non fuiſſe. Opus etiam cenſorum feciſſe exiſtimatos : p quos eo tempore ſenatuſcōſultū factū eſſet. Docet deinde inibi multa:q̄bus diebus haberi ſenatum ius non ſit:īmolareq; hoſtiam prius:auſpicariq; debere:qui ſenatum habiturus eſſet. De rebus quoq; diuinis priusq̄ humanis ad ſenatum referendum eſt. Tum porro referri oportere:aut infinite de republi.aut de ſingulis rebus finite. Senatus quoq; conſultū fieri duobus modis. Aut per diſceſſionem:ſi cōſentiretur:aut ſi res dubia eſſet:per ſingulorum ſentētias exquiſitas.ſingulos autem debere conſuli gradatim. Incipiq; a conſulari gradu : ex quo gradu ſemper quidem antea primum rogari ſolitum : qui princeps in ſenatum lectus eſſet. Tum autem:cum hæc ſcriberet:nouum

morem institutum refert per ambitionem gratiamq; : ut is primum rogaretur: quem rogare uellet: qui haberet senatum: dum is tamē ex gradu consulari esset. Præter hæc de pignore quoq; capiendo disserit. deq; mulcta dicenda senatori: qui cum in senatū uenire deberet: non adesset. Hæc & alia quædā id genus ī libro: quo supra dixi. M. Varro epistola ad Oppianum scripta executus. Sed quod ait sēatus consultū duobus modis fieri solere: aut conquisitis sententiis: aut per discessionem: parum conueīre uidet̄ cum eo: quod Atteius Capito ī cōiectaneis scriptum reliquit. Nam in libro. cclviiii. Tuberonem dicere ait: nullum senatusconsultum fieri posse: nō discessione facta. Quia in omnibus senatusconsultis etiā in iis: quæ per relationē fierent: discessio esset necessaria. Idq; ipse Capito ueꝝ esse affirmat. sed de hac omni re alio in loco plenius accuratiusq; nos memini scribere.

¶ Quæsitum esse dissensumq; an præfectus: latinarū causa creatus ius senatus conuocandi: consulendiq; hēat.

¶ Caput octauū.

PRæfectū urbi: latinarum causa relictum: senatū habere posse Mutius negat: quoniam ne senator quidē sit: neq; ius habeat sententiæ dicendæ: cū ex ea ætate præfectus fiat: quæ non sit sēatoria M. autem Varro in. iiii. epistolicarū quæstionum: & Atteius Capito ī cōiectaneorum. cclviiii. ius esse præfecto senatus habendi dicunt. Deq; ea re assensū esse Capitonem Tuberoni: contra sententiam Mutii refert. Namq; & tribunis inquit plebis senatus habendi ius erat: q̄q̄ senatores non essent: ante atinium plebiscitum.

¶ AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER QVARTVSDECIMVS.

DEclamauerat Antonius Iulianus rhetor præterquā semper alias: tum uero nimium q̄ delectabiliter & fœliciter. Sūt enim ferme scholasticæ istæ declamationes: eiusdem hominis: eiusdemq; facundiæ: nō eiusdem tamen quotidie fœlicitatis. Nos ergo familiares eius circūfusi undiq; eum ꝓsequebamur domum: cum deinde subeuntis montem caspium: conspicimus insulam quādam occupatam igni: multis arduisq; tabulatis editam:

& propinqua iam omnia flagrare uasto incendio. Tum quispiam ibi ex comitibus Iuliani. Magni inquit redditus urbanorum prædiorũ: sed pericula sunt longe maxima. Siquid autem posset remedii fore: ut ne tam assidue domus romæ arderent: uenum hercle dedissem res rusticas: & urbicas emissem. atq; illi Iulianus læta: ut mos eius fuit: ĩterfabulandum uenustate. Si annalem inquit undeuicesimum. Q. Claudii legisses: optimi & sincerissimi scriptoris: docuisset te ꝑfecto Archelaus Regis Mithridatis præfectus: q̄ medela: q̄q; sollertia ignẽ defenderes: ut ne ulla tua ædificatio e ligno correpta: atq; ĩsinuata flã mis arderet. Percontatus ego sum: quid esset illud mirum Quadri- garii repetit. In eo igitur libro scriptum inueni: cum oppugnaret. L. Sylla in terra attica: Pireũ: & contra Archelaus regis Mithridatis præ fectus ex eo oppido propugnaret: turrim ligneam defendendi gratia structã: cum ex omni latere circumplexa igni foret: ardere nõ quisse: quod ab Archelao a lumine oblita fuisset. uerba Quadrigarii ex eo li bro hæc sunt: Tum Sylla conatus est: & tẽpore magno eduxit copias ut Archelai turrim unam: quam ille interposuit: ligneam incenderet uenit: accessit: ligna subdidit: summouit græcos: ignem admouit. sa- tis sunt diu conati: nunq̄ quiuerunt incendere. Ita Archelaus omnẽ materiam obliuerat a lumine. Quod Sylla atq; milites mirabãtur. & postq̄ non succendit: reduxit copias.

Quod Plato in libris: quos de legibus composuit: largiores lætio resq; in conuiuiis inuitatiunculas uini nõ inutiles esse existimauerit.

Caput. ii.

EX insula cræta quispiam ætatem athenis agens: Platonicũ esse se philosophum dicebat: & uiderier gestiebat. Erat autẽ nihili homo & nugator: atq; in græcæ facundiæ gloria iactabundus. Præte- rea uini libidine adusq; ludibria ebriosus. Is ĩ conuiuiis iuuenũ: quæ agitare athenis hebdomadibus lunæ sollẽne nobis fuit simulatq; mo dus epulis factus: & utiles delectabilesq; sermones cœperant: tum si- lentio ad audiendum petito: loqui cœptabat. Atq; id genus: uili & in condita uerborum caterua: hortabatur omnes ad bibendum. Idq; se facere ex decreto Platonico prædicabat: tanq̄ Plato ĩ libris: quos de le gibus composuit: laudes ebrietatis copiosissime scripsisset: utilemq; eam esse bonis & fortibus uiris censuisset. Ac simul inter eiusmodi o rationem crebris: & ingentibus poculis omne ingenium ĩgurgitabat.

Fomitem esse quẽdam dicẽs & incitabulum ingenii: uirtutisq;: si mẽs & corpus hominis uino flagraret. Sed enim Plato in primo: & ĩ secũdo de legibus: non ut ille nebulo opinabatur: ebrietatem istã turpissimam: quæ labefacere: & minuere hominum mentes solet: laudauit. Sed hanc largiorem paulo iucundioremq; uini inuitationem: quæ fieret sub quibusdam quasi arbitris: & magistris conuiuiorũ sobriis nõ improbauit. Nam & modicis modestisq; interbibendũ remissiõibus refici: integrariq; aĩos: ad instauranda sobrietatis officia existimauit. reddiq; eos sensim lætiores: atq; ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores. Et simul si qui penitus in iis affectionum cupiditatũq; errores inessent: quos aliquis pudor reuerens cõcelaret: ea oĩa sine graui periculo libertate per uinũ data detegi. & ad corrigendum: medendumq; fieri opportuniora. atq; etiam hoc Plato ibidem dicit: nõ defugiendas esse: neq; respuendas huiuscemodi exercitationes: aduersũ propulsandam uini uiolentiam. Neq; ullum unq̃ continentem prorsus ac temperantem satis fideliter uisum esse: cuius uita uictusq;: nõ inter ipsa errorũ pericula: & in mediis uoluptatum illecebris explorata sit. Nã cui libentiæ gratiæq; omnes conuiuiorũ incognitæ sint: qq; illarum omnino expers sit. Si eũ forte ad participandas eiusmodi uoluptates: aut uoluntas tulerit: aut casus induxerit: aut necessitas compulerit: deliniri plerũq; & capi. Neq; mentem animumq; eius consistere: sed ui quadam noua ictum labascere. Congrediendum igit᷑ censuit: & tanq̃ in acie quadam: cum uoluptariis rebus: cũq; ista uini licentia cõminus decernendum: ut aduersum eas: non fuga simus tuti nec absentia: sed uigore animi: & constanti præsentia: moderatoque usu: temperantiam: continentiamq; tueamur: & calefacto simul: refotoq; animo: si quid in eo: uel frigidæ tristitiæ: uel torpentis uerecũdiæ fuerit diluamus.

¶ Quid. M. Cicero de pticula ista senserit: scripseritq; quæ præposita est uerbis aufugio: & aufero. Et an ĩ uerbo autumo: eadem ista hæc præpositio esse uideri debeat.

¶ Caput. iii.

Legimus librum Ciceronis: qui inscriptus est orator. In eo libro Cicero cum dixisset: uerba hæc: aufugio: & aufero: cõposita q̃dem esse ex præpositione ab: & ex uerbis fugio: & fero: sed eam præpositionem: quo fieret uox pronunciatu: audituq; lenior: uersã mu-

tatamq; esse in au syllabam: cœptumq; esse dici aufugio: & aufero ꝓ absfugio: & absfero. Cum hoc inq̄ ita dixisset: tum postea ibidem sup eadem particula ita scripsit. Hæc inquit præpositio: præter hæc duo uerba: nullo alio in uerbo reperietur. Inuenimus autem in commentario nigidiano: uerbum autumo compositum ex ab præpositiõe: & uerbo æstimo: dictumq; intercise: autumo: quasi abæstimo: quod significaret totum æstimo: tanq̄ abnumero. Sed quod sit cum honore multo dictum. P. Nigidii hominis eruditissimi audacius hoc: argutiusq; esse uidet̃: q̄ uerius. Autumo enim: nõ id solum significat: sed & dico: & opinor: & censeo: cum quibus uerbis præpositio ista: neq; cohærentia uocis: neq; significatione sententiæ cõuenit. Præterea uir accerrimæ in studio litterarum licentiæ. M. Tullius: non sola eẽ hæc duo uerba dixisset: si reperiri posset ullum tertium. Sed illud magis quæri inspiciq; dignũ est: uersa ne sit: & mutata ab præpositio in au syllabam propter lenitatem uocis: an potius au particula sua sit propria origine: & perinde ut pleræq; aliæ præpositiones a græcis: ita hæc quoq; inde accepta sit: Sicuti est in illo uersu Homeri.

ἀυέρυσαν μέν πρῶτα. καὶ ἔσφαξαν: καὶ ἔδειριαν. αβρομοι ἀνίαχοι

Prima supinarunt: necuere: exuta dedere:

Pellibus: absq; sono: & uocum turba:

Historia de Ventidio Basso ignobili homine: quem primum de parthis triumphasse memoriæ traditum est.

Caput. iiii.

IN sermonibus nuper fuit seniorum hominum: & eruditorum multos in uetere memoria altissimum dignitatis gradum ascẽdisse ignobilissimos prius homines: & despicatissimos. Nihil adeo tamen de quoq̄ tantæ admirationi fuit: quantæ fuerunt: quæ de Ventidio Basso scripta sunt. Eum picentem fuisse genere: & loco humili: & matrem eius a Pompeio Strabone Pompeii magni patre bello sociali: quo asculanos subegit: captam cum ipso esse. Mox triũphante Pompeio Strabone: eum quoq; puerum inter cæteros ante currũ imperatoris sinu matris uectum esse. Post cum adoleuisset: uictum sibi ægre quæsisse: eumq; sordide inuenisse: comparandis mulis: & uehiculis magistratibus: qui sortiti prouincias forent: præbenda publice conduxisse. In isto quæstu notum esse cœpisse. C. Cæsari: & cũ eo ꝓfectum esse in gallias. Tum quia in ea prouincia satis nauiter uersa-

tus esset:& deinceps ciuili bello mandata sibi pleraq; impigre:& stre/
nue fecisset:non modo in amicitiam Cæsaris:sed ex ea in ãplissimum
quoq; ordinem peruenisse. Mox tribunũ quoq; plebis: ac deĩde præ/
torem creatum. Atq; in eo tempore iudicatum esse a senatu hostẽ cũ
.M. Antonio. Post uero coniunctis partibus:non pristinam tantum
dignitatem recuperasse:sed pontificatum: ac deinde cõsulatũ quoq;
adeptum esse. Eamq; rem tam ĩtoleranter tulisse populum romanũ
qui Ventidiũ Bassum meminerat curandis mulis uectitasse: ut uul/
go per uias urbis uersiculi præscriberentur.
Concurrite omnes augures:aruspices.
Portentum inusitatum conflatum est recens.
Nam mulos qui fricabat:consul factus est.
Eundem Bassum Suetonius Tranquillus præpositũ eẽ á.M. Anto/
nio prouinciis orientalibus:parthosq; in syriam introrumpentis: tri/
bus ab eo præliis fusos scribit. Eũq; primũ omniũ de parthis trium/
phasse:& morte obita publico funere sepultum esse.

¶ Verbum profligo a plerisq; dici improprie:insciteq;.

¶ Caput quintum.

Sicut alia uerba pleraq;:ignoratione & inscitia improbe dicẽtiũ
quæ non intelligant:deflexa:& deprauata sunt a ratione recta:
& consuetudine:ita huius quoq; uerbi: quod est profligo : significa/
tio uersa & corrupta est. Nam cũ ab affligendo:& ad perniciem inte/
ritumq; deducendo inclinatum id:tractumq; sit:semperq; eo uerbo:
qui diligenter locuti sunt:ita usi sint:ut profligare dicerent:prodige/
re:& deperdere:profligatasq; res:quasi proflictas:& perditas appel/
larint:nunc audio ædificia & templa:& alia fere multa: quæ ꝓpe ab/
soluta:effectaq; sunt:in profligato esse dici.ipsaq; esse iam ꝓfligata.
Quapropter urbanissime respondisse prætorem non indoctum uirũ
Barbasculo cuidam:ex aduocatorum turba Sulpitius Apollinaris in
quadam epistola scriptum reliquit. Nam cum ille inquit rabula au/
daculus ita postulasset:uerbaq; ita fecisset:oĩa uir clarissime negocia
de quibus te cogniturum eẽ hodie dixisti:diligentia:& uelocitate tua
profligata sũt.unum id solum relictum est:de quo rogo audias. Tũ
prætor satis ridicule:an illa negocia:de quibus iam cognouisse me di
cis:profligata sint equidem nescio.hoc autem negocium: quod in te
incidit:proculdubio:siue audiam:siue non audiam profligatum est.

Quod ſignificare autem uolunt: qui profligatum dicunt:ii qui latīe locuti ſunt:nō profligatum:ſed effectum dixerunt:ſicut.M.Cicero: in oratione quam habuit de prouinciis conſularibus. eius uerba hæc ſunt.Bellum effectum uidemus:& uere ut dicam pene confectū. Itē infra.Nam ipſe Cæſar:quid eſt:ꝙ in mea prouincia cōmorari uelit: niſi ut ea quæ per eum effecta ſunt:pfecta reip.tradat? Idē Cicero in œconomico : Cum uero affecta iā prope æſtate:uuas a ſole miteſcere tempus eſt.

¶ IN libro.M.Cicetonis de gloria ſecundo:manifeſte eſt erratum in ea parte in qua ſcriptum eſt ſuper Hectore & Aiace.

¶ Caput.vi.

IN libro.M.Tullii:qui eſt ſecundus de gloria:manifeſtus error eſt nō magnæ rei.Quē errorē eſſe poſſit agnoſcere nō aliqs eruditorꝝ ſed qui tātum legerit ὁμήρου τὸ ή.ideſt Homeri.ή.litteram.i. librum octauum.Quāobrem non tam id mirabamur erraſſe in eā rē .M.Tulliū:q̄ non eſſe animaduerſum hoc poſtea: correctūq; uel ab ipſo:uel a Tyrone liberto eius diligentiſſimo homīe:& librorꝝ patrōi ſui ſtudioſiſſimo.Ita enim ſcriptum in eodem libro eſt: Aiax cū Hectore congrediens de pugnandi cauſa agit:ut ſepeliatur: ſi ſit forte uictus.Declaratq; ſe uelle:ut ſuum tumulum:multis etiam poſt ſæculis:prætereuntes ſic loquantur.

Hic ſitus eſt:uitæ iam pridem lumina linquens.
Qui quondam Hectoreo perculſus concidit enſe.
Fabitur hoc aliquis.mea ſemper gloria uiuet.

Huius autē ſententiæ uerſus:quos Cicero in linguam latinam uertit nō Aiax apud Homerum dicit:neq; Aiax ait:ut ſepeliat᷑: ſed Hector dicit:& Hector de ſepultura agit:priuſq̄ ſciat:an ſecum depugnandi cauſa:congreſſus ſit Aiax.

ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνειῶτος.
ὅν ποτ᾽ ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος ἕκτωρ.
ὥς ποτέ τις ἐρέει. τὸ δ᾽ ἐμὸν κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται.
Ecce uiri tumulum:qui pridem a lumine ceſſit.
Abſtulit hunc:factis præclarum ſplendidus Hector.
Quondam ita quis dicet.mea nunq̄ gloria olebit.

¶ Obſeruatum eſſe in ſenibus:ꝙ ānū fere ætatis tertium & ſexageſimum agāt:aut laboribus:aut interitu:aut clade aliqua īſignitū.Atq;

inibi super eadem:obseruatione exemplum appositum epistolæ diui
Augusti ad Caium filium. ¶ Caput. vii.

OBseruatum in multa hominum memoria: expertumq; est seni
oribus plerisq; oĩbus sexagesimumtertium uitæ ãnum cum pe
riculo & clade aliqua uenire:aut corporis:morbiq; grauioris:aut uitæ
interitus:aut animi ægritudinis. Propterea qui rerꝝ : uerborꝝq; istius-
modi studio tenentur:eum ætatis annum appellant κλιμακτήρικον
idest scalarium. ¶ Nocte quoq; ista proxima superiore cum librum
epistolarum diui augusti:quas ad Caium nepotem suum scripsit:le-
geremus:duceremurq; elegantia orationis: neq; morosa: neq; anxia:
sed facili hercle:& simplici:id ipsum ĩ quadam epistola : sup eodem
ãno scriptum offendimus. Eiusq; epistolæ exẽplum hoc est. viiii. cal.
octobris. Aue mi Cai:meus Asellius iucundissimus:quem semp me-
diusfidius desidero:cum a me abes. Sed præcipue diebus talibus q̃lis
est hodiernus:oculi mei requirere meum Caium: quem ubicũq; hoc
die fuisti:spero lætum & beneualentem celebrasse : quartum & sexa-
gesimum natalem meum. nam ut uides κλιμακτῆρα. idest scalariũ:
cõmunem seniorum omniũ tertiũ & sexagesimũ euasimus annum.
Deus autem oro:ut mihi quãtũcũq; superest tẽporis: id saluis uobis
traducere liceat:in statu reipu. fœlicissimo ἀνδραγαθούντων ὑμῶν
καὶ διαδεχομένων .i. fortiter ac uiriliter agentibus uobis:atq; suc-
cedentibus suscipientibusq; stationem meam.

¶ Locus ex oratione Phauorini ueteris oratoris de cœnarꝝ: atq; luxu
riæ exprobratione:qua usus est:cũ legẽ liciniam de sumptu minuen
do suasit. ¶ Caput. viii.

CVm legeremus orationem ueterem Phauorini : nõ indiserti ui
ri:quam orationem totam:ut meminisse possemus: odio her-
cle istiũsmodi sumptus:atq; uictus perdidicimus. Verba quæ appo-
suimus Phauorini hæc sunt. Præfecti popinæ atq; luxuriæ: negãt cœ
nam lautam esse:nisi cum libentissime edis:tũ auferatur:& alia esca
melior:atq; amplior succenturietur. Is nunc flos cœnæ haberet̃ inter
istos:quibus sumptus & fastidium pro facetiis procedit. Qui negãt
ullam auem:præter ficedulam:totam comesse oportere. Cæterarum
auium:atq; altilium:nisi tantum apponatur:ut a cluniculis:ĩferiore
parte saturi fiant:conuiuium putãt inopia sordere. Superiorẽ ptem
auium:atq; altilium:qui edunt:eos palatum non habere. Si propor

tione crescit luxuria: & debere epulas crescere. Videte quid relinqtur: nisi ut deliberari sibi cœnas iubeant ne edendo defatigentur: quando stratus auro: argento: purpura: amplior aliquot hominibus: q̄ diis i̅mortalibus adornantur.

¶ Quod Cecilius poeta frontem genere uirili: non poetice: sed cū ꝓbatione: & cum analogia appellauit.

¶ Caput. ix.

VEre ac diserte Cecilius hoc in subditino scripsit.
Nam ii sunt inimici pessimi fronte hilaro:
Corde tristi: quos neq;: ut apprehēdas: neq; ut mittas: scias.
Hos ego uersus: cum de quodam istiusmodi homine sermones essēt in circulo forte iuuenū eruditorum dixi. Tum de grāmaticoꝝ uulgo quispiā nobiscum ibi assistens non sane ignobilis. Quanta inquit licantia: audaciaq; Cecilius hic fuit: cum fronte hilaro: non fronte hilara dixit. & tam i̅manem solœcismū nihil ueritus est. Immo inq̄ potius nos: & q̄ audaces: & q̄ licentes sumus: qui frontem improbe: indocteq; non uirili genere dicimus: cum & ratio proportiōis: quæ analogia appellatur: & ueterum auctoritas non hanc: sed hunc frontem debere dici suadeant. Quippe. M. Cato i̅ quinta originū ita scripsit. Postridie signis collatis: æquo frōte: peditatu: equitibus: atq; aliis cū hostium legionibus pugnauit. Recto quoq; fronte idem Cato: eodē in libro dicit. At ille semidoctus grammaticus. Missas inquit auctoritates facias: quas quidem ut habeas posse fieri puto. Sed rationē dic: quam non habes. Atq; ego iis eius uerbis: ut tum ferebat ætas irritatior: audi inq̄ mi magister rationem: falsam quidem: sed quā redarguere falsam esse tu non queas. Omnia inq̄ uocabula tribus litteris finita quibus frons finitur: generis masculini sunt: si i̅ genitiuo quoq; casu eadē syllaba finiant̄: ut mons: pons: frons. At ille contra renitēs. Audi inquit discipule plura alia consimilia: quæ nō sunt generis masculini. Petebant ibi omnes: ut uel unum statim diceret. Sed cum homo uultum intorqueret: & non hisceret: coloresq; mutaret. Tū ego i̅tercessi. & uade inq̄ nūc: & habeto ad requirēdū. xxx. dies. Postq̄ i̅ueneris: repetes nos. Atq; ita hominē nulli rei: ad indagandū uocabulū quo rescinderet functionē fictam dimisimus.

¶ De uoluntario: & admirando interitu uirginum milesiarū.

¶ Caput decimū.

PLutarchus in librorum quos περὶ ψυχῆς.i.de anima ĩscripsit primo cũ de moribus dissereret in aĩos hominũ incidẽtibus uirgines dixit:milesii nominis:ferme quot tum in ea ciuitate erant:repẽte sine ulla euidenti causa:uolũtatẽ cœpisse obeundæ mortis. Ac deĩde plurimas uitã suspendio amisisse. Id cũ accideret in dies crebrius: neq; animis eaꝝ:mori perseuerantiũ medicina adhiberi quiret: decreuisse milesios:ut uirgines:quæ corporibus suspensis demortuæ forẽt ut eæ omnes nudæ cum eodem laqueo.qui essẽt præuinctæ efferrẽt. Post id decretum:uirgines uoluntariã mortẽ non petisse:pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

¶ Verba senatuscõsulti de exigendis urbe Roma philosophis. Item uerba edicti censorum:quo improbati:& coerciti sunt:qui disciplinã rhetoricam instituere:& exercere Romæ cœperant.

¶ Caput.xi.

C.Fannio Strabone.M.Valerio Messalla consulibus:senatuscõsultum de philosophis & rhetoribus latinis factum est.M.Põponius prætor senatum consuluit:quod uerba facta sunt de philosophis & rhetoribus:de ea re ita censuerunt:ut.M.Pomponius prætor animaduerteret:curaretq; uti ei e repu.fideq; sua uiderẽt:uti Romæ ne essent. Aliquot deinde annis post id senatusconsultum Cn. Domitius Aenobarbus:&.L.Licinius Crassus censores: de cohercendis rhetoribus latinis:ita edixerunt. Renũciatum est nobis esse homines qui nouum genus disciplinæ instituerunt. Ad quos iuuentus ĩ ludũ conueniat.eos sibi nomen imposuisse latinos rhetores. Ibi homines adolescentulos dies totos desidere. Maiores nr̃i quæ liberos suos discere:& quos in ludos itare uellent instituerunt. Hæc noua: quæ præter cõsuetudinem:ac morem maioꝝ fiũt:neq; placent:neq; recta uidentur. Quapropter & iis:qui eos ludos habent:& iis:qui eo uenire consueuerunt:uisum est faciundũ:ut ostenderemus nostrã sententiam: nobis non placere. Neq; illis solũ temporibus nimis rudibus: necdũ græca doctrina expolitis:philosophi ex urbe roma pulsi sunt:uerum etiã Domitiano imperante:senatusconsulto eiecti:atq; urbe & italia interdicti sunt. Qua tempestate Epictetus quoq; philosophus:propter id senatusconsultum nicopolim Roma decessit.

¶ Locus ex oratione Gracchi:de parsimonia:ac de pudicicia sua memoratissimus. ¶ Caput.xii.

C. Gracchus cum ex sardinia rediit: orationem ad populum in cõcione habuit. ea uerba sunt hæc. Versatus sum inquit in prouincia: quomodo ex usu uestro existimabam esse: non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina: neq; pueri eximia facie stabant: sed in cõuiuio liberi uestri modestius erãt q̃ apud principem. Post deinde hæc dicit. Ita uersatus sum in prouĩcia: ut nemo posset uere dicere assem: aut eo plus ĩ muneribus me accepisse: aut mea opera quempiam sumptum fecisse. Biẽnium fui in prouincia: si ulla meretrix domum meã ĩtroiuit: aut cuiusq̃ seruulus ꝓpter me sollicitatus est: omnium nationum postremissimũ neqssimũq; æstimatote. Cum a seruis eoꝝ tã caste me habuerim: inde poteritis considerare: Puomodo me putetis: cũ liberis uestris uixisse. atq; ibi ex interuallo: Itaq; inquit quirites cum Romam profectus sum: zonas quas plenas argenti extuli: eas ex prouincia inanes retuli. Alii uini amphoras: q̃s plenas tulerũt: eas argẽto plenas domo reportauerunt.

De rebus inopinatis: quæ utroq; uersum dicũtur: & a grãmaticis cumunia uocantur. Caput. xiii.

Vtor: & uereor: & hortor: & consolor communia uerba sunt: Ac dici utroq; uersus possũt: uereor te: & uereor abs te: idest tu me uereris: utor te: & utor abs te. i. tu me uteris. hortor te: & hortor abs te idest tu me hortaris. consolor te: & consolor abs te: idest tu me consolaris. testor quoque: & interpretor significatione reciproca dicuntur. Sunt autem uerba hæc omnia ex altera parte inusitata. Et an dicta sint in eã quoque partem quæri solet. Afranius in consobrinis. Hem iste parẽtum est uitabilis liberis: ubi malunt metui: q̃ uereri se a suis. Hic uereri ex ea parte dictum est: qua est non usitatior. Nouius in ligararta: uerbum quod est utitur: ex contraria parte dicit. Quia supellex multa: quæ non utitur: emitur tamen: idest quæ usui non est. M. Cato in quinta origine: exercitum inquit suum prãsum paratum cohortatus eduxit foras: atque instruxit. consolor quoq; in partem alteram: præterq̃ dici solitum est in epistola. Q. Metelli: quam cum in exilio esset ad Cn. & ad. L. Domitios dedit. Ac cum animum inquit uestꝝ erga me uideo uehemẽter cõsolor. & fides uirtusq; uestra: mihi ãte oculos uersatur. Testata itidẽ: & interpretata eadẽ ratione dixit. M. Tullius in p̃rio libro de diuinatione: ut testor: ĩterpretorq; uerba

cõmunia uideri debeant. Saluſtius quoq; eodem modo dilargitus ꝑ ſcriptoꝝ bonis dicit : tanq̃ uerbum largior ſit ex uerbis cõmunibus. Veritum autem: ſicut puditum: & pigitum: non perſonaliter per infinitum modum dictum eſſe: non a uetuſtioribus tantum uidemus ſed a. M. quoq; Tullio in ſecũdo de finibus. Primũ inquit Ariſtippi cirenaicoꝝq; omniũ: quos non eſt ueritum in ea uoluptate: quæ maxima dulcedine ſenſum moueret ſũmũ bonũ ponere. Dignor quoq; & ueneror: & cõfiteor: & teſtor: habita ſunt in uerbis cõmunibus. ſicuti in Virgilio illa dicta ſunt. Coniugio anchiſa ueneris dignate ſuperbo. & Curſuſq; dabit uenerata ſacerdos. Confeſſio autem æris de quo facta conceſſio eſt: i. xii. tabulis ſcriptum eſt his uerbis. Aeris cõfeſſi: rebuſq; iudicatis. xxx. dies iuſti ſunt. Item ex iiſdem tabulis id quoq; eſt. Quæ ſi erit teſtatior: libripenſue fuerit in teſtimonium feriatur: improbus inteſtabiliſq; eſto.

¶ Quod Metellus Numidicus figurã orationis nouã: ex oratiõibus græcis mutuatus eſt. ¶ Caput. xiiii.

APud. Q. Metellum Numidicum in libro accuſatõis ĩ Valeriũ Meſſalã tertio noue dictum eſſe ãnotauimus. Verba ex orõne eius hæc ſunt. Cum ſeſe ſciret in tantũ crimen ueniſſe: atq; ſocios ad ſenatũ quæſtũ flẽtes ueniſſe: ſeſe maxĩas pecunias exactos eſſe. pecunias ſe maxĩas exactos id nobis uidebat̃ græca figura dictũ. Græci. n. dicunt εισε πράξατο μὲ ἀργύριον: ideſt exigit a me argentum. Id ſignificat exegit me pecuniã. ꝙ ſi id dici poteſt: etiã exactus eſſe aliquis pecuniã dici põt. Cecilius quoq; eadẽ figura in hypobolimoeo æſchino uſus uidet̃. Ego illud minus nihilo exigor portorium. i. nihilo minus exigit̃ de me portorium.

¶ Paſſis uelis: & paſſis mãibus dixiſſe ueteres: nõ a uerbo ſuo: quod eſt patior: ſed ab alieno: quod eſt pando.

¶ Caput. xv.

AB eo quod eſt pãdo paſſũ ueteres dixerunt: nõ panſum: & cum præpoſitione expaſſum: nõ expanſum. Cecilius ĩ ſynariſtoſis. Heri uero ꝑſpexiſſe eũ ſe ex tegulis. Hæc nũciaſſe: & flãmeũ expaſſũ domi. Capillo quoq; eſſe mulier paſſo dicit̃: quaſi porrecto & expãſo & paſſis manibus : & uelis paſſis dicimus. quod ſignificat diductis: atq; diſtentis. Itaq; Plautus ĩ milite glorioſo a littera in e mutata: per cõpoſiti uocabuli morẽ diſpeſſis dicit: pro eo quod eſt diſpaſſis.

Credo ego istoc exemplo tibi eē eūdem extra
Portam dispessis manibus patibulum cum habebis.

De nouo genere interritus crotoniensis Milonis.

Caput.xvi.

Milo crotoniensis athleta illustris: quem in chronicis scriptū est olympiade prima coronatū esse: exitū habuit uitæ miserādum & mirandum. Cum iam natu grandis artē athleticā desisset: iterq; faceret forte solus in locis Italiæ siluestribus: quercum uidit proxīe uiā patulis in parte media ramis hiantem. Tunc experiri credo etiā tunc uolens: an ullæ sibi reliquæ uires adessent: īmissis in cauernas arboris digitis diducere: & rescindere quercū conatus est. Ac mediā quidē ptē discidit: diuellitq;. Quercus autem in duas diducta partes: cū ille q̄si perfecto: quod erat cōnixus: manus laxasset: cessante ui: redit in naturam: manibusq; eius retentis inclusisq; stricta denuo: & cohæsa dilacerandum hominem feris præbuit.

Quam ob causam nobiles pueri atheniensium tibiis canere desierint: cum patrium istum morem canendi haberent.

Caput.xvii.

Alcibiades atheniensis cū apud auunculū Periclē puer artibus: ac disciplinis liberalibus erudiret̄: & arcessi Pericles Antigenidā tibicinē iussisset: ut eū canere tibiis: quod honestissimū tū uidebatur doceret: traditas sibi tibias cū ad os adhibuisset: inflassetq;: pudefactus oris deformitate: abiecit: infregitq;. Ea res cū percrebuisset: oīum tū atheniensium consensu disciplina tibiis canēdi desita est. Scriptū hoc in cōmentario Pamphilæ nono & uicesimo.

Quod pugna belli ciuilis: uictoriaq;. C. Cæsaris: quā uicit ī pharsaliis cāpis: nunciata prædictaq; est p cuiusdā Cornelii sacerdotis uaticiniū: eodē ipso die in Italia Patauii.

Caput.xviii.

Quo. C. Cæsar: & Cn. Pōpeius die: ciuile bellum signis collatis ī thessalia cōflixerūt: res accidit Patauii ī trāspadana italia memoria digna. Cornelius qdā sacerdos: & loco nobilis & sacerdotii religiōibus uenerādus: & castitate uitæ sāctus: repēte mota mēte cōspicere se pcul dixit pugnā acerrimā pugnari. Ac deinde alios cedere: alios urgere: cædē: fugā: tela uolātia: īstaurationem pugnæ: īpressionem gemitus: uulnera: pinde ut se ipse ī prælio uersaret̄: corā uidere sese uociferatus est. Ac postea subito exclamauit cæsarem uicisse. At cornelii

ſacerdotis ariolatio leuis tum quidē uiſa eſt: & uecors. Magnæ mox admirationi fuit: ꝙ non modo pugnæ: quæ in theſſalia pugnata eſt: neq̄ prælii exitus: qui erat prædictus: idē fuit: ſed oēs quoq; pugnādi reciprocæ uices: & ipſa exercituū duoꝝ conflictatio uaticinantis: motu atq; uerbis repræſentata eſt.

Verba. M. Varronis memoria digna ex ſatyra: quæ inſcribit̃ περὶ ἐδεσμάτων. i. de eduliis. Caput. xix.

NOn pauciſſimi ſunt: in quo poteſt conuenire id: quod. M. Varro dicit ī ſatyra: quæ īſcribit̃ περὶ ἐδεσμάτων. i. de eduliis. uerba hæc ſunt. Si quantū operæ ſumpſiſti: ut tuus piſtor bonū faceret panē: eius duodecimā philoſophiæ dediſſes: ipſe bonus iāpridē eſſes factus. Nunc illum qui norunt: uolunt emere milibus centum. Te q̄ nouit nemo centuſſis.

Notata quædam de Euripidis poetæ genere: uita: moribus. deque eiuſdem fine uitæ. Caput. xx.

EVripidi poetæ matrem Theopompus agreſtia olera uendētem uictum quæſiſſe dicit. Patri autem eius nato illo: reſponſum ē a chaldæis eum puerum cum adoleuiſſet: uictorem in certaminibus fore. Id ei puero fatum eſſe pater interpretatus: athletam debere eſſe: roborato exercitatoq; filii ſui corpore olympiam certaturum eū inter athletas pueros deduxit. Ac primo quidem in certamine per ābiguā ætatem receptus non eſt. Poſt eleuſino: & theſeo certamīe pugnauit. & coronatus eſt. Mox a corporis cura ad excolendi animi ſtudiū trāſgreſſus auditor fuit phyſici anaxagoræ: & rhetoris Prodici. In morali aūt philoſophia Socratis. Tragœdiam ſcribere natus annos duodeuiginti adortus eſt. Philochorus refert in inſula ſalamine ſpeluncam eſſe tetram: & horridam: quam nos uidimus: in qua Euripides tragœdias ſcriptitauit. Mulieres fere omnis ī maiorē modum exoſus fuiſſe dicit̃: ſiue ꝙ natura abhorruit a mulieꝝ cœtu: ſiue ꝙ ſimul duas uxores habuerat: cum id decreto ab athenienſibus facto ius eēt: quaꝝ matrimonii pertedebat. Eius odii ī mulieres Ariſtophanes quoq; meminit: ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφοριαζούσαις. id eſt in prioribus theſmophoriis cum mulieres ad ſacra cōueniunt eleuſina. theſmophoria enim feſta ſunt Cæreris in his uerſibus.

νῦν οὖν ἁπάσαισι παραινῶ: καὶ λέγω.
τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὕνεκα.

αγρια γάρ τινά ὦ γυναῖκες δρᾶ ατε ἐν ἀργίοις.
Τοῖς λαχάνοις ἀυτὸς τραφεὶς. Id eſt
Omnis igitur nunc admoneo.& dico
Virum huncine ulciſci:multis de cauſis.
Agreſtia & enim quædam matronæ agit:utqui
In agreſtibus enutritus oleribus ſit. Alexander autẽ Aetolus hos de Euripide uerſus compoſuit.

ὁ δέ ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχάι ου.
στριφνὸς μὲν ἐμοὶ γὲ ἔοικε προσει πεῖν
κάι μισογελῶς κάι τωθάζειν.ὀυδὲ πάροινον
μεμαθηκώς.αλλοτὶ γράψαι τοῦταν.
μέλιτος κάι σειρήνων ἐτετέυχει: ideſt
At anaxagoræ alumnus ueteris ille
Durus quidem ad ſalutandum uidetur.
Et ridendi exoſus:& iocari ne ad uinum quidem
Conſuetus.uerum quicquid ſcripſerit.id
Amelle:ac ſinenibus profluit.

Is cum in Macedonia:apud Archelaum regẽ eſſet:uteretur q; eo rex familiariter:rediẽs nocte ab eius cœna:canibus a quodã æmulo ĩmiſſis dilaceratus eſt.& ex iis uulneribus mors ſecuta eſt.Sepulchrũ aũt eius:& memoriã macedones eo dignati ſũt honore:ut ĩ gloriæ quoq; loco prædicarent.ὄυποτε σὸν μνῆμα ἔυριπίδης ὄλετο πoῦ.i.Nulla ætate tua euripides monumẽta pibũt.Quod egregius poeta morte obita ſepultus in eo℞ terra foret.Quãobrẽ cũ legati ad eos ab atheniẽſibus miſſi:petiſſent:ut oſſa ĩ terrã illius patriã pmitterẽt trãſferri:maximo conſenſu macedones in ea re denegãda perſtiterũt.

¶ Quod a poetis Iouis filii prudẽtiſſimi:humaniſſimiq; Neptunni aũt inhumaniſſimi:& ferociſſimi traduntᷣ. ¶ Caput.xxi.

PRæſtãtiſſimos uirtute:prudentia:uiribus Iouis filios poetæ appellauerunt:ut Aeacũ:Minoa:& Sarpedona: ferociſſimos:& ĩmanes :& alienos ab oĩ humanitate tanq̃ e mari genitos Neptũni filios dixerunt:Cyclopa:& Cercyona:& Leſtrygonas.

¶ Hiſtoria de Sertorio duce:deq; aſtu eius:cõmentitiiſq; ſimulamẽtis:qbus ad barbaros milites cõtinendos: cõciliãdoſq; ſibi utebatᷣ.

¶ Caput.xxii.

SErtorius uir acer: egregiuſq; dux: & utendi regendiq; exercitus

peritus fuit. Is in temporibus difficillimis mentiebatur ad milites si mendacium prodesset. & littetas compositas pro ueris legebat: & somnium simulabat: & falsas religiones conferebat: si quid istæ res eum apud militum animos adiutabant. Illud adeo Sertorii nobile ē: Cerua alba eximiæ pulchritudinis: & uiuacissimæ celeritatis a lusitano ei quodam dono data est. hanc sibi oblatam diuinitus: & īstinctā Dianæ numine: colloqui secum: monereq; & docere: quæ utilia factu essent: persuadere omnibus instituit. Ac siquid durius uidebat᷑ quod imperādum militibus foret: a cerua sese monitum prædicabat. Id cū dixerat uniuersi tanq̄ si deo: libentes parebant. Ea cerua quodam die cum incursio esset hostium nunciata: festinatione: ac tumultu cōsternata in fugam se prorupit. atq; in palude proxima delituit. & postea requisita perisse credita est. Neq; multis diebus post inuentā esse ceruam Sertorio nunciatur. Tum qui nūciauerat iussit tacere. Ac ne cui palam diceret interminatus est. Præcepitq; ut eam postero die repēte in eum locum: in quo ipse cum amicis esset: immitteret. Admissis deinde amicis postridie: uisum sibi esse ait in quietem: ceruam quæ perierat ad se reuerti. Et ut prius cōsueuerat: quod opus esset facto prædicare. Tum Sertorio quod imperauerat: significante cerua emissa in cubiculum Sertorii introrupit. Clamor factus & orta admiratio est. Eaq; hominum barbaroꝝ credulitas Sertorio ī magnis rebus magno usui fuit. Memoriæ proditum est: ex iis nationibus: quæ cum Sertorio faciebāt: cum multis præliis superatus esset: neminem unq̄ ab eo desciuisse: q̄q̄ id genus hominum esset mobilissimum.

¶ De ætatibus historicorum nobilium Hellanici: Herodoti: Thucydidis. ¶ Caput. xxiii.

HEllanicus: Herodotus: Thucydides historiæ scriptores in iisdē temporibus fere: laude ingenti floruerunt. Et non nimis longe distantibus fuerunt ætatibus. Nam Hellanicus initio belli pelopōnesiaci fuisse quīq; & sexagīta ānos natus uidet᷑: Herodotus tres & quīquaginta: Thucydides q̄draginta. Scriptū hoc ī libro. xi. Pāphilæ.

¶ Quid Vulcatius Sedigitus in libro: quē de poetis scripsit de comicis latinis iudicarit. ¶ Caput. xxiiii.

SEdigitus ī libro: quē scripsit de poetis: qd de iis sētiat: q comœdias fecerūt: & quē præstare ex oībus cæteris putet. ac deinceps quo quēq; in loco & honore ponat: his uersibus suis demonstrat.

Multos incerto certare hanc rē̄m uidimus:
Palmam poetæ comico cui deferant.
Cum me iudice errorem dissoluam tibi.
Contra ut si quis sentiat:nihil sentiat.
Cecilio palmam statuo de comico.
Plautus secundus facile exuperat cæteros.
Dein neuius qui seruet:precio in tertio est.
Siquid quarto detur:dabitur licinio.
Post insequi licinium facio attilium.
In sexto consequitur hos terentius.
Turpilius septimum:trabea octauum optinet:
Nono loco esse facile facio luscium.
Decimum addo antiquitatis causa ennium.

De uerbis quibusdam nouis:quæ in Cn. Matii Mimi iambis offē deramus. Caput.xxv.

CN. Matius uir eruditissimus in Mimi iambis suis non absurde neq; absone finxit recentatur:pro eo:quod græci dicunt ἀνανεοῦνται.i.renouatur:idest denuo nascitur:atq; iterum fit recēs. Versus in quibus hoc uerbum est:hi sunt.
Iamiam albicassit phœbus:& recentatur.
Commune lumen hominibus & uoluptas.
Idem Matius in iisdem Mimi iambis:edulcare dicit: quod ē dulcius reddere:in his uersibus.
Quapropter edulcare conuenit uitam.
Curasq; acerbas sensibus gubernare:

Quibus uerbis Aristoteles philosophus definierit syllogismū.eiusq; definitionis interpretamentum uerbis latinis factum.

Caput.xxvi.

ARistoteles quid syllogismus esset:his uerbis definiuit. λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν.ἕτερόν τι τῶν κειμένων.ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων.id est oratio:in qua positis quibusdam: aliud quid a positis:necessario consequitur per ea:quæ posita sunt. Eius definitionis non uidebatur habere incōmode īterpretatio facta hoc modo. Syllogismus est oratio: in qua consensus quibusdam: & concessis:aliud quicquam quæ concessa sunt: per ea quæ concessa sunt:necessario conficitur.

Quid sint comitia calata: quid curiata: quid centuriata: quid tributa: quid consilium. Atq; inibi quædam eiusmodi.

Caput. xxvii.

IN libro Lælii felicis ad. Q. Mutium primo scriptū est: Labeonem scribere calata comitia esse: quæ pro collegio pontificum habentur: aut regis sacrorū: aut flaminū: in augurandorū causa. Eorū autem alia esse curiata: alia centuriata. Curiata per lictorem curiatim calari. i. conuocari. cēturiata per cornicinem. Iisdem comitiis: quæ calata appellari diximus: & sacrorū detestatio: & testamenta fieri solebant. Tria enim genera testamentorū fuisse accepimus. Vnū quod calatis comitiis in concione populi fieret: alterum in procinctu cū uiri ad prælīū faciendum in aciem uocabātur. Tertium per familiæ emācipationem: cui æs & libra adhiberetur. In eodē Lælii Felicis libro hæc scripta sunt. Is qui non uniuersum populum: sed partem aliquam adesse iubet: nō comitia: sed consilium edicere debet. Tribuni autem neq; aduocant patritios: neq; ad eos referre de re ulla possunt. Ita ne leges quidem proprie: sed plebiscita appellantur. quæ tribunis plebis ferentibus accepta sunt. Quibus rogationibus ante patritii non tenebant: donec. Q. Hortensius dictator eam legē tulit: ut eo iure quod plebes statuisset: omnes quirites tenerentur. Item in eodem libro hoc scriptum est. Cū ex generibus omniū suffragiū ferat: curiata comitia esse. Cū ex cēsu & ætate centuriata. Cū ex regionibus & locis tributa. Centuriata aūt comitia intra pomeriū fieri nefas esse: quia exercitum extra urbem īperari oporteat. ītra urbem īperari ius nō sit. Propterea centuriata in cāpo martio haberi: exercitūq; impari præsidii causa solitum: quoniā populus esset in suffragiis ferendis occupatus.

Quod errauit Cor. Nepos cū scripsit Ciceronē tres &. xx. ānos natum causam pro Sex. Roscio dixisse.

Caput. xxviii.

ECor. Nepos & rerū memoriæ nō indiligens: &. M. Ciceronis: ut q maxime amicus: familiarisq; fuit. Atq; is tamen in prīo librorū quos de uita illius cōposuit: errasse uidet: cum eū scripsit tris & uigīti ānos natū: primā causā iudicii publici egisse. Sex. q; Rosciū parricidii reum defendisse. Dinumeratis quippe annis a. Q. Cepione: & a. Q. Serrano: quibus cōsulibus: ante diē. iii. nonas Ianuarii. M. Cicero natus est: ad. M. Tulliū: & Cn: Dolobellam: quibus consulibus causam priuatam pro Quintio: apud aquilium Gallum iudicē dixit

sex & uiginti anni reperiuntur. Neq; dubium est: quin post annũ: q̃ pro Quintio dixerat: Sex. Roscium reum parricidii defenderit: ãnos iam septem & uiginti natus. L. Sylla Felice: &. Q . Metello Pio consulibus. In qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animaduertit: q̄ eum scripserit: sexto & uicesimo ætatis anno pro Sexto Roscio dixisse. Longior autem nepotis: q̃ Fenestellæ error est: nisi qs uult in animum inducere: studio amoris: & amicitiæ adductum: amplificandæ admirationis gratia: quadriẽnium Nepotem suppressisse ut. M. Cicero orationem florentem dixisse pro Roscio admodũ adolescens uideretur. Illud adeo ab utriusq; oratoris studiosis animaduersum: & scriptũ est: q̄ Demosthenes & Cicero pari ætate illustrissimas orationes in causis dixerint. Alter κατὰ ἀνδροτίωνος. καὶ κατὰ τιμοκράτους: idest in Androtionem: & in Thimocratem: septẽ & uiginti annos natus. alter anno minor pro. P. Quintio. septimo & uicesimo: pro Sex. Roscio. Vixerunt quoq; non nimis numerũ annorũ diuersum. Alter tris & sexaginta annos. Demosthenes. lx.

Quali figura orationis & q̃noua. L. Piso Annalium scriptor usus sit. Caput. xxix.

Væ istæ in loquendo figuræ notæ: satis usitatæ sunt. Mihi nomen est Iulius: & mihi nomẽ est Iulii. Tertiam figuram nouã hercle repperi apud Pisonem in secũdo annaliũ. Verba Pisonis hæc sunt. L. Tarquinium collegam suum: quia Tarquinio nomen esset: metuere. Eumq; orat: uti sua uoluntate roma concedat. Quia Tarquinio inquit nomen esset. Hoc perinde est: tanq̃ si ego dicam: mihi nomen est Iulium.

Vehiculum quod petorritum appellatur: cuiatis linguæ uocabulum sit græcæ an gallicæ.

Caput. xxx.

Vi ab alio genere uitæ detriti iam: & retorridi ad litterarum disciplinas serius adeunt: si forte idem garruli natura: & subargutuli sunt: q̃oppido fiunt in litterarum ostentatione inepti & friuoli. Quod genus profecto ille homo est: qui de petorritis nuper argutissimas nugas dixit. Nam cum quæreretur petorritum quali forma uehiculum: cuiatisq; linguæ uocabulum esset: & faciem uehiculi ementitus est longe alienam: falsamq;: & uocabulum græcum esse dixit. Atq; id significare uolucres rotas ĩterpretatus est. Cõmutataq; una littera petorritum esse dictum uolebat: quasi petorotum. Scriptum

etiam hoc esse a Valerio contendit probo. Ego cum Probi multos ad modum cõmentariorum libros acquisierim: neq; scriptum in his inueni: nec usq̃ alioquin Probum scripsisse credo. Petorritum enim est non ex græca dimidiatum: sed totũ trãsalpibus factũ. nã est uox gallica. Id scriptum est in libro. M. Varronis quartodecimo re℞ diuiña℞: Quo in loco Varro cũ de petorrito dixisset: esse id uerbũ gallicũ: lanceam quoq; dixit nõ latinũ: sed hispanicũ uerbum esse.

¶ Quæ uerba legauerint rhodii ad hostiũ ducẽ Demetrium: cum ab eo obsiderentur super illa inclyta Hyalisi imagine.

¶ Caput. xxxi.

RHodũ insulã celebritatis antiquissimæ: oppidũq; ĩ ea pulcherrimũ: ornatissimũq; obsidebat oppugnabatq; Demetrius dux ætatis suæ inclytus. Cui a peritia disciplinaq; faciendi obsidii: machinarũq; sollertia: ad capienda oppida reperta℞: cognomentũ πολιορκητής. i. urbiũ expugnator fuit. Tum ibi in obsidione illa ædes q̃sdã publice factas: quæ extra muros urbis cũ paruo præsidio erat aggredi atq; uastare: & absumere igni parabat. In iis ædibus erat memoratissima illa imago Hyalisi Protogenis manu facta: illustris pictoris. Cuius operis pulchritudinem præstantiamq; ira percitus rhodiis inuidebat. Mittũt rhodii legatos ad Demetriũ cũ his uerbis. Quæ malũ inquiunt ratio est: ut tu imaginem istã uelis incẽdio ædiũ facto: disperdere. Nam si nos oĩs superaueris: ac oppidũ hoc totũ cæperis: imagine quoq; illa integra: & incolumi per uictoriã potieris. Sin uero nos uincere obsidendo nequiueris: petimus consideres: ne turpe tibi sit: quia non putueris bello rhodios uincere: bellũ cum Protogene mortuo gessisse. Hoc ubi ex legatis audiuit: oppugnatione desita: & imagini: & ciuitati pepercit.

¶ AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER QVINTVSDECIMVS.

ADolescentuli cũ etiam tũ in scholis essemus: ἐνθυμημάτιον. i. cõmentatiũculã: hoc græcum: quod apposui: dictum esse a Musonio philosopho audiebamus: & quoniã uere: atq; luculente dictum: uerbisq; est breuibus: & rotundis iunctũ p̃q̃libens

ter memineramus. ἀντὶ πράξης καλὸν μετὰ πόνου. ὁ μὲν πόνος οἴχεται. τὸ δὲ καλὸν μένει. ἀντὶ ποιήσης αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς. Τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται. Τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. id eſt ſi per laborē hone/ ſti quippiam egeris: labor abit: honeſtum manet. Si per uoluptatem turpe feceris quippiam: quod ſuaue eſt abit: quod turpe eſt manet. Poſtea iſtam ipſam ſententiam in Catonis oratione: quam dixit nu mantiæ apud equites poſitam legimus. Quæ & ſi laxioribus paulo: longioribuſq; uerbis comprehenſa eſt: præq̄ illud græcum: quod di/ ximus: quoniā tamen prior tempore: antiquiorq; eſt: uenerabilior ui deri debet. Verba ex oratione hæc ſunt. Cogitate cum animis ueſtris: ſi quid uos per laborē recte feceritis: labor ille a uobis cito recedet: be nefactum a uobis: dum uiuetis: non abſcedet. Sed ſi qua per uolup/ tatem nequiter feceritis: uoluptas cito abibit: nequiter factum illud apud uos ſemper manebit.

Cuiuſmodi ſit lex apud dialecticos percontandi diſſerendique. & quæ ſit eius legis reprehenſio. Caput. ii.

LEgem eſſe aiunt diſciplinæ dialecticæ: ſi de quapiam re quæra/ tur: diſputeturq;: atq; ibi quod rogere: ut reſpondeas: tum ne amplius quid dicas: q̄ id ſolum: quod es rogatus: aut aias: aut neges. Eamq; legem qui non ſeruant: & aut plus: aut aliter q̄ ſunt rogati re ſpondeant exiſtimantur rudes: indoctiq; eſſe: diſputandiq; morem: atq; rationem non tenere. hoc quidem quod dicūt in pleriſq; diſpu/ tatiōibus proculdubio fieri oportet. Indefinitus nāq;: īexplicabiliſq; ſermo fiet: niſi interrogationibus: reſponſionibuſq; ſimplicibus fue rit determinatus. Sed enim eſſe quædam uident: in quibus ſi bre uiter: & ad id: quod rogatus fueris reſpondeas capiare. Nam ſiqs his uerbis interroget. poſtulo ut reſpondeas: Deſieris ne facere adulteriū an non: utcūq; dialectica lege reſponderis: ſiue aias: ſeu neges: hære/ bis in captione: tam ſi te dicas adulterum: q̄ ſi neges. Sed quod mīus eſt in interrogatione: id eſt addendum. Nam qui facere aliquid non deſinit: non id neceſſario etiam fecit. Falſa igitur eſt ſpecies iſtius ca/ ptionis: & nequaq̄ procedere ad id poteſt: ut colligi: cōcludiq; poſſit: eum facere adulterium: qui ſe negauerit facere deſiſſe. Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient: in qua hærere eos neceſſum eſt: ſi nihil aliud: q̄ quod interrogati erunt reſpōderīt. Nam ſi ita ego iſtorum aliquem rogem: Quicquid non perdidiſti:

habeas ne:an non habeas? postulo aut aias:aut neges:utcunq; breuiter responderit:capietur. Nam si non habere se negauerit:quod non perdidit:colligetur oculos eum non habere: quos non perdidit. Sin uero habere se dixerit:colligetur eum habere cornua:quæ non perdidit. Rectius igit̃:cautiusq; ita respondebitur:qcquid habui:id habeo si id non perdidi. Sed huiuscemodi responsio non fit ex ea lege : quã diximus . Plus enim q̃ quod rogatus est : respondet . Et propterea id quoq; ad eam legem addi solet : non esse captiosis ĩterrogationibus respondendum.

¶ Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medicus:si cibus forte deerit:ut tolerari aliquãtisper inedia possit:& tolerari fames.uerbaq; ipsa Erasistrati super ea re scripta. ¶ Caput tertium .

CVm Phauorino romæ dies plerũq; totos eramus . Tenebatq; aĩos nostros hõ ille fandi dulcissimus. Atq; eum quoquo iret: quasi ex lingua prorsum eius capti prosequebamur. Ita sermonibus usq;quaq; amœnissimis demulcebat.tum ad quendam ægrum cum isset uisere: nosq; cum eo una introissemus: multaq; ad medicos:q tum forte istic erant:ualitudinis eius gratia :oratione græca dixisset. Ac ne hoc quidem inquit mirum uideri debet:q cum ante hac semp edundi fuerit appetens:nunc post imperatam inediam tridui:omnis eius appetitio pristina elãguerit. Nam quod Erasistratus scriptũ reliquit inquit:propemodũ uerũ est. Esuritioñe faciunt inanes: patẽtes q; intestinorum fibræ:& caua ĩtus uentris:& stomachi uacua hiãtia. Quæ ubi aut cibo cõplẽtur aut inanitate diutina contrahunt̃:& conniuent:tunc loco ĩ quem cibus capit̃ uel stipato:uel adducto : uolũtas capiendi eius:desiderãdiq; restinguitur . Scytas quoq; ait eũdem Erasistratum dicere:cum sit usus ut famem longius tolerent:fasciis uẽtrẽ strictissĩe circũligare. Ea uentris cõpressiõe esuritionem posse depelli creditum est. Hæc tum Phauorinus multaq; huiusmodi alia affabilissime dicebat. Nos autem postea:cum librum forte Erasistrati legereus διαιρέσεων.i. diuisionũ primũ:idipsũ ĩ eo libro: quod Phauorinum audiebãus dicere:scriptum offẽdimus. Verba Erasistrati ad eã rem ptinẽtia:hæc sunt ἐλογιζόμεθα οὖν παρὰ τὴν ἰσχυρὰν σύμπτωσιν τῆς κοιλίας. εἶναι τὴν σφόδρα ἀσιτίαν. καὶ γὰρ τοῖς ἐπιπλέον ἀσιτοῦσι κατὰ προαίρεσιν ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις ἡ πεῖνα παρακολουθεῖ. ὕστερον δὲ οὐκέτι. idest. Cogitabamus itaque

propter nimiam uentris compressionem summam esse inediam. Nam & ii qui sponte abstinēt cibo primis temporibus fame afficiunt: post utē minus. Deīde paulū īfra: ἐιθισμένοι δὲ ἐισὶ καὶ ὁι σκῦθαι ὅταν διά τινα καὶ ῤον ἀναγκάζονται ἀσιτεῖν. ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγκειν. ὡς τῆς πέινης ἀυτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης. σχεδὸν δὲ καὶ ὅταν πλήρης ἡ κοιλία ἦ. διὰ τὸ κένωμα ἐν ἀυτῆ μηδὲν ἐιναι. διὰ τοῦτο ὀυ πεινῶσιν ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπτωκυῖα ἦ. κένωμα ὀυκ ἔχει .i. Scythæ etiam consueuerunt: siquando cuiuspiā rei causa inediam ferre coguntur: latioribus fasciis uentrem cohibere quasi ita fames minus eos infestet. Ventre etiam fere pleno: quia nulla in eo sit inanitas: fit ne esuriant. Cum autē uenter compressus admodum est: caret inanitate. In eodem libro Erasistratus uim quādā famis non tolerabilem: quam græci βόυλιμον καὶ βόυπειναν: idest esuritionem: & anxiam edendi sitim appellant: ī diebus frigidissimis multo facilius accidere ait: q̄ cum serenum atq; placidum est. Atque eius rei causas: cur is morbus in eo plerūq; tempore oriatur nondum sibi esse compertas dicit. Verba quibus id dicit: hæc sunt ἄπορον δὲ καὶ δεόμενον ἐπισκέψεως. καὶ ἐπὶ τούτου. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν βουλιμιώντων διατὶ ἐν τοῖς ψύχεσι μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται. ἢ ἐν ταῖς ἐυδίαις .i. Dubium est: indigensq; cōsiderationis: tum in hoc: tum in cæteris famelicis: quare ī frigoribus magis huiuscemodi casus accidat: q̄ serenis temporibus.

Quo ritu: quibusq; uerbis fecialis populi romani bellum indicere solitus sit iis: quibus populus romanus bellum fieri iusserat. Et item in quæ uerba conceptum fuerit iusiurandum de furtis militaribus saciendis. & uti milites scripti intra prædictum diem: in loco certo frequentarent: causis quibusdam exceptis: propter quas iusiurandū remitti æquum esset.

Caput. iiii.

Cintius in libro tertio de re militari fecialem populi romani bellum indicentem hostibus: telumq; in agrum eorum iacientem hisce uerbis uti scripsit. Quod populus hermundulus: hominesque populi hermunduli aduersus populum romanum bellum facere: deliquere: quodq; populus romanus cum populo hermundulo: hominibusq; hermundulis bellum iussit. Ob eam rem ego populusq; romanus populo hermundulo hominibusq; hermundulis bellum in-

dico:facioq;.Item in libro eiusdem Cintii de re militari quīto ita scri
ptum est.Quum delectus antiquitus fieret:& milites scriberentur:ī
iusiurandum eos tribunus militaris adigebat in uerba hæc. In magi
stratu.C.Lelii.C.filii consulis.L.Cornelii.P.filii consulis: ī exercitu
decemq; milia passuum prope furtum non facies:dolo malo: solus:
neq; cum pluribus:pluris numini argēti:in dies singulos.Extraq; ha
stam:hastile:ligna:pōbabulum:utrem:follem:faculam : siquid ubi
inueneris:sustulerisue:quod tum non erit:quod pluris numini argē
ti erit:uti tu ad.C.Lelium.C. filium consulem.L.ue Cornelium.P.
filium consulem:siue ad quem uter eorum iusserit:proferes: aut ꝓfi
tebere in triduo proximo:quicquid īueneris:sustulerisue in dolo ma
lo:Aut domino suo:cuium id censebis esse:reddes.uti quod recte fa
ctum esse uoles.Militibus autem scriptis dies prefiniebatur: quo die
adessent:& ut citati consuli responderent. Deinde ita concipiebatur
iusiurandū:ut adessent:his additis exceptionibus: nisi harumce aliq̄
causa erit:funus familiare:feriæ uindemiales: Kalēdæq; quæ nō eius
rei causa in eum diem collatæ sint:quo is eo die minus ibi esset.Mor
bus sonticus:auspiciumue:quod sine piaculo præterire nō liceat.Sa
crificiūue anniuersarium quod recte fieri nō posset:nisi ipsius eo die
ibi sit:ius hostesue:status condictusue dies cum hoste.sicui eorū ha
rumce quæ causa erit:eum se postridie q̄ per eas causas licebit: eo die
uenturum:aditurūq; eum:qui eum pagum:uicum : oppidūue dele
gerit.Item in eodem libro uerba hæc sunt.Miles cum die: qui prædi
ctus est aberat:neq; excusatus erat infrequens dabatur. Item in libro
sexto hoc scriptum est.Alæ dictæ exercitus:equitum ordines: ꝙ circū
legiones dextra:sinistraq; tanq̄ alæ in in auium corporibus locabant̄.
In legione sunt centuriæ.lx.manipuli.xxx.cohortes decem.

¶ Vestibulum quid significet.deq; eius uocabuli rationibus.

¶ Caput quintum.

Pleraq; uocabula:quibus uulgo utimur: neq; tamē liquido sci
mus quid ea proprie:atq; uere significent: sed īcompertam: &
uulgariam traditionem rei non explorate secuti:uidemur magis dice
re quod uolumus:q̄ dicimus.Sicuti est uestibulum uerbum ī sermo
nibus celebre:atq; obuium:non omnibus tamen: qui illo facile utūt̄
satis perspectum.Animaduerti enim quosdam :haudquaq̄ īdoctos
uiros opinari uestibulum esse partem domus primorē:quam uulgus

atrium uocat. Cecilius Gallus in libro de significatione uerborum: quæ ad ius ciuile pertinent: secundo uestibulum esse dicit nõ in ipsis ædibus: neq; partem ædium: sed locum ante ianuam domus uacuũ: per quem a uia aditus: accessusq; ad ædis est: cum dextra sinistraque inter ianuam tectaq;: quæ sunt uiæ iuncta: spatium relinquitur. Atq; ipsa ianua procul a uia est area uacanti intersita. Quæ porro huic uocabulo ratio sit quæri multum solet. Sed quæ scripta legi: ea ferme omnia inconcinna: atq; absurda uisa sunt. Quod Sulpitium autem Apollinarem memini dicere uirum eleganti scientia ornatũ huiuscemodi est. ¶ Ve particula sicuti quædam alia tum intensionem significat: tum minutionem. Nam uetus & uehemens alterum ab ætatis magnitudine compositum: elisumq; est. Alterum a mentis ui: atq; ĩpetu dicitur. Vescum autem quod ex ue particula: & esca copulatum est: utriusq; diuersæ significatiõis uim capit. Aliter enim Lucretius uescũ salem dicit ex edendi intentione. Aliter Lucilius uescũ appellat cum edendi fastidio. Qui domos igitur amplas antiquitus faciebant: locum ante ianuã relinquebant: qui inter fores domus & uiã medius esset. In eo loco qui dominum eius domus salutatum uenerant: priusq̃ admitterentur consistebant. & neq; in uia stabant: neq; intra ædes erant. Ab illa ergo grandi loci constitutione: & quasi q̃dã stabulatione uestibula appellata sunt spatia (sicut diximus) grandia ante fores ædium relicta: in quibus starent: qui uenissent: priusq̃ intromitterentur. Meminisse autẽ debebimus id uocabulũ nõ semper a ueteribus proprie: sed per quasdam translationes esse dictũ. Quæ tamen ita sunt factæ: ut ab ista: de qua diximus proprietate non longe desciuerint. Sicut illud in sexto Virgilii.

Vestibulũ ante ipsum: primisq; in faucibus orci
Luctus: & ultrices posuere cubilia curæ.

Non enim uestibulũ prioré partem domus infernæ esse dicit. Quod obrepere potest: tanq̃ si ita dicatur. Sed loca duo demonstrat extra orci fores uestibulũ & fauces. Ex quibus & uestibulũ appellat ante ipsã domum & ante ipsa orci penetralia. Fauces autẽ uocat iter angustum per quod ad uestibulũ adiretur.

¶ Hostiæ quæ dicuntur bidentes quid sint: & quam ob causam ita appellatæ sunt. superq; ea re. P. Nigidii: & Iulii Higini sententiæ.

¶ Caput sextum.

REdeuntes græcia Brundusium nauem aduertimus. Ibi q̃spiam linguæ latinæ litterator Roma a Brundusinis accersitus experiundum sese uulgo dabat. Imus ad eum nos quoq; oblectamentũ gratia. Erat enim fessus: & languens animus de æstu maris. legebat barbare: insciteq; Virgilii septimũ: in quo libro hic uersus est.
Centum lanigeras mactabat rite bidentes.
Et iubebat rogare se siquis quid omnium rerum uellet dicere. Tum ego indocti hominis confidentiam demiratus: doces ne inq̃ nos magister: cur bidentes dicãtur. Bidentes inquit oues appellatæ: iccircoq; lanigeras dixit: ut oues planius demonstraret. Posthac inq̃ uidebius: an oues solæ: ut tu ais: bidentes dicantur. Et an Pomponius attellanarum poeta: in gallis transalpinis errauerit: cum hoc scripsit. Mars tibi moueo facturum: si unquam redierit: bidenti uerre. Sed nũc ego a te rogaui ecquam scias esse huiuscemodi uocabuli rationem. Atq; ille nihil contatus: sed nimiumq̃tum audacter. Oues inquit bidẽtes dictæ: ꝙ duos tantum dentes habeant. Vbi terrarum quæso te inquã duos solos per naturam dentes habere ouem uidisti? Ostẽtum enim est: & piaculis factis procurandum. Tum ille permotus mihi & iritatus. Quære inquit ea potius: quæ a grammatico quærenda sunt. Nã de ouium dentibus opiliones percontantur. Facetias nebulonis hoĩs risi: & reliqui. P. autem Nigidius in libro: quem de extis composuit: bidentes appellari ait: non oues solas: sed omnis bimas hostias. neq; tamen dixit apertius: cur bidẽtes. Sed quod ultro existimabamus: id scriptum inuenimus in cõmentariis quibusdam ad ius pontificũ ptinentibus. Bidennes primo dictas littera immissa: quasi biennes. Tũ longo usu loquendi corruptam esse uocem: & ex bidennibus bidẽtes factum: quoniam id uidebatur esse dictu facilius. Higinus tamen Iulius: qui ius pontificum non uidetur ignorasse in quarto librorum: quos de Virgilio fecit: bidentes appellari scripsit hostias: quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. uerba illius ipsa posui. Quæ bidens est inquit hostia: oportet habeat dentes octo: sed ex iis duos cæteris altiores: per quos appareat ex minore ætate: in maiorem transcẽdisse. Hæc Higini opinio: an uera sit: non argumentis: sed oculis iudicari potest.

¶ Quod Laberius uerba pleraq; licentius: petulantiusq; finxit. & ꝙ multis item uerbis utitur: de quibus an sint latina: quæri solet.

¶ Caput.vii.

LAberius in mimis quos ſcriptitauit oppido q̄ uerba finxit præ/
licēter. Nam & mendicimonium dicit: & mœchimonium: & a
dulteriorem: adulteritatemq; pro adulterio. & depudicauit: pro ſtu/
prauit: & abluuium pro diluuio. & quod in mimo ponit: quē Theo/
phinum inſcripſit: manuatus eſt: pro furatus. Et item in fullone fu/
rem manuarium appellat. Manuari inquit pudorem perdidiſti. Mul
taq; alia huiuſmodi nouat. neq; non abſoleta quoq; : & maculantia
ex ſordidiore uulgi uſu ponit: quale eſt in ſtaminariis. Tollet bona fi
de uos orcus nudas in Catonium. & elutriare lintea : & labandria di/
cit: quæ ad lauandum ſint data. & coltior inquit in fullonicam: ecqd
properas: ecquid præcurris Caldonia? Item in reſtione: calabirriuncu
los dicit: quos uulgus calaburriones. Item in compitalibus malas ma
laxaui. Item in cacomemnone. Hic eſt inquit ille Gurdus : quem ego
me abhinc duos menſes ex africa uenientem excepiſſe tibi narraui. Itē
in mimo: qui īſcribitur: nata. L. Cippum dicit: & obbam: & camelliā
& pictatiū: & capitium: induis inquit capitium tunicæ pictatiū. Præ
terea manua pro annua: gubernium pro gubernatore: & planum pro
ſycophanta: & nanum pro pumilione dicit. quanq̄ planum pro ſyco
phanta. M. quoq; Cicero in oratione ſcriptum reliquit: quā pro Clu
entio dixit. Atq; item in mimo: qui ſaturnalia inſcriptus eſt: borulū
pro farcimine appellat. & hominem leucunam pro leui. Item in ne/
cromantia cotionem peruulgate dicit: quem ueteres arulatorem dixe
runt. Verba Laberii hæc ſunt. Duas uxores: hoc hercle plus negocii ē
inquit cotio ſex ædiles uiderat. Sed enim in mimo: quem ſcripſit Ale
xandream: eodem quidē modo quo uulgus: ſed probe: latineq; uſus
eſt græco uocabulo. Emplaſtrum enim dixit. ὀνθὲτέρωϛ neutre ſcili/
cet: nō genere fœminino: ut iſti nouitii ſemidocti. uerba ex eo mimo
appoſui: Quid eſt iuſiurandum? Emplaſtrum æris alieni.

¶ Quid ſignificet: & quid a noſtris appellatū ſit αξίωμα: quod dia
lectici dicunt. & quædam alia: quæ prima in diſciplina dialectica tra/
duntur.

¶ Caput.viii.

CVm in diſciplinas dialecticas īduci: atq; ībui uellemus: neceſſū
fuit adire: atq; cognoſcere: quas uocant dialectici εἰσαγωγάϛ:
id eſt introductiones: tāq̄ in primo περὶ ἀξιωμάτων .i. pronūtiatorꝶ

quæ.M.Varro alias profata:alias proloquia appellat. Cõmmẽtariũ de proloquiis Lælii docti hominis:qui magiſter Varronis fuit: ſtudioſe quæſiuimus.Eumq; in Pacis bibliotheca repertum legimus. Sed in eo nihil edocenter:neq; ad inſtituendum explanate ſcriptum eſt. Feciſſeq; uidetur eum librum Lælius ſui magis admonendi:q̃ aliorũ docendi gratia.Rediuimus igitur neceſſario ad libros græcos: ex quibus accepimus ἀξίωμα .i.pronuntiatum definitum eſſe his uerbis λεκτὸν ἀυτοτελὲς.ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ᾽ἑαυτῷ.i.diſcibile per ſe pfectum enunciabile quantum ex ſemetipſo.Hoc ego ſuperſedi uertere:quia nouis & inconditis uocibus utendum ſit:quas pati aures per inſolentiam uix poſſent. Sed.M.Varro in libro de lingua latina ad Ciceronem quarto & uiceſimo expeditiſſime ita finit . Proloquiũ eſt ſententia in qua nihil deſideratur.Erit autem planius: quid iſtud ſit ſi exemplum eius dixerimus.ἀξίωμα igitur:ſiue id proloquium dicere placet huiuſmodi eſt.Annibal pœnus fuit. Scipio numantiam deleuit.Milo cædis damnatus eſt.Neq; bonum eſt uoluptas:neq; malum.Et omnino quicquid ita dicitur : plena & perfecta uerborũ ſententia:ut id neceſſe ſit:aut uerum:aut falſum eſſe:id a dialecticis ἀξίωμα:id eſt propoſitio:id eſt oratio uerum:aut falſum plene ſignificans appellatum eſt.A.M.Varrone ſicuti dixi proloquiũ. A.M. autem Cicerone pronunciatum.Quo ille tamen uocabulo tãtiſper uti ſe atteſtatus eſt:quoad melius inquit inuenero.Sed quod Græci συνημμένον ἀξίωμα:id eſt cõnexum pronunciatum dicunt: id alii noſtrorum adiunctum:alii connexum dixere. Id connexum tale eſt : ſi Plato ambulat:Plato mouetur.Si dies eſt:ſol ſuper terram eſt.Item quod illi συμπεπλεγμένον: id eſt copulatum: nos uel coniunctũ: uel copulatum dicimus.quod eſt eiuſdem modi.P.Scipio Pauli filius:& bis conſul fuit:& triumphauit:& cenſura functus eſt:& collega in cenſura.L.Mumii fuit.In omni autem coniuncto: ſi unum eſt mendacium:etiam ſi cætera uera ſunt:totum eſſe mendacium dicit̃. Nam ſi ad ea omnia : quæ de Scipione illo uera dixi : addidero . Et Annibalem in Africa ſuperauit:quod eſt falſum:uniuerſa quoq; illa quæ coniuncte dicta ſunt:propter hoc unum : quod falſum acceſſerit:quia ſimul dicentur:uera non erunt . Eſt item aliud : quod Græci διεζευγμένον ἀξίωμα:id eſt nos diſiunctum proloquium dicimus. Id huiuſcemodi eſt.Aut malum eſt uoluptas:aut bonum . Aut neq;

bonum:neq; malum est. Omnia autem quæ disiunguntur: pugnã-tia esse ĩter sese oportet. Eorq; opposita: ἀντικείμενον græci dicũt. Ea quoq; ipsa inter sese aduersa esse. Ex omnibus quæ disiungũtur: unum esse uerum debet: cætera falsa. Quod si aut nihil omĩum uer aut omnia: pluraue: q̃ unum uera erunt. Aut quæ disiuncta sunt: nõ pugnabũt: aut quæ opposita eor sunt: contraria inter se non erunt. Tunc id disiunctũ mendaciũ est. & appellatur παραδιεζευγμένον: id ẽ uitiose disiunctum: sicuti hoc est in quo quæ opposita non sunt cõtraria. Aut curris: aut ambulas: aut stas. Nam ipsa quidem inter se aduersa sunt. Sed opposita eorum: non repugnant. Non ambulare enim: & non stare: & non currere contraria inter sese non sunt. quo-niam cõtraria ea dicũtur: quæ simul uera esse non queũt. Possis enim simul eodẽq; tẽpore: neq; ambulare: neq; stare: neq; currere. Sed hoc iam breue: ex dialectica libamentum dedisse nunc satis erit. Atque id solum addendum: admonendumq; est q huius disciplinæ studium: atq; cognitio in prĩcipiis quidẽ tetra: & aspernabilis: ĩsuauisque esse & inciuilis uideri solet. Sed ubi aliquantũ processeris tum denique & emolumentum eius ĩ aĩo tuo dilucebit: & sequetur quædam discẽdi uoluptas insatiabilis. Cui sane si modum non feceris: periculum nõ mediocre erit: ne ut plerique alii: tu quoque in illis dialecticæ gyris: atque mæandris: tanq̃ apud sirenios scopulos consenescas.

¶ Quid significet uerbum in libris ueterum creberrime positũ susq; deq;. ¶ Caput. ix.

SVsq; deq; fero: aut usq; deq; habeo (his enim omnibus modis dicitur) uerbum est ex hominũ doctor sermonibus: in poema-tis quoq; & in epistolis ueterum scriptum plurifariam. Sed facilius reperies: qui id uerbum ostentent: q̃ qui intelligant. Ita pleriq; nostr quæ remotiora uerba inuenimus: dicere ea properamus non discere. Significat autem susq; deq; ferre: æquo animo esse: & quod accidit: non magnipendere. Atq; interdum negligere: & contẽnere. & prope-modum id ualet: quod dicitur: ἀδιαφορεῖν. i. indifferens esse. Labe-rius in compitalibus. Nunc tu lentus es: nunc tu susq; deq; fers. Ma-terfamilias tua in lecto aduerso: sed & seruos sextantis uerbis nefariis utitur. M. Varro in sisenna: uel de historia. Quod si non hor oĩum similia essent principia: susque deque esset.

Lucilius in tertio. Ver hæc ludis ibi susque omnia: deque fuere.

Susq; & deq; fuere inq̃ omnia ludus:iocusq;.
Illud opus durum:ut setinum accessimus finem.
ἐπὶ τὸ λοιπὸν:idest in reliquo:
Vt aiunt:montes ætnæ omnes aspri athones.

¶ Quid sint proletarii:quid capitecensi:quid item sit in.xii.tabulis assiduus.& quæ eius uocabuli ratio sit

¶ Caput.x.

OCium erat quodā die romæ in foro a negociis.& læta quædā celebritas feriaꝝ.legebat́q; in concessu forte cōpluriū Ennii liber ex annalibus.iii.In eodem libro uersus hi fuere.
Proletarius publicitus excubiis:ferroq;
Ornatur.ferro muros:urbemq;:forumq;
Excubiis curauit.Tū ibi quæri cœptū est quid esset proletarius. Atq; ego aspiciens quēpiam in eo circulo ius ciuile callentem familiarem meum rogabam:ut id uerbum enarraret. & cum ille se iuris : non rei grāmaticæ peritum esse respondisset:eo maxime inquā te dicere hoc oportet:quando ut prædicas iurisperitus es.Nāq; Ennius uerbū hoc ex duodecim tabulis uestris accepit.in quibus: si recte cōmemini: ita scriptum est.Assiduo uindex assiduus esto.Proletario ciui quiuis uolet uindex esto.Petimus igitur:ne annalem nūc.Q.Ennii: sed duodecim tabulas legi arbitrere.Et quid sit in ea lege proletarius ciuis interpretere.Ego uero inqt dicere : atq; interpretari hoc deberem: si ius faunoꝝ & aboriginū didicissem.Sed enī cū proletarii:& assidui:& sanates:& uades:& subuades:& uigintiquinq; asses:& taliones: furtorumq; quæstiones cum lance.& litio euanuerint:oīsq; illa duodecim tabularum antiquitas:nisi in legis actionibus centumuiraliū causaꝝ lege ebutia lata consopita sit:studium scientiāq; ego præstare debeo iuris:& legum:uocūq; earum:quibus utimur. Tum forte quadā Iulium Paulum poetam memoriæ nostræ doctissimum prætereuntem conspeximus.Is a nobis salutatus:rogatusq; uti de sententia: deq; ratione istius uocabuli nos doceret. Qui in plebe inqt romana tenuissimi : pauperrimiq; erant:neq; amplius q̃ mille quingentum æris in censum deferebant:proletarii appellati sunt.Qui uero nullo: aut pquāparuo ære censebant́:capitecensi uocabantur. Extremus autē census capitecensorum æris fuit.ccc.lxxv. Sed quoniam res pecuniaque familiaris obsidis uice : pignorisq; esse apud rempublicā uidebatur:

amorisq; in patriam fides quædam in ea: firmamentūq; erat: neq; p
letarii: neq; capitecensi milites: nisi in tumultu maximo scribebant:
quia familia quæuis: aut tenuis: aut nulla iis erat. Proletariorum tamen
ordo honestior aliquanto: & re & nomine: q̄ capitecensorum fuit. Nam
& asperis reipu. temporibus: cum iuuētutis inopia esset: in militiam
tumultuariam legebantur. Armaq; iis sumptu publico præbebātur.
Et non capitis cēsione: sed prosperiore uocabulo: a munere: officioq;
prolis edendæ appellati sunt: q cum re familiari parua minus possēt
rempu. iuuare: sobolis tamen gignendæ copia ciuitatē frequentarēt.
Capitecensos autem primus. C. Marius: ut quidam ferūt: bello cim-
brico difficillimis reipu. tēporibus: uel potius: ut Salustius ait: bello
iugurthino: milites scripsisse traditur: cū id factum ante: in ulla me-
moria extaret. Assiduus in duodecim tabulis: & pro locuplete: & faci-
le munus faciente: dictus ab assibus. i. ære dando: cū id tēpora reipu.
postularent. Aut a muneris pro familiari copia faciendi assiduitate.
Verba autem Salustii in historia iugurthina de. C. Mario consule: &
de capitecensis hæc sunt. Ipse interea milites scribere: nō more maio-
rum: nec ex classibus: sed ut libido cuiusq; erat capitecensos plerosq;.
Id factum alii inopia bonorum: alii per ambitionem consulis memo
rabant: q ab eo genere celebratus: auctusq; erat. & homini potētiam
quærenti: egentissimus quisq; opportunissimus.

¶ Historia ex Herodoti libris sumpta de psyllorum interitu: qui in syrtibus africanis colebant.

¶ Caput. xi.

GEns in Italiam marsorum orta fertur esse a Circes filio Marso.
Propterea marsis hominibus: quorum duntaxat familiæ cum
externis cogitationibus nondum etiam permixtæ corruptæque sunt:
ui quadam genitali datum est: ut serpentium uirulentorum domito
res sint: & incantationibus herbarumque succis faciant medelarum
miracula. Hæc eadem ui præditos esse quosdam uidemus: qui psyl-
li uocantur. Super nomine quorum & genere: cum in ueteribus
litteris quæsissem: in quarto denique Herodoti libro: fabulam hanc
de psyllis inuenimus. Psyllos quondam fuisse in terra africa: conter-
minos nasamonibus. Austrumq; in finibus eorum quodam in tem-
pore perq̄ualidum: ac diutinum flauisse. Eo flatu aquam omnem in
locis in q̄bus colebāt exaruisse. Psyllos re aquaria defectos eā iniuriā

grauiter austro succēsuisse. Decretumq; fecisse uti armis sumptis ad austrum: perinde quasi ad hostem iure belli res repetitum ꝓficiscerē tur. Atq; ita profectis uentum austrum magno spiritus agmine ueniisse obuiam. Eoq; uniuersos: cum omnibus copiis: armisq; cumulis mōtibusq; arenarū supiectis opperuisse. Eo facto psyllos ad unū omnis interisse. Itaq; eoꝝ fines a nasamonibus occupatos.

De iis uocabulis: quæ Cloatius Verus: aut satis cōmode: aut nimis absurde: & illepide: ad origines linguæ græcæ redegit.

Caput. xii.

Cloatius Verus in libris: quos inscripsit: Verboꝝ a græcis tractorum: nō pauca hercle dicit curiose & sagaciter conquisita. neq; nō tamē quædā futilia & friuola. Errare inquit dictum est ἀπὸ τοῦ ἔρρειν. i. a pereundo. Versumq; infert Homeri: in quo id uerbū est: ἔρρε κακὴ γλήνη. i. pereas mala pupilla oculi. & illud
ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωόντων. Idest:
Ocius o pereas uiuoꝝ ex insula abusus.
Item alucinari factum scripsit ex eo: quod dicitur græce ἀλύειν: idest languere. Vnde Lucum quoq; esse dictum putat g littera in c conuersa: tarditatem quādam animi & stuporem: qui alucinantibus pleꝝq; usu uenit. Item fascinū appellat: quasi βάσκανον: idest inuidum. & fascinare esse: quasi βασκαίνειν: idest īuidere. Cōmode hæc sane oīa: & conducenter. Sed in libro quarto. Fœnerator inquit appellatus est quasi: φαινεράων ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον: idest facile apparens ab apparendo: ad id quod melius ac benignius est. quoniam id genus hominum speciem ostentent humanitatis: & cōmodi esse uideantur inopibus: nummos desiderantibus. Idq; dixisse ait Hypsicratem quēpiam grāmaticum: cuius libri sane nobiles sūt sup iis quæ a græcis accepta sunt. Siue hoc autem ipse Cloatius: siue nescio qui alius nebulo effutiuit: nihil potest dici insulsius. Fœnerator enim sicut. M. Varro in libro tertio de sermone latino scripsit: a fœnore est nominatus. Fœnus autem dictum a fœtu: & quasi a fœtura quadam pecuniæ parientis: atq; increscentis: & iccirco &. M. Catonē & cæteros ætatis eius fœneratorem sine a littera ꝓnunciasse tradit: sicuti fœtus ipse: & fœcunditas appellata.

Quid sit municipiū: & qd a colonia differat: & quid sint municipes: quæq; sit eius uocabuli ratio: ac ꝓprietas. Atq; inibi quod diuus

Hadrianus in senatu de iure: atq; uocabulo municipũ uerba fecit.

Caput. xiii.

MVnicipes & municipia uerba sunt dictu facilia & usu obuia. Et neutiq̃ reperias: qui hæc dicat: quin scire se plane putet quid dicat. Sed profecto aliud est: aliud dicitur. Quotus enim fere nostrorum est qui cum ex colonia populi romani sit: nõ & se municipem esse: & populares suos municipes esse dicat: quod est a ratione: & a ueritate longe auersum. Sic adeo & municipia quid: & quo iure sint: q̃tũq; a colonia differant ignoramus. Existimamusq; meliore cõditione esse colonias: q̃ municipia. de cuius opinionis tã promixtæ erroribus diuus Hadrianus in oratione: quam de italicensibus: unde ipse ortus fuit: ĩ senatu habuit peritissime disseruit. Mirariq; se ostendit: quod & ipsi italicenses: & quædam item alia municipia antiqua: in quibus uticẽses nominat: cum suis moribus legibusq; uti possent: in ius coloniarum mutari gestiuerint. Prenestinos autem refert maximopere a Tiberio imperatore petisse: orasseq; uti ex colonia in municipii statum redigerentur. Idq; illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse: quod ĩ eorum finibus sub ipso oppido: ex capitali morbo reualuisset. Municipes ergo sunt ciues Romani ex municipiis: suo iure: & legibus suis utentes: muneris tantũ cũ populo ro. honorarii participes: a quo munere capessendo appellati uidentur: nullis aliis necessitatibus: neq; ulla po. ro. lege astricti. nunq̃ populus eorum fundus factus esset. Prĩos aũt mnicipes sine suffragii iure: cerites esse factos accepimus: Cõcessũq; illis: ut ciuitatis romanæ honorem quidem caperent. Sed negociis tamen: atq; oneribus uacarent: pro sacris bello gallico receptis: custoditisq;. Hinc tabulæ cerites appellatæ uersa uice: in quas cẽsores referri iubebãt: quos notæ causa suffragiis priuabant. Sed coloniarũ alia necessitudo est. Non enim ueniunt extrinsecus in ciuitatẽ. Nec suis radicibus nituntur: sed ex ciuitate quasi propagatæ sunt. Et iura instituaq; omnia populi romani non sui arbitrii habent. Quæ tamen cõditio: cum sit magis obnoxia: & minus libera: potior tamen & præstabilior existimatur: ꝓpter amplitudinem maiestatemq; populi ro. cui is istæ coloniæ: quasi effigies parua: simulacraq; esse quædã uidentur. & simul quia obscura oblitterataq; sunt municipiorum iura: quibus uti iam per innoticiam non queunt.

Quod. M. Cato differre dixit properare: & festinare. Et q̃cõmode

¶ Verrius Flaccus uerbum: quod est festinat: interpretatus sit.
¶ Caput. xiiii.

FEstinare & properare idem significare: atq; in eandem rem dici uidetur. Sed. M. Cato id differre existimat. Eaq; hoc modo diuisa uerba sunt ipsius ex oratione: quam de suis uirtutibus habuit. Aliud est properare: aliud festinare. Qui unum quid mature transigit: is properat. qui multa simul incipit: neq; perficit: is festinat. Verrius Flaccus rationem uolens dicere differētiæ huius: Festinat inquit a fando dicitur: quoniam isti ignauiores: qui nihil perficere possunt plus uerborum: q̄ operis habent. Sed id nimis coactum atq; absurdū uidetur. Neq; tanti momenti esse potest prima in utroq; uerbo littera: ut propter eam unam tam diuersa uerba festinare: & fari: eadē uideri debeant. Cōmodius autem propiusq; uisum est festinare: quasi fessum esse. Nam qui multis simul rebus properandis defessus est: is iam non properat: sed festinat.

¶ Quid Theophrastus mirum de perdicibus scriptum reliquerit. & quid Theopompus de leporibus. ¶ Caput. xv.

THeophrastus philosophoꝝ peritissimus oēs in paphlagonia pdices bina corda habere dicit. Theopompus in bisaltia lepores bina iecora.

¶ Agrippas a partus ægri: & improsperi uitio appellatos. Deque iis deabus: quæ uocant Prosa: & Postuerta. ¶ Caput. xvi.

QVorum in nascendo non caput: sed pedes primi extiterant qui partus difficillimus: ægerrimusq; habet: agrippæ appellati uocabulo ab ægritudine: & pedibus. ¶ Confixos esse autem pueros in utero Varro dicit a capite infimo nixos sursum pedibus elatis: nō ut hominis natura est: sed ut arboris. Nam pedes: cruraq; arboris appellat ramos. Caput stirpem: atq; caudicem. Quando igitur inquit contra naturam forte conuersi in pedes: brachiis plerūq; diductis: retineri solent: ægriusq; tunc mulieres enituntur. Huius periculi deprecandi gratia aræ statutæ sunt romæ duabus carmentibus. quarum altera Postuerta nominata est. Prosa altera: a recti peruersiq; partus & potestate: & nomine.

¶ Quæ ratio uocabuli sit agri uaticani. ¶ Caput. xvii.

ET agrum uaticanum: & eiusdem agri deum præsidem appellatum acceperamus: a uaticiniis: quæ ui: atq; instinctu eius dei ī

eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam. M. Varro ĩ libris diuĩa℞: aliam eſſe tradit iſtius noĩs rationẽ. Nã ſicut Arius inqt deus appellatus: araq; ei ſtatuta eſt: quæ eſt infima noua uia: ꝙ eo in loco diuinitus uox edita erat: ita uaticanus deus noĩatus: penes quẽ eſſent uocis humanæ initia. quoniã pueri ſimulatq; parti ſunt: eam primã uocem edunt: quæ prima in uaticano ſyllaba eſt. Iccircoq; uagire dicitur: exprimente uerbo ſonũ uocis recentis.

❡ Lepida quædam memoratu: & cognitu de parte geometriæ: quæ ὀπτική. i. pſpectiua appellatᷣ. Et itẽ alia: quæ μετρική. i. dimẽſiua. Et tertia itidẽ: quæ dicitᷣ κανονική. i. regularis. ❡ Caput. xviii.

PArs quædam geometriæ ὀπτική: ideſt perſpectiua appellatur: quæ ad oculos pertinet. Pars altera: quæ ad auris κανονική. i. regularis uocatur. qua muſici: ut fundamẽto artis ſuæ utuntᷣ. Vtraq; ha℞ ſpatiis & interuallis linea℞: & ratione numero℞ conſtat. ὀπτική ideſt perſpectiua facit multa demiranda: id genus: ut in ſpeculo uno imagines unius rei: plures appareant. Item ut ſpeculum ĩ loco certo poſitum: nihil imaginet: alihorſum tranſlatum faciat imagines. Itẽ ſi rectius ſpeculum ſpectes: imago fiat tua eiuſmodi: ut caput dehorſum uideatur: pedes ſurſum. Reddit etiã cauſas ea diſciplĩa: cur iſtæ quoq; uiſiones fallant: ut quæ in aqua conſpiciũtᷣ: maiora ad oculos fiãt. Quæ procul ab oculis ſunt minora. κανονική. i. regularis autem longitudines: & altitudines uocis emetitur. Longior menſura uocis ῥυθμός. i. modulus: numerus ordo pedum dicitur. Altior μέλος. i. modulatio cantus. Eſt & alia ſpecies κανονικῆς. i. regularis: quæ appellatur μετρική: ideſt menſuraria per quam ſyllabarum longarum: & breuium: & mediocrium iunctura & modus congruens cum principiis geometriæ aurium menſura examinatur. Sed hæc inquit. M. Varro: aut omnino nõ diſcimus: aut prius deſiſtimus q̃ ĩtelligamus cur diſcenda ſint. Voluptas autem inquit: uel utilitas talium diſciplinarum in poſt principiis exiſtit: cũ perfectæ abſolutæq; ſunt. In principiis uero ipſis ineptæ & inſuaues uidentur.

❡ Sumpta ex hiſtoria Herodoti libro. i. ſuper fidicine Arione.

❡ Caput. xix.

CEleri admodũ: & cohibili orõne: uocũq; filo tereti: & cãdido fabulã ſcripſit Herodotus ſuper fidicine illo Arione. Vetus inqt & nobilis Ario cãtator fidibus fuit. Is loco: & oppido methymnæus:

terra atq; insula omni Lesbius fuit. Eum Arionem rex corinthi Periander amicum amatumq; habuit artis gratia. Is inde a rege proficisci tur terras inclytas siciliam: atq; Italiã uisere. Vbi eo uenit: aures oĩum mentesq; in utriusque terræ urbibus demulsit. In quæstibus isthic: & uoluptatibus amoribusq; hominum fuit. Is tum postea grandi pecunia: & re bona multa copiosus: corinthum instituit redire. Nauẽ igitˀ & nautas: ut notiores: amicioresq; sibi corinthios delegit. Sed eo corĩthios homine accepto: nauiq; in altum prouecta: prædæ pecuniæque cupidos cepisse consilium de necando Arione. Tum illum ibi pernicie intellecta: pecuniam cæteraq; sua ut haberent: dedisse. Vitam mõ sibi ut parcerent: orauisse. Nautas precum eius harum commiseritũ esse illatenus: ut ei necem afferre per uim suis manibus temperarent. Sed imperauisse: ut iam statim coram desiliret præceps in mare. Homo inquit ibi territus: spe omni uitæ perdita: id unum postea orauit ut priusq̃ mortem oppeteret: induere permitterent sua sibi indumẽta. Et fides capere: & canere carmen casus illius sibi consolabile. Feros & immanes nauitas prolubium tum audiendi subiit. Quod orauerat impetrat. Atq; ibi mox de more cinctus: amictus: ornatus: stansq; in summæ pupis foro carmẽ: quod orthrium dicitur: uoce sublatissima cantauit. Ad postrema cantus cum fidibus ornatuq; omni: sicut stabat: canebatq; eiecit sese procul in profundum. Nautæ haudquaquã dubitantes quin perisset: cursum: quem facere cœperant: tenuerunt. Sed nouum & mirum: & pium facinus contigit. Delphinum repẽte inter undas adnauisse: & dorso super fluctus edito uectauisse. Incolumiq; eum corpore: & ornatu: tænarum in terram laconicam deuexisse: Tum Arionem prorsus ex eo loco corinthum petiuisse. Taléq; Periandro regi: qualis delphino uectus fuerat: sese obtulisse. Eiq; rem sicuti acciderat: narrauisse. Regem isthæc parum credidisse. Arionem quasi falleret: custodiri iussisse. Nautas requisitos: ablegato arione: dissimulanter interrogasse: ecquid audissent ĩ iis locis: unde uenissẽt: super arione. Eos dixisse: hominem cũ inde irent in terra italia fuisse. Eumq; illic bene agitare. & studiis delectationibusq; urbium fiorere. atq; in gratia pecuniaq; magna fortunatum esse. Tum inter hæc eoꝝ uerba arionem cum fidibus & indumentis: cum quibus se in salũ eiaculauerat extitisse. Nautas stupefactos: conuictosque ire inficias nõ quisse. Eam fabulam dicere lesbios & corinthios. atque esse fabulæ ar

gumentum: ꝙ simulacra duo ænea ad tænarum uiserentur. Delphinus uehens: & homo insidens.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEXTVSDECIMVS.

UT quidam fuerunt: mõstra hominum: qui de diis immortalibus impias: falsasq; opiniones prodiderunt: ita nonnulli tam prodigiosi: tãq; uecordes extiterunt: in quibus sunt Gallus Asinius: & Lartius Licinius: cuius liber etiam fertur infando titulo Ciceromastix: ut scribere ausi sint. M. Ciceroné parũ integre: atq; improprie: atq; inconsiderate locutum. Atq; alia quidé: quæ reprehẽderunt: neq; dictu: neq; auditu: digna sunt. Sed & enim in hoc: quo sibimetipsis præter cætera: esse uisi sunt uerborum pensitatores subtilissimi cedo: quale id sit: consideremus. M. Cicero p. M. Cælio ita scripsit. Nam quod obiectum est de pudicicia: quodq; omnium accusatorum: non criminibus: sed uocibus: maledictisq; celebratum est: id nunq̃ tam acerbe feret. M. Cælius: ut eũ pœniteat nõ deformem esse natum. Non existimãt uerbo proprio esse usũ: quod ait pœniteat. Atq; id prope ineptum etiam esse dicunt. Nam pœnitere inquiunt tum dicere solemus: cum quæ ipsi fecimus: aut quæ de nostra uoluntate: nostroq; consilio facta sunt: ea nobis post incipiũt displicere. Sententiamq; in iis nostram demutamus. Neminem aũt recte ita loqui pœnitere sese: ꝙ natus sit: aut pœnitere: ꝙ mortalis sit aut ꝙ ex offenso: uulneratoq; corpore dolorem sentiat. quãdo istiusmodi rerum: nec consilium sit nostrum: nec arbitrium. Sed ea ingratis in corporibus nostris ui: ac necessitate naturæ nobis accidant. Sicut hercle inquiunt: non uoluntarium fuit. M. Cælio quali forma nasceretur. Cuius enim dixit non pœnitere: tanq̃ in ea causa res esset ut rationem caperet pœnitendi. Est hæc quidem: quam dicũt: uerbi huiusce sententia. Et pœniterr nisi in uoluntariis rebus non probe dicitur. Tam&si antiquiores uerbo ipso: alio quoq; modo usitati sunt. Et pœnitet ab eo: quod est pene: & a penuria dixerunt. Sed id aliorsũ pœnitet: atque alio in loco dicetur. Nunc autem sub hac eadem significatione: quæ uulgo nota est: non modo ineptum hoc nõ est: quod

.M. Cicero dixit: sed festiuissimum adeo & facetissimum est. Nã cũ aduersarii & obtrectatores. M. Cælii: quoniam erat pulchro corpore: formam eius & faciem in suspiciones impudiciciæ accerserent illudẽs Cicero tam absurdam criminationem: ꝙ formam: quam natura fece rat: uitio darent: eodem ipso errore: quem illudebat: sciẽs usus est. & non pœnitet inquit. M. Cælium non deformem esse natum. Vt uel hac ipsa re: quod ita dicebat: obprobraret aduersariis: ac ꝑ facetias o/ stentaret: facere eos deridiculum: ꝙ perinde Cælio formã crimini da/ rent: quasi arbitrium eius fuisset: quali forma nasceretur.

¶ Verba quædam ex. Q. Claudii annalium primo: cursim in legen do notata. ¶ Caput. ii.

CVm librũ ueteris scriptoris legebamus: conabamur postea me moriæ uegetandæ gratia indipisci animo: ac recensere: quæ ĩ eo libro scripta essent: in utrasq; æstimationes laudis aut culpæ annota/ mentis digna. Eratq; hoc sane q̃utile exercitum ad conciliãdas nobis: ubi uenisset usus: uerborum sententiarũq; elegantiũ recordationes. Velut hæc uerba ex. Q. Claudii primo ãnali: quæ meminisse potui notaui. Quem librum legimus biduo proximo superiore. Arma in/ quit pleriq; abiiciunt. atq; inermi illatebrant sese. Ibi illatebrant uer/ bum poeticum uisum est: sed non absurdum neq; asperum. Ea inqt dum fiunt latini subnixo animo: quasi sublimi: & supra nixo uerbũ pene significans: & non fortuitum. demonstratq; animi fortitudinẽ: fiduciãq;. quoniã quibus innitimur iis: quasi erigimur attollimurq;. Domus inquit suas queq; ire iubet: & sua omnia fruisci. Rarius qdẽ fuit in ætate. M. Tullii: ac deinceps infra rarissimum. Dubitatumq; est ab imperitis antiquitatis in latinum foret. Non modo autem lati num: sed iucundius amœniusq; etiam uerbum fruiscor factum est q̃ fruor: & ut fatiscor a fateor: ita fruiscor factum est a fruor. Q. Me/ tellus Numidicus: qui caste pureq; lingua usus latina uidetur in epi/ stola: quam exul ad Domitios misit: ita scripsit. Illi uero omni iure: atq; honestate interdicti. Ego neq; aqua: neq; igni careo: & sũma glo ria fruiscor. Neuius in attellana: quæ partus inscripta est: hoc uerbo ita utitur. Quod magnopere quæsiuerunt id fruisci non queũt. Qui non parsit: apud se fruitus est. Et romani inquit multis armis: & ma gno commeatu: prædaque ingenti capiantur. Verbum castrense est. nec facile id reperias apud ciuilium causarum oratores. Exque eadem

figura est: qua lignantur: & pabulantur: & aquantur. Sole inquit occaso: sole occaso: non insuaui uenustate est: siquis aurem habeat nõ sordidam: nec proculcatam. In duodecim autẽ tabulis uerbũ hoc ita scriptum est. Ante meridiem causam coniicito: cum perorant ambo præsentes. Post meridiem præsenti litem addicito. Si ambo præsentes: sol occasus suprema tempestas esto. Nos inquit: in medium relĩquemus. Vulgus in medio dicit. nam uitium istuc putant: & si dicas in medium ponere: id quoq; esse σόλοικον: idest solœcismi uitium putant. Et tamen probabilius significantiusq; sic dici uidebitur: siqs ea uerba non incuriose introspiciat. Græce quoq; θεῖναι εἰσ μέσον. i. ponere in medium: uitium id non est. Postq̃ nunciatum est ĩquit: ut pugnatum esset in gallos: id ciuitas grauiter tulit. In gallos mundius subtiliusq; est: q̃ cum gallis: aut contra gallos. Nam pinguiora hæc: obsoletioraq; sunt. Simul inquit forma: factis: eloquentia: dignitate: acrimonia: confidentia pariter præcellebat: ut facile intelligeretur magnum uiaticum. Magnum uiaticum pro magna facultate: & paratu magno noue positum est. Videturq; græcos secutus: qui ἐφόδιον: idest uiaticum: sumptum uiæ ad aliarum quoq; rerũ apparatus traducunt. Ac sæpe ἐφόδιον pro eo dicũt: quod est ĩstitue: & ĩstrue. Nam. M. inquit Manlius: quem capitolium seruasse a gallis supra ostẽdi: cuiusq; operam cum. M. Furio dictatore apud gallos cumprime fortem atq; exuperabilem respublica sensit. is & genere & uirtute bellica nemini concedebat. Adprime crebrius est: Cumprime rarius. traductumq; ex eo est: quod cum primis dicebant. pro quo est in primis. Nihil sibi ĩquit diuitias opus esse. Nos diuitiis dicimus. & uitiũ hoc orationis nullum est. Ac ne id quidem est: quod figura dici solet. Recta enim isthæc oratio est. Et ueteres cõplusculi ita dixere. Nec ratio dici potest: cur rectius sit: diuitiis opus esse: q̃ diuitias nisi qui grãmaticorum noua instituta: ut τεμένων ἱερά: idest ad templorum sacra obseruant. Nam hæc inquit maxime uersatur deorum iniquitas: q deteriores sunt incolumiores. Neq; optimum quẽquam inter nos sinunt diurnare. Inusitate dixit diurnare pro diu uiuere. Sed ex ea figura est: qua dicimus perennare. Cum iis inquit consermonabat. sermonari rusticus uidetur: sed rectius. sermocinari crebrius est: sed corruptius. Sese inquit: ne id quoq;: quod tum suaderet: facturum esse. Ne id quoq; dixit: pro ne id quidem. Infrequens nunc in loquendo:

ſed in libris ueterum creberrimum. Tanta inquit ſanctitudo fani eſt ut nunq̃ quiſquam uiolare ſit auſus. Sanctitas quoq; & ſanctimoĩa non minus latine dicũtur. Sed neſcio quid maioris dignitatis eſt uerbum ſanctitudo. Sicuti. M. Cato ĩn. L. Veturium: duritudinẽ: q̃ duriciem dicere: grauius putauit. Qui illius inquit impudentiam norat & duritudinem. Cum tantus ĩquit arrabo penes ſamnites populi romani eſſet: Arrabonem dixit. dc. obſides. & id maluit q̃ pignus dicere quoniam uis huius uocabuli in ea ſententia grauior: acriorq; eſt. Sed nunc arrabo in ſordidis uerbis haberi cœptus. Ac multo rectius uidet̃ arra. Quãquam arram quoq; ueteres ſæpe dixerint. Et compluriens inquit in laboribus miſerrimas uitas exegerunt. Et hic motus ĩ ociis ĩquit conſumptus. Elegantia utrobiq; ex multitudinis numero quæſita eſt. Cominius inquit qua aſcenderat: deſcendit. atq; uerba gallis dedit. Verba Cominium dediſſe gallis dicit: qui nihil quicquam: cuiquam dixerat. Neq; enim eum galli: qui capitolium obſidebant: aſcẽdentem: aut deſcendentem uiderant. Sed uerba dedit: haud ſecus poſuit: q̃ ſi tu dicas latuit: atq; obrepſit. Cõualles inquit & arboreta magna erant. Arboreta ignobilius uerbum eſt: arbuſta celebratius. Putabant inquit eos: qui foris atq; qui in arce erant. inter ſe cõmutatiões: & conſilia facere. Cõmutationes ideſt collationes. cõmunicationeſq; inuſitate dixit. Sed non hercle inſcite: nec ineleganter. Hæc ego pauca interim ſuper eo libro: quorum memoria: poſt lectionem ſuppetierat: mihi notaui in ſermonibus forte: quos de temporibus rerum ad uſus hominũ repertaꝶ agitabamus.

❡ Verba. M. Varronis ex libro. v. &. xx. humanarum: quibus contra opinionem uulgariam interpretatus eſt Homeri uerſum.

❡ Caput. iii.

ADoleſcens quiſpiam non indoctus: ſparti quoq; uſum in terra græcia diu incognitum fuiſſe dixit: multiſq; poſt ilium captũ tempeſtatibus ex terra hiſpania aduectum. riſerunt hoc ad illudẽdũ ex iis: qui ibi aderant: unus: atq; alter male homines litterati. quod genus græci ἀγοραίους: ideſt uulgares & uiles appellãt. Atq; eum: q id dixerat librum legiſſe Homeri aiebant: cui uerſus hic forte deeſſet. καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν. καὶ σπάρτα λέλυνται: ideſt. En ligna eputrent ratium: & ſparta in cariem ſunt. ❡ Tum ille prorſum iritatus: non inquit in eo libro uerſus: ſed uobis plane magiſter defuit: ſi

creditis in eo uersu sparta id significare: quod nos spartum dicimus. Maiorem enimuero illi risum subiiciunt. neq; id destiterũt: nisi liber ab eo prolatus esset. M. Varronis. xxv. humanarũ: in quo de isto Homeri uersu a Varrone ita scriptum est. Ego sparta apud Homerũ nõ plus spartum significare puto: q̃ σπάρτους: idest spartos: qui dicũt̃ ĩ agro thebano nati. In græcia sparti copia modo cœpit esse ex Hispania. Neq; ea ipsa facultate usi liburni. Sed ii plerasq; naues loris suebant. Græci magis canabo & stuppa: cæterisq; satiuis rebus: a quibus σπάρτα appellabant: Quod cũ ita Varro dicat: dubito hercle: an posterior syllaba in eo uerbo: quod apud Homerũ est: acuenda sit: nisi quia uoces huiuscemodi: cum ex cõmuni significatione in rei certæ ꝓprietatem concedunt: diuersitate accentuũ separant̃.

Quid Menander poeta Philemoni poetæ dixerit: a quo sæpe indigne in certaminibus comœdiarum superatus est. Et ꝙ sæpissime Euripides in tragœdia ab ignobilibus poetis uictus est. Caput. iiii.

Menander a Philemone nequaq̃ pari scriptore ĩ certaminibus comœdiarũ ambitu: gratiaq; & factionibus sæpenumero uincebatur. Eũ cũ forte habuisset obuiã. Quæso inquit Philemon: bona uenia dic mihi: cũ me uincis: non erubescis? Euripidẽ quoq;. M. Varro ait: cũ quinq; & septuaginta tragœdias scripserit: in quinq; solis uicisse. Cũ eum uincerent aliquot poetæ ignauissimi. Menãdrum autẽ alii centũ & octo: partim centũ & nouem comœdias reliquisse ferũt. Sed Apollodori scriptoris celebratissimi hos de Menandro uersus legimus in libro: qui chronica inscriptus est.

κηφισιεὺς ὢν: ἐκ διοπείθου πατρός.
πρὸς τοῖς εκατὸν πέντε γράψας δράματ᾽ ἐξ.
ἐλιπε. πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτῶν. Idest.

Cephisieus genere: ex diopethe patre:
Quinq; & centum: cum scripsisset fabulas:
Fato est defunctus: annos duos natus: & quinquaginta.
Ex istis tamen centum & quinq; oĩbus: solis eum octo uicisse:
idem Apollodorus eodem in libro scripsit.

Nequaq̃ esse uerũ: quod minutis quibusdã rhetoricæ artificibus uideat̃. M. Ciceronẽ in libro: quẽ de amicitia scripsit: uitioso argumẽto usum: ἀμφισβητούμενον: ἀντὶ ὁμολογουμένου. i. dubiũ pro confesso posuisse. Totumq; id cõsideratius tractatum: exploratũq;.

Caput.v.

Cicero in dialogo:cui titulus ē:Lælius:uel de amicitia:docere uo
lens amicitiā non ſpe:expectationeq; utilitatis: neq; precii mer
cediſq; cauſa colendam:ſed quo ipſa per ſeſe plena uirtutis honeſta-
tiſq; ſit:expetendam:diligendamq; eſſe:etiam ſi nihil opis: nihilque
emolumenti:ex ea participari queat:hac ſentētia atq; his uerbis uſus
eſt.Eaq; dicere facit.C.Lælium ſapientem uirum:qui.P.Africani fu
erat amiciſſimus.Quid enim Africanus indigens mei? Ne ego quidē
illius.Sed ego admiratione quadam uirtutis eius:ille uiciſſim opini-
one fortaſſe nōnulla:quam de meis moribus habebat: me dilexit.au
xit beniuolentiā conſuetudo.Sed quanq̄ utilitates multæ & magnæ
conſecutæ ſunt:non ſunt tamen ab earum ſpe cauſæ diligendi profe
ctū.Vt enim benefici liberaleſq; ſumus nō ut exigamus gratiā: neq;
enim beneficium fœneramur:ſed natura propenſi ad liberalitatē ſu-
mus:ſic amicitiam non ſpe mercedis adducti:ſed ꝙ omnis eius fruc-
tus in ipſo amore ineſt:expetendam putamus.Hoc cum legeretur in
cœtu forte hominum doctorum:rhetoricus quidā ſophiſta utriuſq;
linguæ callens:haud ſane ignobilis:ex iſtis argutulis : & minutis do-
ctoribus:qui τεχνικὸι:ideſt artificiales appellantur : atque in diſſerē-
do tamen non impiger:uſum eſſe exiſtimabat argumento.M. Tul-
lium non probo neque ἀποδεικτικῶ:ideſt demonſtratiuo:ſed eiuſ-
dem quæſtionis:cuius eſſet ea ipſa res:de qua quæreretur.Verbiſque
id uitium Græcis appellabat:ꝙ accepiſſet:ἀμφισβητούμενον.ἀν-
τὶ ὁμολογουμένου.ideſt dubium pro confeſſo & certo. Nam bene
ficos inquit & liberales ſumpſit ad confirmandum id: quod de ami-
citia dicebat:cum ipſum illud:& ſoleat quæri : & debeat quiſquis li-
beraliter & benigne facit : qua mente:quoue conſilio:benignus libe
raliſque ſit. Vtrum quia mutuam gratiam ſperet: & eum: in quem
benignus ſit:ad parem curam ſui prouocet: quod facere pleriq; om-
nes uidentur:An quia a natura ſit beniuolus : benignitaſq; eum per
ſeſe ipſa:& liberalitas delectet.ſine ulla recipiendæ gratiæ procurati-
one:quod eſt omnium ferme rariſſimum. Argumenta autem cenſe-
bat:aut probabilia eſſe debere:aut perſpicua: & minime cōtrouerſa.
Idq; ἀπόδειξιν:ideſt expreſſionē & demonſtrationē uocari dicebat:
quū ea:quæ dubia:aut obſcura ſūt per ea:quæ ambigua nō ſūt: illu-
ſtrāt.Atq; ut oſtēderet beneficos: liberaleſq; ad id : quod de amicitia

quæreretur: quasi argumentū: exemplūue: sumi nō oportere. Eodem inquit simulacro: & eadē rationis imagine: amicitia inuicē pro argumēto sumi potest: siquis affirmat homines beneficos: liberalesq; esse debere: nō spe aliqua cōpendii: sed amore & studio honestatis. Poterit enī consimiliter dicere ita. Nāq; ut amicitiā non spe utilitatis amplectimur: sic benefici liberalesq;: non gratiæ recuperandæ studio esse debemus: Poterit sane inquit ita dicere: Sed neq; amicitia liberalitati neq; liberalitas amicitiæ præbere argumentum potest: cum de utroq; pariter quæratur. Hæc ille rhetoricus artifex dicere quibusdam uidebatur perite & scienter. Sed uidelicet eum uocabula rerum uera ignorauisse. Nam beneficum & liberalem Cicero appellat: ita ut philosophi appellandum esse censent: non eum qui: ut ipse ait: beneficia fœneratur: sed qui benigne facit: nulla tacita ratiōe ad utilitates suas redundante. Nō ergo obscuro: neq; ambiguo argumento usus est: sed certo atq; perspicuo. Siquidem qui uere beneficus: liberalisq; est qua mente bene: aut liberaliter faciat nō quærit. Aliis enim longe noībus appellādus est: si cū & talia facit: sui potius q̄ alterius iuuādi causa facit. Processisset autē argutatori isti fortasse an reprehēsio: si Cicero ita dixisset. Et enī benefice liberaliterq; facimus: nō ut exigamus gratiā. uideret enī benefice facere: etiam in nō beneficium cadere posse: si id per aliquam circūstantiā fieret: nō p ipsam ppetuæ benignitatis constantiā. Sed cū beneficos liberalesq; dixerit: neq; aliusmodi isti sunt: q̄ cuius esse eos supra diximus: illotis: quod aiunt: pedibus: & uerbis reprehendit doctissimi hominis orationem.

Falsum esse quod Verrius Flaccus in librorum secūdo: quos de obscuris. M. Catonis composuit: de seruo receptitio scriptū reliquit.

Caput. vi.

M. Cato uoconiā legē suadēs uerbis hisce usus est. Prīcipio nobis mulier magnā dotem attulit. Tū magnā pecuniā recipit: quā in uiri potestate non cōmittit. eam pecuniā mutuā dat uiro. Postea ubi irata facta est: seruū receptitiū sectari: atq; flagitare uirū iubet. Quærebatur seruus receptitius quid esset. Libri statī quæsiti allatiq; sunt Verrii Flacci de obscuris Catonis. In libro secūdo scriptū inuētū est: receptitiū seruū dici nequam: & nulli precii. qui cū uenum esset datus redibitus ob aliquod uitiū: receptusq; sit. Propterea īqt seruus huiusmodi sectari maritū: & flagitare pecuniā iubebatur: ut eo ipso

dolor maior:& contumelia grauior uiro fieret:ꝙ eũ seruus nihil petẽ
dæ pecuniæ causa cõpellaret. Cũ pace autem:cũq; uenia istorum:siq
sunt:qui Verrii Flacci auctoritate capiunt:dictũ hoc sit. Receptitius
enim seruus ĩ ea re:quam dicit Cato:aliud omnino est:q̃ Verrius scri
psit. Atq; id cuius facile intellectu est. Res enĩ proculdubio est. Quã-
do mulier dotem marito dabat:tum quæ ex suis bonis retinebat neq;
ad uirũ tramittebat:ea recipere dicebat. Sicuti nũc quoq; in uenditi-
onibus:quæ excipiuntur neq; ueniunt. Quo uerbo Plautus quoq; in
trinũmo usus est in hoc uersu.
Posticulum hoc recepit:cum ædis uendidit.
Particulam quãdam:quæ post eas ædis erat:nõ uẽdidit:sed retinuit.
Ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem uolens: Mulier ĩ
quit & magnam dotem dat:& magnam pecuniam recipit. Hoc ẽ &
magnam dotem dat:& magnam pecuniam retinet. Ex ea igitur refa-
miliari:quam sibi dote data retinuit: pecuniam uiro mutuam dat.
Eam pecuniam cum uiro forte irata repetere instituit:apponit flagi-
tatotem seruum receptitiũ: hoc est proprium seruum suum: quẽ cũ
pecunia reliqua receperat:neq; dederat doti:sed retinuerat. Non enĩ
seruo mariti imperare hoc mulierem fas erat:sed proprio suo. Plura
dicere:quibus hoc nostrum tuear:supersedeo. Ipsa enim sũt per sese
euidentia:& quod a Verrio dicitur:& quod a nobis. Vtrum ergo ui-
debitur cuiq; uerius:eo utatur.

¶ Verba hæc ex atimia lege. Quod subreptũ erit:eius rei æterna au-
ctoritas esto. P. Nigidio:&. Q . Sceuolæ uisa esse non minus de præ
terito furto q̃ de futuro cauisse.

¶ Caput. vii.

Legis ueteris atiniæ uerba sũt: Quod subreptũ erit:eius rei æter
na auctoritas esto. Quis aliud putet ĩ hisce uerbis: q̃ de tẽpore
tantũ futuro legẽ loqui? Sed. Q . Sceuola patrẽ suum:& Brutum &
Manilium uiros apprime doctos quæsisse ait:dubitasseq; utrũ ne in
postfacta modo furta lex ualeret:an etiam ĩ antefacta? quoniã quod
subreptum erit:utrũq; tempus uideretur ostendere:tam præteritum
q̃ futuꝝ. Itaq;. P. Nigidius ciuitatis romanæ doctissimus sup dubita
tione hac eoꝝ scripsit in quartouicesimo cõmentariorũ cõmaticorũ.
Atq; ipse quoq; idẽ putat incertã esse temporis demonstrationẽ. Sed
anguste perquã & obscure disserit:ut signa rerum ponere uideas: ad

ſubſidium magis memoriæ ſuæ q̃ ad legẽtium diſciplinam. Videbatᷣ
tamen hoc dicere: uerbum eſſe: & erit quando per ſeſe ponuntur: ha-
bent: atq; retinent tempus ſuum. Cum uero præterito iungunt: uim
temporis ſui amittunt: & in præteritum contendunt. Cũ enim dico:
in campo eſt: in comitio eſt: tempus inſtans ſignifico. Item cũ dico: ĩ
campo erit: tempus futurum demonſtro. At cum dico: factũ eſt: ſcri-
ptum eſt: ſubreptum eſt: q̃q̃ eſt uerbum: temporis ſit præſentis: con
funditur tamen cum præterito: & præſens eſſe deſinit. Sic igitur inqt
etiam iſtud: quod in lege eſt: ſi diuidas: ſepareſq; duo uerba hæc: ſub
reptum: & erit: ut ſic audias ſubreptum: tanq̃ certamen erit: aut ſacri
ficium erit. Tunc uidebitur lex in poſtfuturum loqui. Si uero copu-
late permixteq; dictũ intelligas: ut ſubreptumerit: non duo: ſed unũ
uerbum ſit. Idq; tunica patiendi declinatione fit: cũ hoc uerbo nõ mi
nus præteritum tempus oſtenditur q̃ futurum.

¶ In ſermonibus apud menſam Tauri philoſophi: quæri agitariq; eiuſmodi ſolita. Cur oleum ſæpe & facile: uina rarius congelaſcant. acetũ haud fere unq̃. & cur aquæ fluuio℞ fontiũq; durent. mare gelu non duretur.

¶ Caput. viii.

PHiloſophus Taurus accipiebat nos athenis cœna plerunq;: ad
id diei: ubi iam ueſperauerat. id enim eſt tempus iſtic cœnandi
frequens. Eius cœnæ fundus: & fundamentum omne erat ĩ olla una
lentis ægyptiæ: & cucurbitæ inibi minutim cæſæ. Ea quodam die ubi
paratis: & expectantibus nobis allata: atq; impoſita menſæ eſt: puer℞
iubet Taurus oleũ in ollam indere. erat is puer genere atticus: ad an-
nos maxime natus. viii. feſtiuiſſimus. ætatis & gentis argutiis ſcatẽs.
Guttum ſamium oretenus: imprudens inanem: tanq̃ ſi ineſſet oleũ:
affert: conuertitq; eum. & ut ſolitum eſt: circumegit per omnẽ partẽ
ollæ manum. nullum inde ibat oleum. Aſpicit puer Guttum atroci-
bus oculis ſtomachabundus. & concuſſum uehementius: iterum in
ollam uertit. Id cum omnes ſenſim: atq; ſũmiſſim rideremus. Tum
puer græce & id quidem perquã attice: μὴ γελᾶτε inquit. ἔνι τοὔλαι
ον ἀλλ' οὐκ ἴστε οἵα φρίκη περὶ τὸν ὄρθρον γέγονε τήμερον καὶ κε-
κρύσταλλωται. Id eſt ne ridete: ineſt oleum. Verum uos neſcitis qua
lis matutino diluculo hodie rigor fuerit. Itaque gelu concretum eſt.
Verbero inquit ridens Taurus: nonne is curriculo: atque oleum pe-
tis? Sed cum puer foras emptum iſſet: nihil ipſe iſta mora offenſior.

Olla inquit oleo indiget:& ut uideo intolerandũ feruit. cohibeamus manus:atq; interea quoniam puer nunc admonuit ſolere oleum cõgelaſcere:cõſideremus:cur oleum quidem ſæpe:& facile ſtet: uina rarenter cõgelaſcant.atq; aſpicit me:& iubet:quod ſentiam dicere. Tũ ego reſpõdi:coniectare me:uinum iccirco minus cito coaleſcere:ꝙ ſemina quædam caloris in ſeſe haberet:eſſetq; natura ignitius. ob eãq; rem dictum eſſe ab Homero αιθοπα οινον ideſt calidum uinũ.non ut alii putarent:propter colorem.Eſt quidem Taurus ita:ut dicis.nã ferme conuenit:uinum ubi potum eſt:calefacere corpora.Sed nõ ſecus oleum quoq; calorificum eſt.neq; minorem uim ĩ corporibus calefaciendis habet.Ad hoc ſi iſthæc:quæ calidiora ſunt:difficilius gelu coguntur:congruens eſt:ut quæ frigidiora ſunt facile cogant̃.Acetum autem omnium maxime frigorificum eſt. atq; id nunquam tamen concreſcit.Num igitur magis cauſa oleo coaguli celerioris in leuitate eſt?faciliora enim ad coeundum ideo uidentur : quæ leuatiora leuioraq; ſunt.Præterea id quoq; ait quæri dignum:cur fluuiorũ: & fontium aquæ gelu durentur:mare omne incongelabile ſit?Tam&ſi Herodotus inquit hiſtoriæ ſcriptor:contra omnium ferme : qui hæc quæſiuerunt:ſcribit mare boſphoricum:quod cimerium appellatur earũq; partium mare omne:quod ſcythicum dicitur:gelu ſtringi: & conſiſtere.Dum hæc Taurus.Interea puer uenerat.& olla deferbuerat.tẽpuſq; eſſe cœperat edendi:& tacendi.

¶ De notis litterarum:quæ in.C.Cæſaris epiſtolis reperiuntur.deq; aliis clandeſtinis litteris ex ueteri hiſtoria petitis.& quid σκυτάλη.i. baculus:quo epiſtola inuoluebatur:ſit laconica.

¶ Caput.ix.

Libri ſunt epiſtolaꝝ.C.Cæſaris ad.C.Oppium : & Balbũ Cornelium:qui res eius abſentis curabant. In his epiſtolis q̃buſdã in locis inueniũtur litteræ ſingulariæ:ſine coagmentis ſyllabaꝝ:quas tu putes eſſe poſitas incondite. Nam uerba ex iis litteris cõfici nulla poſſunt.Erat autem conuentum inter eos clandeſtinũ : de cõmutando ſitu litteraꝝ:ut in ſcripto quidẽ alia aliæ locũ:& nomen teneret. Sed in legendo locus cuiq; ſuus & poteſtas reſtitueret̃. Quænã uero littera pro qua ſcriberet̃:ante iis:ſicut dixi:cõplacebat : qui hanc ſcribendi latebrã parabant.Eſt adeo Probi grãmatici cõmentarius ſatis curioſe factus:de occulta litteraꝝ ſignificatiõe epiſtolaꝝ.C. Cæſaris

ſcriptarum. Lacedæmonii autem ueteres cum diſſimulare:& occultare litteras publice ad imperatores ſuos miſſas uolebant:ne ſi ab hoſtibus exceptæ forent:conſilia ſua noſcerentur epiſtolas id genus factas mittebāt. Surculi duo erant teretes oblonguli pari craſſamento eiuſdemq; longitudinis deraſi:atq; ornati conſimiliter. Vnus imperatori in bellum proficiſcenti dabatur. alterum domi magiſtratus cum iure:atq; cum ſigno habebant. Quando uſus uenerat litterarum ſecretiorum:circum eum ſurculum lorum modicæ tenuitatis:longum autem:quantum rei ſatis erat:complicabant:uolumine rotundo ac ſimplici. Ita uti ore adiuncte undiq;:& cohærentes lori: quod plicabatur coirent. Litteras deinde in eo loro per tranſuerſas iuncturarum oras: uerſibus a ſummo ad imum proficiſcentibus inſcribebant. Id lorum litteris ita perſcriptis reuolutum ex ſurculo imperatori: commenti illius conſcio mittebant. Reſolutio autem lori litteras truncas atq; mutilas reddebat. membraq; earum:& apices ī partes diuerſiſſimas ſpargebat. Propterea ſi id lorum in manibus hoſtium īciderat: nihil qcq̄ coniectari ex eo loro quibat: Sed ubi ille:ad quem erat miſſum: acceperat:ſurculo compari:quem habebat:capto:ad finem perīde ut debere fieri ſciebat:circumplicabat. atq; litteræ per ambitum eundē ſurculi coaleſcentes:rurſum coibant. Integramq; & incorruptam epiſtolam:& facilem legi præſtabant. Hoc genus epiſtolæ lacedæmonii σκυτάλην:ideſt loricatum ſurculum appellant. Legebamus id quoq; in uetera hiſtoria rerum punicarum uirum indidem quempiam illuſtrē ſiue ille Haſdrubal:ſiue quis alius eſt:non retineo:epiſtolam ſcriptā ſuper rebus arcanis hoc modo abſcondiſſe. Pugillaria noua: nōdum etiam cæra illita accepiſſe. litteras in lignum incidiſſe. Poſtea tabulas uti ſolitum eſt:cæra colliuiſſe. Eaſque tabulas: tanquam non ſcriptas:cui futurum id prædixerat: miſiſſe. Eum deinde cæram deraſiſſe:litteraſque incolumes ligno inciſas legiſſe. Eſt & alia in monumentis rerum græcarum profunda quædam & inopinabilis latebra barbarico aſtu excogitata. Hiſtieus nomine fuit: loco natus in terra aſia non ignobili. aſiam tunc tenebat imperio Rex Darius. Is Hiſtieus:cum in Perſis apud Darium eſſet: ariſtagoræ cuipiā res quaſdam occultas nuntiare furtiuo ſcripto uolebat. Cōminiſcitur opertū hoc litterarum admirandum. Seruo ſuo diu oculos ægros habēti capillū ex capite omni: tanq̄ medēdi gratia:deradit. Caputque eius leue

in litterarum formas compingit. His litteris quæ uoluerat scripsit. Hominem postea quoad capillus adolesceret: domo continuit. Vbi id factū est ire ad Aristagorā iubet. Et cū ad eū ueneris: mādasse me dicito ut caput tuū (sicut nup egomet feci) deradat. seruus: ut īperatū erat: ad Aristagorā uenit. Mandatūq; domini affert. Atq; ille id non esse frustra ratus: quod erat mādatū fecit. Ita litteræ perlatæ sunt.

¶ Quid de uersibus Virgilii Phauorinus existimarit: quibus ī describenda flagrantia montis ætnæ Pindarum poetam secutus est. Collataq; ab eo super eadem re utriusq; carmina: & diiudicata.

¶ Caput decimū.

PHauorinum philosophum: quum in hospitis sui antiaté uillā æstu anni concessisset: nosq; ad eum uidendum Roma uenissemus: memini super Pindaro poeta: & Virgilio in hunc fere modum disserere. Amici inquit familiaresq;. P. Virgilii: in iis quæ de ingenio: moribusq; eius memoriæ tradiderunt: dicere eum solitum ferunt: parere se uersus more: atq; ritu ursino. Nāq; ut illa bestia fœtum ederet ineffigiatum informemq;: lambendoq; id postea: quod edidisset: cōformaret: & fingeret: perinde ingenii quoque sui partus recentes rudi esse facie: & imperfecta. Sed deinceps tractando colédoq; reddere iis se oris: & uultus liniamenta. Hoc uirum iudicii subtilissimi ingenue atq; uere dixisse. Res inquit ipsa uerum indicium facit. Nam quæ reliquit perfecta: expolitaq;: quibusq; īposuit sensus: atq; delectus sui supremam manum omni poeticæ uenustatis laude florent. Sed quæ procrastinata sunt ab eo: ut post recenserentur: & absolui: quoniam mors præuerterat: nequiuerunt: nequaq̄ poetæ elegantissimi nomīe: atq; iudicio digna sunt. Itaq; quum morbo oppressus: aduētare mortem uideret: petiuit: orauitq; a suis amicissimis impense: ut æneida: qua nondum satis elimauisset: abolerent. In iis autem inquit: quæ uidentur retractari: aut corrigi debuisse: is maxime locus est: qui de mōte ætna factus est. Nam cum Pindari ueteris poetæ carmen: quod de natura: atq; flagrantia montis eius compositum est: æmulari uellet: eiusmodi sententias & uerba molitus est: ut Pindaro quoq; ipso: qui nimis opima: pinguiq; esse facundia existimatus est: insolentior: hoc quidem in loco: tumidiorq; sit. Atq; uti uosmetipsos inquit eius: quod dico arbitros faciam: carmen Pindari: quod est super monte ætna q̄tulum mihi memoriæ est dicam.

τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς. ἁγνόταται ἐκ μυχῶν παγαί ποταμοὶ δέ. ἁμεραίσι μὲν: προχέοντι ρόον καπνοῦ. αἴθωνα ἀλλ' ἐν ὄρφναισι φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ. ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου. πλάκα σὺν πατάγῳ. κεῖνος δ' ἡφαίστοιο κρουνοὺς: ἑρπετὰ δεινοτάτους ἀναπέμπει. τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι. θαῦμα δὲ καὶ παρεόντων ἀκοῦσαι. idest. A qua ſane eructantur īacceſſi ignis puriſſimi: ex imis fontes. Flumina uero interdiu quidem inundant fluctum feruentem fumi. At per noctes punicea proglomerata flamma: ad profundum ponti ferunt ſolum: cum ſtrepitu illa Vulcani fluenta ſerpentia emittit ſæuiſſima. Monſtrum profecto: tū uiſu: tum auditu mirabile. Audite nunc inquit Virgilii uerſus: quos īchoaſſe eum uerius dixerim: q̄ feciſſe.

Portus ab acceſſu uentorum immotus: & ingens
Ipſe. ſed horrificis iuxta tonat ætna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo: & candente fauilla.
Attollitq; globos flammarum: & ſydera lambit.
Interdum ſcopulos: auulſaq; uiſcera montis
Erigit eructans. liquefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat: fundoq; exæſtuat imo.

Iam principio inquit Pindarus ueritati magis obſecutus: id dixit: ꝙ res erat: quodque iſtic uſu ueniebat. quodq; oculis uidebatur: interdiu fumare ætnam: noctu flammigare. Virgilius autem: dum in ſtrepitu: ſonituque uerborum conquirendo laborat: utrūq; tempus nulla diſcretione facta confundit. Atque ille græcus quidem fontes imitatus ignis eructari: & fluere omnes fumi: & flammarum per fulua: & tortuoſa uolumina in plagas maris ferre: quaſi quoſdā igneos angues luculente dixit: Et hic noſter atram nubem turbine piceo: & fauilla fumante ροον καπνου αιθωνα id eſt fluxum fumi calidum interpretari uolens: craſſe & immodice congeſſit. globos quoque flammarum. Quod ille κρουνοὺς ideſt fluēta dixerat: duriter: & ἀκύρως: ideſt improprie tranſtulit. Item quod ait: ſydera lambit. Vacanter hoc etiam inquit accumulauit: & inaniter. Neque non id quoque īenarrabile eſſe ait: & propemodum inſenſibile: quod nubem atram fumare dixit turbine piceo: & fauilla candente. Non enim fumare inquit ſolent: neque atra eſſe: quæ ſunt candentia: niſi ſi candenti dixit

peruulgate:& improprie:pro feruenti fauilla:non pro ignea:& relu céti. Nā candens scilicet ē a candore dictū:nō a calore. Quod saxa autē & scopulos eructari:& erigi:eosdemq; ipsos statim liquefieri: & gemere:atq; glomerari sub auras dixit. hoc inquit:nec a Pindaro scriptum:nec unquam fando auditum. & omnium:quæ monstra dicuntur:monstrosissimum esse.

¶ Quod Plutarchus ī libris symposiacis opinionē Platonis:de habitu:atq; natura stomachi:fistulæq; eius: quæ τραχεῖα. id est dura dicitur:aduersum Erasistratum medicum tutatus est :auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis. ¶ Caput undecimum.

ET Plutarchus:& alii quidam docti uiri reprehensum esse ab Erasistrato nobili medico Platonem scripsere:ꝙ potū dixit defluere ad pulmonem. Eoq; satis humectato:dimanare per eum: quia sit rimosior:& confluere inde in uesicam. Erroris q; istius fuisse Alceum ducem:qui in poematibus suis scriberet. τοῦτε πνεύμονα οἴνω: τὸ γὰρ περιςέλλεται. id ē pulmonē uino:
Ipsum autem Erasistratum dicere:duas esse quasi canaliculas quasdam:uel fistulas. Easq; ab oris faucibus proficisci deorsum. Per earūq; alteram deduci:delabiq; in stomachū esculenta omīa:& poculenta. Ex eoque ferri in uentriculum:qui ἡ κάτω κοιλία:id est inferior uenter:id est aluus appellatur. Atq; ibi subigi:digeriq;:ac deinde aridiora ex iis recrementa in aluum conuenire:quod græce κόλον dicitur. humidiora peruehens in uesicam. Per alteram autem fistulam:quæ græce nominatur τραχεῖα ἀρτηρία. id est aspera arteria:spiritum a summo ore in pulmonem:atq; inde rursum in os: & in naris commeare. Perq; eam uiam uocis quoque fieri meatum. Ac ne potus cibusq; aridior:quem oporteret in stomachum ire:procideret ex ore:labereturq; in eandem fistulam:per quam spiritus reciprocatur. Eaq; offensione intercluderetur animæ uia: impositam esse arte q̄dam:& ope naturæ. Inde apud duo ista foramina: quæ dicitur ἐπιγλωττὶς id est apposita lingula:quasi claustra: quædā mobilia:cōniuentia uicissim:& resurgentia. Eamq; ἐπιγλωττίδα interedendum:bibendumq; operire:atq; protegere : τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν : id est asperam arteriam: ne quid ex esca potu ue incideret in illud quasi æstuantis animæ iter. Ac propterea nihil humoris īfluere ī pulmonē:ore ipso arteriæ cōmunito. Hæc ait Erasistratus

medicus aduersus Platonē. Sed Plutarchus in libro symposiacorū auctorem Platonis sentētiæ Hippocratem dicit fuisse. Idemq; esse opinatos & Philistiona locrum:& Dioxippū hippocraticū ueteres medicos:& nobiles. Atque illam de qua Erasistratus dixerit:ἐπιγλωττίδα non iccirco in eo loco constitutam:nequid ex potu influeret in arteriam. Nam pulmoni quoq; fouendo rigandoq; necessari os humores uideri. Sed appositam quasi moderatricem quādam: arbitrāq; ꝓhibendi admiscēdiue :quod ex salutis usu foret:uti edulia quidem omīa defenderet ab arteria:depelleretque in stomachū. Potum autem partiretur inter stomachum & pulmonē. Et quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet:nō rapidū id neq; uniuersum:sed quadā quasi obice sustētatum:ac repressū:sensim paulatimq; transmitteret. atque omnem reliquum in alteram stomachi fistulam deriuaret.

De materiis infamibus:quas græci ἀδόξους appellant:a Phauorino exercēdi gratia disputatis. Caput.xii.

INfames materias:siue quis mauult dicere īopinabiles:quas græci ἀδόξους καὶ ἀτόπους ὑποθέσεις appellant : & ueteres adorti sūt: nō sophistæ solū sed philosophi quoq; :& noster Phauorinus oppidoq̄ libens in eas materias dicebat. Vel ingenio expergificādo ratus idoneas:uel excercendis argutiis:uel edomandis usu difficultatibus:sicuti cū Thersitæ laudes quæsiuit. & cū febrim quartis diebus recurrentē laudauit. Lepida sane multa:& nō facilia inuentu ī utranq; causam dixit. eaq; scripta in libris reliquit. Sed ī febris laudibus testem etiam Platonē produxit:quem scripsisse ait. Qui quartanā passus conualuerit:uiresq; ītegras recupauerit: fidelius constātiusq; postea ualiturū. atque inibi in eisdē laudibus non hercle hac sentētiola inuenuste lusit. Versus īquit ē longo hominū æuo probatus ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη. ἄλλοτε μήτηρ. Id est:Ipsa dies quandoq; parēs:quādoq; nouerca est. Eo uersu significat:nō oī die bene esse posse:sed isto bene:atq; alio male. Quod cū ita sit īqt:ut ī rebus humaīs bene aut male uice alterna sit: hæc biduo medio īteruallata febris:quāto ē fortunacior:in qua ē μία μητρυιὰ δύο μητέρες. Id ē una nouerca:duæ matres.

Qui particula:quot q̄lesq; uarietates significatioīs habeat. & q̄ sæpe in ueterū scriptis obscura sit. Caput.xiii.

QVm particula:quã grãmatici coniunctionẽ appellant:uariis modis sentẽtiisq; connectere orationẽ uidetur. Aliter.n.dici putatur:cum quasi increpantes:uel interrogantes:uel exhortantes dicimns:quin uenis? quin legis? quin fugis? Aliter cum ita cõfirmamus. Non dubiũ ẽ:quin. M. Tullius omnium sit eloquẽtissimus. Aliter autem cum sic componimus:ꝙ quasi priori uidetur contrarium. Non iccirco causas Isocrates non defendit: quin id utile esse & honestum existimarit. A quo illa significatio nõ abhorret:quæ ẽ in tertia origine. M. Catonis. Haud eos inquit eo postremũ scribo: quin populi & boni & strenui sient. In secunda quoq; origine. M. Cato non longe secus hac particula usus ẽ. Neq; satis ĩquit habuit: quod eum in occulto uitiauerat:quĩ eius famam prostitueret. Præterea animaduertimus Quadrigariũ in. viii. ãnalium particula ista usũ esse obscurissime. Ipsius uerba posuimus. Romam uenit. uix superat:qn triũphus decernatur. Itẽ ĩ. vi. ãnali eiusdem uerba hæc sũt. Pene factũ est:quin castra relinquerẽt. atq; cederẽt hosti. Non me aũt præterit dicere aliquẽ posse de sũmo pectore nihil esse ĩ his uerbis negocii. Nã qn utrobiq; positũ pro ut:planissimũq; esse: si ita dicas. Romã uenit:uix superat:ut triũphus decernat̃. Itẽ alio ĩ loco:Pene factum ẽ ut castra relinquerẽt:atq; cederẽt hosti. Sed utãt̃ sane qui tam expediti sunt perfugiis commutationũ ĩ uerbis: quæ non intelliguntur:utantur tamẽ ubi id facere poterunt uerecũdius. Hanc uero particulam de qua dicimus:nisi quis didicerit compositam copulatamq; esse:neq; uim tantum coniungendi habere: sed certa quadam significatione factam:nunq̃ profecto rationes ac uarietates istius comprehensurus est. Quod quia longioris dissertationis est:poterit cui ocium ẽ:reperire hoc in. P. Nigidii commẽtariis: quos grãmaticos inscripsit.

¶ Sentẽtiæ ex Publii mimis selectæ lepidiores. ¶ Caput. xiiii.

PVblius mimos scriptitauit. dignusq; habitus est:q super Laberio iudicaret̃. C. autem. Cæsarem ita Laberii maledicẽtia: & arrogãtia offendebat:ut acceptiores & ꝓbatiores sibi esse Publii: q̃ Laberii mimos prædicaret. Huius Publii sentẽtiæ ferunt̃ pleræq; lepidæ:& ad cõmunẽ sermonũ usum cõmodatissimæ. Ex qbus sũt istæ singulis uersibus circũscriptæ:quas libitũ hercle ẽ adscribere.

Malum consilium est:quod mutari non potest.

Beneficium dando accepit: qui digno dedit.
Feras: non culpes: quod uitari non potest.
Cui plus licet: q̃ par est: plus uult: q̃ licet.
Comes facundus in uia pro uehiculo est.
Frugalitas inserta est rumoris boni.
Heredis fletus sub persona risus est.
Furor fit læsa sæpius patientia.
Improbe neptunnum accusat: q iterum naufragium facit.
Ita amicum habeas: posse ut fieri hunc inimicum putes.
Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.
Nunquā periculum sine periculo uincitur.
Nimium altercando ueritas altercatur.
Pars beneficii est: quod petitur: si belle neges.

¶ Quod Carneades academicus elleboro stomachū purgauit: scripturus aduersus Zenonis stoici decreta. Deq; natura medelaq; ellebori candidi: & nigri. ¶ Caput quintumdecimum.

Carneades academicus scripturus aduersum stoici Zenonis libros: superiora corporis elleboro candido purgauit: ne quid ex corruptis in stomacho hūoribus ad domicilia usq; animi redundaret: & instātiā uigoremq; mentis labefaceret. Tanta cura tantoq; apparatu uir ingenio præstanti ad refellenda quæ scripserat Zeno: aggressus. Id cum in historia græca legissem: quod elleboro cādido scriptū erat: quid esset: quæsiui. Tū cōperi duas species ellebori eē: discerniculo coloris insignes: candidi & nigri. Eos autē colores nō ī semine ellebori: neq; in uirgultis: sed in radice dignosci. Cādido stomachū & uentrem superiorē: uomitionibus purgari. Nigro aluum: quæ inferior uocatur: dilui. Vtriusq; esse hanc uī: ut humores noxios: in quibus causæ morborū sunt: extrahant. Esse aūt periculū: ne inter causas morborū omni corporis uia patefacta: ea quoq; ipsa in quibus causa uiuēdī est: exinaniant. Amissoq; omni naturalis alimoniæ fundamēto: homo exhaustus intereat. Sed elleborum sumi posse tutissime in insula anticyra Plinius Secundus in libris naturalis historiæ scripsit. Propterea Liuium Drusum: qui tribunus plebis fuit: cum morbū q comitialis dicitur: pateretur: anticyram nauigasse: & in ea insula elleborū bibisse ait: atq; ita morbo liberatum. Præterea id scriptū legimus: Gallos in uenatibus tingere elleboro

ſagitas: ꝙ iis ictæ examinatæ feræ teneriores ad epulas fiãt. Sed pp ellebori contagium: uulnera ex ſagittis facta circũcidere latius dicuntur.

Anates ponticas uim habere uenenis detegendis potenté. Atq; inibi de Mithridatis regis ĩ id genus medicaméti ſolertia. ¶ Caput. xvi.

ANates põticas dicitur edendis uulgo uenenis uictare. Scriptũ etiã a Leneo. Cn. Põpeii liberto Mithridaté illũ ponti regem medicinæ rei: & remediorũ id genus ſolerté fuiſſe. Solitũq; eaꝝ ſan guiné miſcere medicaméntis: quæ digerendis uenenis ualent. Eumq; ſanguiné uel potétiſſimũ eſſe in ea confectione. Ipſũ autem regem aſſiduo talium medelarũ uſu: a clandeſtinis epularũ ĩſidiis cauiſſe. Quin & ſcienté quoq; ultro: & oſtentandi gratia uenenũ rapidum & uelox ſæpenumero hauſiſſe: atq; id tamé ſine noxa fuiſſe. Quãobré poſtea cum prælio populi romani uictus metu ſui in ultima regni refugiſſet: & mori decreuiſſet: & uenena uiolétiſſima feſtinandæ necis gratia: fruſtra expertus eſſet: ſuo ſe ipſe gladio tranſegit. Huius regis antidotus celebratiſſima é: quæ mithridatios uocat.

¶ Mithridatem ponti regé duaꝝ & uiginti gentiũ linguis locutũ. Q. q; Ennium tria corda habere ſeſe dixiſſe: ꝙ tris linguas pcalluiſſet: græcam: oſcam: latinam. Caput. xvii.

QEnnius tria corda habere ſeſe dicebat: ꝙ loq græce & oſce & latine ſciret. Mithridates auté ponti atq; bithyniæ rex inclitus: qui a Cn. Pompeio bello ſuperatus é: duarum & uiginti gentium: quas ſub ditione habuit: linguas percalluit. Earumq; omnium géntiũ uiris haud unq̃ per interpreté locutus eſt. Sed ut quenq; ab eo appellari uſus fuit: perinde lingua & oratione ipſius: nõ minus ſcite: q̃ ſi géntilis eius eſſet: locutus eſt.

¶ Quod. M. Varro. C. Saluſtium hiſtoriæ ſcriptorem depreheñſũ ab Anio Milone in adulterio ſcribit: & loris cæſum: pecuniaq; data dimiſſum. ¶ Caput octauumdecimum.

MVarro in litteris: atq; uita: fide homo multa & grauis: ĩ libro quem ĩſcripſit Pius: aut de pace. C. Saluſtium ſcriptoré ſeriæ illius: & ſeueræ orationis. In cuius hiſtoria notiones cenſorias fieri: atq; exerceri uidemus: in adulterio deprehenſum ab Anio Milone loris bene cæſũ dicit. & cũ dediſſet pecuniã: dimiſſum.

¶ Quid Epictetus philoſophus dicere ſolitus ſit homĩbus nequã:

& inpuris disciplinas philosophiæ studiose tractantibus. Et quæ duo uerba obseruanda præceperit: omnium rerum longe salubria.
Caput nonumdecimum.
PHauorinũ ego audiui dicere Epictetũ philosophum dixisse: plerosq; istos q philosophari uidẽt: philosophos esse huiuscemodi ανευ τουπράττειν μέχρι τον λέγειν. Id significat: factis procul: uerbis tenus. Iam illud ẽ uehemẽtius: quod Arianus solitũ eũ dictitare in libris: quos de dissertationibus eius composuit: scriptũ reliquit. Nã cũ ĩquit animaduerterat hoĩẽ pudore amisso: ĩportuna industria: corruptis moribus: audacẽ: cõfidentẽ: linguã: cæteraq; oĩa: præterq̃ animũ procurãtẽ: istiusmodi inquit hominẽ cũ uiderat: studia quoq; & disciplinas philosophiæ cõtractare: & physica adire: & meditari dialectica: multaq; id genus theoremata suspicari sciscitariq;: inclamabat deũ atq; hominũ fidẽ. ac plerũq; interclamãdũ his eum uerbis increpabat. ανθρωπε πõυ βάλλεις: σκέψαι ει κεκάθαρταί το ἀγγεῖον. αν γάρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτά βάλλης ἀπώλετο ἢν σαπῆ οὖρον. ἢ ὄξος γένοιτο ἄν ἤ ιτ τούτων χεῖ ρον Id ẽ: Homo ubi nã mittis: cõsidera nũqd purgatũ uas sit. Nã si ad inanem opinionẽ ea inuergas: prorsum ĩterierũt. Sin cõputrescãt: in urinã aut acetũ uertent̃. aut siqd iis ipsis est deterius. Nil ꝑfecto his uerbis grauius: nil uerius: quibus declarabat maximus philosophorũ litteras atq; doctrinas philosophiæ: cum in hominẽ falsum atq; degenerẽ: tanq̃ in uas spurcũ atq; pollutũ ĩfluxissent: mutari: corrumpi: & quod ipse κυνικώτερον. Id est magis cynicũ dixit: urinã fieri: aut siqd est urina spurcius. Præterea idẽ ille Epictetus: quod ex eodem Phauorino audiuimus: solitus dicere est: duo esse uitia multo omniũ grauissima ac teterrima: ĩtolerãtiã: & ĩcõtinentiam. cũ aut ĩiurias: quæ sunt ferendæ: nõ toleramus: neq; ferimus: aut a quibus rebus uoluptatibusq; nos temere debemus: nõ tenemus. Itaq; inquit si quis hæc duo uerba cordi habeat: eaq; sibi inperando atq; obseruando curet: is erit pleraq; impeccabilis: uitãq; uiuet tranquillissimã. Verba duo hæc dicebat: ἀνέχου καὶ ἀπέχου p[a]tere: & abst[i]n[e].
Ex symposio Platonis sumpta uerba: numeris coagmentisque uerborum scite modulateq;: & apte exercendi gratia: in latinam orationem uersa. Caput. xx.

SYmpoſium Platoīs apud phūm Taurū legebatur. Verba illa
Pauſaniæ īter cōuiuas amorē uice ſua laudātis. uerba ita rur-
ſū amauimus: ut mēiniſſe etiā ſtuduerimus. Sunt adeo quæ mēini
mus uerba hæc. πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει. αὐτὴ ἐφ᾽ ἑαυτῆς πρα
ττομένη οὔτε καλὴ. οὔτε αἰσχρὰ οἷον νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν. ἢ πί
νειν ἢ λαλεῖν ἢ διαλέγεσθαι. οὐκ ἔστι τούτων. αὐτὸ καλὸν. οὐδὲν
ἀλλ᾽ ἐν τῇ πράξει. ὡς ἂν πραχθῇ. τοιοῦτον ἀπέβη. καλῶς μὲν
γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς καλὸν γίγνεται. μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσ
χρόν: οὕτω καὶ τὸ ἐρᾶν. καὶ ὁ ἔρως: οὐ πᾶς ἐστι καλός: οὐδὲ ἄξιος
ἐγκωμιάζεσθαι. ἀλλ᾽ ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν. Id eſt. Omnis. n.
actio ſic ſeſe habet. Nam ipſa q̄tum in ſemetipſam agitur: neq; ho
neſta: neq; turpis eſt: quemadmodum ſunt quæ nunc nos ipſi faci
mus: aut bibere: aut loqui aut diſputare. Non enim eſt horū hone
ſtum per ſeipſū quicq̄: ſed in actione: ut quidem ē actum eiuſmoī
euenit. Nam honeſte geſtum & recte: honeſtum fit: cōtra uero: tur
pe. Eodem pacto & amare ipſum: & amor: non omnis quidem ho
neſtus ē: neq; commēdatione omni dignus: uerum is: qui amare ho
neſte nos adhortatur. Hæc uerba ubi lecta ſūt: atq; ibi Taurus mi
hi: Heus inquit tu rhetoriſte. Sic enim me in principio recens in di
atribā acceptū appellitabat: exiſtimans eloquētiæ unius exercendæ
gratia athenas ueniſſe. Vides ne inquit ἐνθύμημα: id eſt commen
tum crebrū: & coruſcū: & cōnexū breuibuſq; & rotundis numeris:
cū quadam æquabili circumactione deuinctū? Habes ne nobis di
cere ī libris rhetoꝝ ueſtrorum tam apte: tāq; modulate cōpoſitam
orationē? Sed hos inquit tamen numeros cenſeo uideas ὁδοῦ πάρ
εργον: id eſt ſuperuacanee extra itineris ꝑpoſitum: quaſi ex diuer
ticulo. Ad ipſa enim Platonis penetralia: ipſarumq; rerū pondera:
& dignitates ꝑgendum ē: non ad uoculaꝝ eius amœnitatem: nec ad
uerborū uenuſtates diuerſitādum. Hæc admonicio Tauri de oratio
nis platonicæ modulis: non modo nō repreſſit: ſed inſtruxit etiam
nos ad elegantiā græce orationis uerbis latinis affectandā. Atq; uti
quædam animaliū parua & uilia ad imitādū ſunt. quas res cūq; au
dierint: uiderintue: petulātia: perinde nos ea quæ in Platonis orati
one demirabamur: nō æmulari qdē: ſed lineas umbraſq; facere au
ſi fuimus: uelut ipſū q̄ ex iiſdē uerbis illis eius effinximus. Omne
inquit oīo factum ſic ſeſe habet: nec turpe ē quantum in eo ē: neq;

honestũ: uelut ẽ quas nũc facimus ipsi res: bibere: cãtare: differere. Nihil nã q; horũ ipsũ ex sese honestũ est. quale cũ fieret modo: fac tũ ẽ: tale extitit. Si recte honesteq; factũ ẽ: tum honestũ fit: sin parꝝ recte: turpe fit. sic amare: sic amor non honestus omnis: neq; omĩs laude dignus: sed qui facit nos ut honeste amemus.

¶ Quibus temporibus post romã conditã: græci romaniq; illustres uiri floruerũt: ante secũdũ bellũ carthaginẽsiũ. ¶ Caput. xxi.

UT conspectum quendã ætatum antiquissimarũ: itẽ uirorum illustrium: q in iis ætatibus nati fuissent: haberemus: ne in sermonibus forte inconspectũ aliquid super ætate atq; uita clarorũ hominum temere diceremus: sicut sophista ille ἀπαίδευτος. id ẽ ineruditus: q publice nuper differens: Carneadẽ plurima rege alexã dro Philippi filio pecunia donatum. & Panætium stoicum cũ supe riore Africano uixisse dixit: ut ab istiusmodi inquã tẽporũ: ætatũq; erroribus caueremus: excerpebamus ex libris: qui chronici appellãt: quibus temporibus floruissent græci: simul atq; romaĩ uiri: qui uel ingenio: uel imperio nobiles: insignesq; post conditã romã fuissent ante secũdũ bellũ carthaginẽsiũ. easq; nũc excerptiones nostras ua riis diuersisq; in locis factas: cursim digessimus. Neq; enĩ id nobis negociũ fuit: ut acri atq; subtili cura excellentium in utraq; gẽte ho minum συγχρονισμούς: id ẽ cõtemporationes componeremus: sed ut noctes istæ quadam tenus his quoq; historiæ flosculis leuiter iniectis: aspergerentur. Satis aũt uisum ẽ ĩ hoc cõmẽtario de tẽpori bus paucoꝝ hominũ dicere: ex quoꝝ ætatibus de pluribus quoq;: quos noĩaremus: haud difficilis coniectura fieri posset. Incipiemus enĩ a Solone claro: quoniã de Homero & Hesiodo: inter omnes fe re scriptores constitit ætatem eos egisse: uel iisdem fere temporibus: uel Homerum aliquanto antiquiorẽ. utrunq; tamẽ ante romã con ditam uixisse. Siluiis albæ regnantibus: annis post bellum troianũ: ut Sassius in primo annaliũ de Homero atq; Hesiodo scriptum re liquit: plns. c. atq;. lx. annis: Ante romam autẽ conditam: ut Corne lius nepos in primo chronicorũ de Homero dixit: annis. c. &. lx. So lonẽ ergo accepimus unũ ex illo nobili numero sapientũ: leges scrip sisse athenienfiũ: Tarquino Prisco romæ regnãte: anno regni eius tricesimotertio. Seruio autem Tullio regnante: Pysistratus athenis tyrannus fuit: Solone autem in exiliũ uolũtariũ profecto: quoĩam

id ei prædicenti non creditum eſt. Poſtea Pythagoras ſamius in ita-
liam uenit: Tarquinii filio regnum obtinente: cui cognomentum
ſuperbus fuit. Iiſdemq; temporibus occiſus ē athenis ab Harmo-
dio: & Ariſtogitone Hipparcus Pyſiſtrati filius: Hippæ tyranni fra
ter. Archilochum autem Nepos Cornelius tradit Tullio Hoſtilio
romæ regnante: iam tunc fuiſſe poematis clarum & nobilem. Du-
centeſimo deīde &. lx. anno poſt romam conditā: aut nō longe am
plius: uictos eſſe ab athenienſibus perſas: memoriæ traditum ē. Pu
gnam illam inclytam marothoniam Miltiade duce: qui poſt eam
uictoriam damnatus a populo athenienſi in uinculis publicis mor
tem obiit. Tum Aeſchylus athenis tragœdiarū poeta celebris fuit.
Romæ autem ferme iſtis temporibus tribunos & ædiles tū primū p
ſeditionem ſibi plebes creauit. Ac non diu poſt Gn. Martius Cor-
nelius exagitatus: uexatuſq; a. tri. pl. ad uolſcos: qui tū hoſtes erāt:
a repub. deſciuit. bellumq; populo romano fecit. Poſt deinde pau-
cis annis Xerxes rex ab athenieīſibus: & pleraque græcia Themiſto
cle duce: nauali prœlio: quod ad ſalamina factum eſt: uictus fuga
tuſq; eſt. Atq; inde anno fere quarto: Menenio Agrippa Marco
Horatio Puluillo conſulibus bello ueiente apud fluuium creme-
ram: ab iis ſex et trecenti patricii Fabii: cum familiis ſuis: uniuerſi
ab hoſtibus circunuenti periere. Iuxta ea tempora Empedocles
agrigentinus in philoſophiæ naturalis ſtudio floruit. Romæ au
tem per eas tempeſtates decem uiros legibus ſcribendis creatos
conſtitit. Tabulaſque ab iis primo decem comſcriptas. mox alias
duas additas. Bellum deinde in terra græcia maximum peloponne
ſiacum: quod Thucydides memoriæ mandauit cœptum eſt: circa
ānū fere poſt conditā romā. ccc. xxiiii. Qua tēpeſtate. A. Poſthumi
us Torq̄tus dictator romæ fuit. Qui filiū ſuum q̄ cōtra ſuū dictū ī
hoſtē pugnauerat: ſecuri necauit. Hoſtes tū populi romaī fuerāt fi-
denates. Itaq; q īter hæc tēpora nobiles celebreſq; erāt: Sophocles:
ac deīde Euripides tragici poetæ: & Hippocrates medicus: & Demo
critus phūs. q̄bus ſocrates athēīēſis natu q̄dem poſterior fuit: ſed
q̄buſdā tēporibus iiſdē uixerūt. Iā deinde tribunis militaribus cōſu
lari īperio rēpublicam rōæ regentibus ad ānū fere cōditæ urbis. ccc.
. xlvii. Triginta illi tyrāni præpoſiti ſūt a lacedæmoīis athenīēſibus.
& in ſicilia Dionyſius ſuperior tyrannidē tenuit. Pauciſq; ānis poſt

Socrates athenis capitis damnatus est. & in carcere ueneno necatus. Ea fere tempestate romæ. M. Furius Camillus dictator fuit. & ueios cepit. Ac post non longo tempore bellum senonicum fuit. Tum galli romma: præter capitolium ceperūt. Neq; multo postea Eudoxus astrologus ī terra græcia nobilitatus est. Lacedemoniiq; ab atheniensibus apud corinthum superati duce Phormione. Et. M. Manlius romæ: qui gallos in obsidione capitolii obrepentis per ardua depulerat: conuictus est consilium de regno occupando inisse. damnatusq; capitis e saxo tarpeio: ut. M. Varro ait: præceps datus: ut Cor. autem Nepos scriptum reliquit: uerberando necatus est. Eoq; ipso anno qui erat post recuperatam urbem septimus: Aristotelem philosophum natum esse memoriæ mandatum est. Aliquot deinde annis post bellum senonicū thebani lacedemonio duce Epaminonda apud leuctra superauerunt. Ac breui post tempore ī urbe roma lege Licini Stolonis consules creari: & iam ex plebe cœpti: cum antea ius non esset: nisi ex patriciis gentibus fieri consulem. Circa ānū deinde urbis conditæ quadrīgētesimum Philippus Amyntæ filius: Alexandri pater: regnum macedoniæ adeptus est. Inq; eo tempore Alexander natus est. Paucisq; inde annis post: Plato philosophus ad Dionysium siciliæ tyrannum posteriorem profectus est. Post deinde aliquāto tempore: Philippus apud cheroneam prælio magno athenienses uicit. Tum Demosthenes orator ex eo prælio salutem fuga quæsiuit. Cumq; id ei: q̄ fugerat probrose obiiceretur: uersu illo notissimo illusit ἀνὴρ ἰqτ ὀφεύγων κἀι πάλιν μαχεσεται: id est uir fugiens: & denuo pugnabit: Postea Pilippus ex insidiis occiditur: & Alexander regnum adeptus: ad subigendos persas in asiā: atq; in orientem transgressus est. Alter autem Alexander: cui cognomentum Molosso fuit: in italiam uenit: bellum populo romano facturus. Iam enim fama uirtusq; fœlicitatis romanæ: apud exteras gentes enitescere inceptabat. Sed priusq; bellum faceret: uita decessit. Eum Molossum cum in italiam transiret: dixisse accepimus: Se quidem ad romanos ire: quasi in androniten macedonem isse ad persas: q̄si in gynæconiten. Postea macedo Alexander pleraq; parte orientali subacta: cū annos regnauisset. xi. obiit mortis dié. Neq; ita lōge post Aristoteles philosophus: & post aliq̄to Demosthenes: uita functi sūt. Isdéq; ferme tēpestatibus populus roānus

grauí & diutino famnitiũ bello cõflictatus eſt. Conſuleſq;. T. Veturius & Spurius Poſthumius: in locis iniquis apud caudiũ a ſamnitibus circumuallati: ac ſub iugũ miſſi: turpi fœdere facto diſceſſerũt. Ob eam cauſam populi iuſſu ſamnitibus pſeciales dediti: recepti non ſunt. Poſt annum deinde urbis conditæ. cccc. fere &. lxx. bellum cum rege Pyrrho ſumptũ eſt. Ea tempeſtate Epicurus athenienſis: & Zeno citienſis philoſophi celebres erant. Eodemq; tempore. C. Fabritius Luſcinus: &. Q. Aemilius Pappus cenſores romæ fuerunt. &. P. Cornelium Ruffinum quis bis conſul & dictator fuerat ſenatu mouerunt. Cauſamq; iſti notæ ſubſcripſerũt: ꝗ eum cõperiſent argenti facti cœnæ gratia decẽ põdo habere. Anno deinde poſt romam conditam. cccc. ferme &. lxxxx. cõſulibus Appio Claudio: cui cognomentum Cãdex fuit: Appii illius cæci fratre: & Marco Fuluio Flacco: bellum aduerſus pœnos primum cœptum eſt. Neq; diu poſt Callimachus poeta cyrinenſis alexãdriæ: apud Ptolemæũ regem celebratus eſt. Annis deĩde poſtea paulo pluribus: q̃. xx. cum pœnis pace facta: conſulibus Claudio Centone Appii cæci filio & . M. Sempronio Tutidano: primus omnium. L. Liuius poeta fabulas docere romæ cœpit: poſt Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere. c. &. lx. poſt Menandri: annis circiter quĩquagĩtaduobus. Claudium & Tutidanum conſules ſequuntur. Q. Valerius: &. C. Manilius: quibus natum eſſe. Q. Ennium poetam. M. Varro ĩ primo de poetis libro ſcripſit. eumq; cum ſeptimum & ſexageſimum annum ageret: duodecimum annalem ſcripſiſſe. Idq; ipſũ Ennium in eodem libro dicere. Anno deinde poſt romam conditam quingẽteſimo undeuiceſimo: Spurius Caruilius Ruga: primus romæ de amicorum ſententia: diuortiũ cum uxore fecit: ꝗ ſterilis eſſet. Iuraſſetq; apud cenſores: uxorẽ ſe liberũ quærẽdoꝝ cauſa habere. Eodẽq; anno. C. Neuius poeta fabulas apud populum dedit. Quem. M. Varro ĩ libro de poetis primo ſtipẽdia feciſſe ait bello puĩco primo. Idq; ipſũ Neuiũ dicere ĩ eo carmine: quod de eodẽ bello ſcripſit. Portiũ autẽ Liciniũ Seruius poeticã romæ cepiſſe dicit: ĩ his uerſibus. Punico bello ſecundo muſa pennato gradu: Intullit ſeſe belli coſam ĩ romuli gentem ferã. Ac deinde annis fere poſt. xv. bellum aduerſum pœnos ſumptum eſt. Atq; nõ nimiũ longe. M. Cato orator ĩ ciuitate: & Plautus poeta in ſcæna floruerũt. Iiſdẽq; tẽporibus

Diogenes ſtoicus:& Carneades ācadeīcus:& Critolaus pipateticus: ab athenienſibus ad ſenatū populi romani negocii publici gratia legati ſūt. Neq; magno īteruallo poſtea Qu. Ennius:& iuxta Cecilius:& Terētius:ac ſubīde Pacuius:& Pacuuio iā ſene Accius:clariorq; tūc ī poematis eo℞ obtrectādis Lucilius fuit. Sed ꝓgreſſi lōgius ſumus:cū finē ꝓpoſuerimus annotatiunculis iſtis bellum pœno℞ ſecundum.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEPTIMVSDECIMVS.

FAmiliares Phauorini duo erant quidam non īcelebres in urbe roma philoſophi. Eorū fuit unus peripateticæ diſciplinæ ſectator. alter ſtoice. Iis quondā ego acriter atq; contente:pro ſuis utrīq; decretis propugnātibus:cum eſſemus una oſtiæ omnes cum Phauorino:īterfui. Ambulabamus autem in littore:cum iam adueſperaſceret æſtate āni noui. Atq; ibi ſtoicus cenſebat:& uitam beatam hominum uirtute animi ſola:& miſeriam ſummā malicia ſola poſſe effici:etiam ſi cætera bona oīa: quæ corporalia & externa appellarentur: uirtuti deeſſent:malitiæ adeſſent. Ille contra peripateticus :miſeram quidem uitā uitiis animi:& malicia ſola fieri concedebat. Sed ad complendos omnis uitæ beatæ numeros:uirtutem ſolam nequaq̄ ſatis eſſe exiſtimabat:quoniam & corporis integritas:ſanitaſq;:& honeſtus modus formæ:& pecunia familiaris:& bona æſtimatio: cæteraq; omnia corporis & fortunæ bona neceſſaria uiderentur perficiendæ beatæ uitæ. Reclamabat hoc in loco ſtoicus: et tanq̄ ille duas res diuerſas poneret: mirabatur. Quod cum eſſent malicia & uirtus duo contraria: uita miſera & beata quoq; æque contraria:non ſeruaret in utriſq; uim & naturā cōtrarii. Et ad miſeriā qdē uitæ cōficiendā:ſatis ualere maliciā ſolā putaret. ad præſtādā uero uitā beatā nō ſatis ſolā eſſe uirtutē diceret. Atq; id maxīe diſſidere:neq; cōueīre dicebat:ꝙ q ꝓfiteret̄ uitā nullo pacto beatā efici poſſe:ſi uirtus ſola abeſſet:idē cōtra negaret beatā fieri uitā:cū ſola uirtus adeſſet:& quē daret haberetq; abn̄ti uirtuti honorē:eūdē petēti atq; p̄nti adimeret. Tū pipatetic⁊ pq̄ hercle feſtiue. Rogo te īqt cū boā uenia reſpōdeas :an exiſtimes

esse uini amphoram: cũ abest ab ea unus congius. Hæc ubi accepit stoicus: minime inquit uini amphora dici potest: ex qua abest congius. Hoc ubi accepit peripateticus: unus igitur congius amphorã facere dici debebit: quoniam cum deest ille unus: non fit uini amphora: & cum accessit: fit amphora. Quod si id dicere absurdum ẽ: uno congio solo fieri amphoram. Itidem absurdum ẽ: una sola uirtute uitam fieri beatam dicere: quoniam cum uirtus abest: beata eẽ uita nunq̃ potest. Tum Phauorinus aspiciens peripateticum: Est quidem inquit argutiola hæc: qua de congio uini usus es: exposita ĩ libris. Sed (ut scis) captio magis lepida q̃ probum aut simile argumẽtum uideri debet. Congius enim cum deest: efficit quidem ne sit iustæ mensuræ amphora. Sed cum accedit: & addit̃: non ille unus facit amphoram: sed supplet. Virtus autem (ut isti dicũt) nõ accessio: neq; supplemẽtũ: sed sola ipsa uitæ beatæ instar est. & propterea uitam beatam ipsa sola una cũ adest: facit. Hæc atq; alia quædam minuta magis & nodosa: tanq̃ apud arbitrum Phauorinum: in suã uterq; sententiam conferebant. Sed cum iam prima fax noctis: & densiores esse tenebræ cœpissent: prosecuti Phauorinum ĩ domũ: in quam diuertebat: discessimus.

¶ Cuiusmodi quæstionum certationibus saturnalia ludicra athenis agitare soliti sumus. atq; inibi inspersa quædã sophismata: & ænigmata oblectatoria. ¶ Caput. ii.

SAturnalia athenis agitabamus: hylare prorsũ ac modeste: nõ ut dicitur: remittentes animum. Nam remittere inquit Musonius: animum quasi amittere est: sed demulcentes eum paulum atq; laxantes iucundis: atq; honestis sermonum illectatioĩbus. Cõueniebamus autem ad eandem cœnam complusculi: qui romani ĩ græciam ueneramus. quiq; easdem auditiones: eosdemq; doctores colebamus. Tum qui & cœnulam ordine suo curabat: premiũ soluendæ quæstionis ponebat: librum ueteris scriptoris: uel græcum: uel latinum. & coronam e lauro plexam. Totidemq; res quærebat: quot homines istic eramus. Cumq; eas omnis exposuerat: rẽ locũq; dicendi sors dabat. Quæstione igit̃ soluta: corona: & præmio donabat̃. non soluta autẽ trãsmittebatur ad eum qui sortio successerat. Idq; ĩ orbẽ uice pari seruabat̃. Si nemo dissoluebat quæstionis eius nodum: premiũ ipsum & corona deo: cuius id festũ erat: dicabat̃.

Querebāt̃ aūt res huiuſcemodi:aut ſententia poetæ ueteris lepide obſcura:nō anxie:aut hiſtoriæ ātiqoris reqſitio :aut decreti cuiuſpiam ex philoſophia pperā inuulgati purgatio:aut captioſi ſophiſticæ ſolutio:aut inopinati rarioriſq; uerbi indagatio:aut tempus itē in uerbo perſpicuo obſcuriſſimū.Itaq; nuper quæſita eſſe memini numero ſeptem.quorum prima fuit enarratio hoꝝ uerſuū:qui ſūt in ſatyris.Q.Ennii:uno multifariam uerbo concinniter implicati. quorum exemplum hoc eſt.

Nam qui lepide poſtulat alterum fruſtrari.
Quem fruſtratur:fruſtra eum dicit:fruſtra eſſe.
Nam qui ſeſe fruſtrari:quem fruſtra ſentit.
Qui fruſtrat̃:is fruſtra ē:ſi nō ille eſt fruſtra.Secunda quæſtio fuit: quonā modo audiri atq; accipi deberet:quod Plato in ciuitate:quā ī libris ſuis cōdidit:τῆς πολιτείας :id ē reipublicæ fingebat. κοινὰς τὰς γυναῖκας.id eſt cōmunes uxores eſſe cēſuit: & premia uiris fortibus ſummiſq; bellatoribus poſuit ſauiationes pueroꝝ.& puellaꝝ.Tertio in loco hoc quæſitū eſt:In quibus uerbis capitonū iſtarū fraus eſſet.& quo pacto diſtīgui reſoluiq; poſſet .Quod nō perdidiſti:habes:cornua nō pdidiſti:habes igit̃ cornua. Itē altera captio.Quod ego ſū:id tu nō es.homo igit̃ tu nō es.Quæſitū id quoq; ibi ē:quæ eſſet huius quoq; ſophiſmatis reſolutio.Cū mētior:& metiri medico:mētior:an uerum dico? Poſtea quæſtio iſtæc fuit. Quā ob cauſā patricii megalēſibus motitare ſoliti ſint :plebs cerealibus? Secūdū ea quæſitū hoc ē: Verbū uerāt:quod ſignificat:uera dicūt:quis nā ueteꝝ poetaꝝ dixerit?Sexta quæſtio fuit:aſphodelū cuiuſmodi herba ſit.quod Heſiodus ī iſto uerſu poſuerit.
νήπιοιο ὐδ'ἴσασιν ὅσω πλέον ἥμισυ παντός.
ἀυδ'ὅσον ἐν μαλαχῆτε κἀι ἀσφοδέλω μεγ'ὄνειαρ. id eſt:
Ignorāt ſtolidi q̄ toto ſit medium plus.
Ac quanta utilitas in malua:atq; aſphodelo ſit:
Et quid itē Heſidous dicere ſentiat:cū dimidiū plus eſſe toto dicit. Poſtrema queſtionū oīum hæc fuit : Scripſerim : uenerim :legerī cuius tēporis uerba ſīt:præteriti:an futuri:an utriuſq;. Hæc ubi ordine quo dixi ꝓpoſita:atq; ſigulis ſorte ductis diſputata: explanataq; ſūt:libris coroniſq; oēs donati ſumus:niſi ob unā quæſtionē quæ fuit de uerbo uerāt.Neō.n.tū cōmeīnerat dictū eē a.Q.Enio

id uerbū ĩ.xiii.ãnaliū ĩ isto uersu. Satin uates uerãt ætate ĩ agũda.
Corona igit̃ huius quæstioĩs deo feriarū istarū Saturno data est.

¶ Quid Aeschines rhetor ĩ oratione: qua Timarchū de ĩpudicicia accusauit: lacædemonios statuisse dixerit: sup sentẽtia ꝓbatissima: quam improbatissimus homo dixisset. ¶ Caput. iii.

AEschines uel acerrimus prudentissimusq; oratorū: qui apud cõciones atheniensium floruerũt: ĩ oratione illa sera crimino saq; & uiruléta: qua Timarchum de ĩpudicicia grauiter ĩsigniterq; accusauit: nobile & illustre consilium lacedæmoniis de disse dicit: ui rum indidem: ciuitatis eiusdem principem: uirtute atq; ætate ma gna præditum. Populus inquit lacedæmonius de summa republi ca sua quidnã esset utile & honestum deliberabat. Tum exurgit sen tentiæ dicendæ gratia: homo quispiam turpitudine pristinæ uitæ defamatissimus. Sed lingua tunc atq; facundia nimium quãto præ stabilis. consilium quod dabat: quodque oportere fieri suadebat: ac ceptum ab uniuersis: & complacitum est. Futurumq; erat ex eius sẽ tentia populi decretum. Ibi unus ex illo principum ordine: quos lacedæmonii ætatis dignitatisq; maiestate: tanq̃ arbitros & magi stros disciplinæ publicæ uerebantur: commoto iratoq; aĩmo exilit. Et quænã inquit lacedæmonii ratio: aut quæ tandem spes erit urbẽ hanc: & hanc rempublicam saluam inexpugnabilemq; esse diutius posse: si huiuscemodi anteactæ uitæ hominibus cõsiliariis utemur? Quod si proba isthæc & honesta sententia est: quæso uos: non sina mus eandem dehonestari turpissimi auctoris contagione. At ubi hoc dixit: elegit uirum fortitudine atq; iustitia præter alios præstan tem: sed inopi lingua & infacundum. Iussitq; eũ cõsensu petituq; omniũ eãdẽ illam sentẽtiã diserti uiri: cuiusmodi posset uerbis dice re: ut nulla prioris mẽtione habita: scitũ atq; decretũ populi ex eius unius nomine fieret: quod ipsum denuo dixerat. Atq; ita ut suase rat prudentissimus senex factum ẽ. Sic bona sentẽtia mansit. Tur pis auctor mutatus ẽ.

¶ Quod Sulpitius Apollinaris prædicãtẽ quẽdam a sese uno Salu stii historia ĩtelligi: illusit quæstione proposita: qd uerba ista apud Salustiũ significarẽt: Per ĩcertũ stolidior: an uanior. ¶ Caput. iiii.

CVm iã adolescẽtuli romæ prætextam: & puerilẽ togã mutasse mus: magistrosq; tũc nobismetipsi exploratores quærerẽus:

in sandaliario forte apud librarios fuimus. Cũ ibi ĩ multoꝝ hoĩnũ coetu Appollinaris Sulpitius uir ĩ memoria nostra præter alios doctus: iactatorem quempiam & uenditatorem salustianæ lectionis irrisit. illusitq; genere illo facetissimæ dissimulationis: qua Socrates ad sophistas utebatur. Nam cum ille se unũ & unicum lectorem esse: enarratoremq; Salustii diceret: neq; primã tantũ cutẽ: ac sinarũ speciem: sed sanguinem quoq; ipsum: ac medullam uerborum eius eruere: atq; introspicere penitus prædicaret: Tum Apollinaris amplecti uenerariq; se doctrinas illius dicens: Per inquit magister optime exoptatus mihi nũc uenis: cum sanguĩe & medulla Salustii uerborum. Hesterno enim die quærebatˀ ex me: quidnã uerba eius hæc in quarto historiarum libro de. Cn. Lẽtulo scripta significent: de quo per incertum fuisse ait: stolidior ne esset: an uanior. Eaq; ipsa uerba uti sunt a Salustio scripta dixit. At. Cn. Lẽtulus patritiæ gentis collega eius: cui cognomentum Clodiano fuit: perincertum stolidior: an uanior legem de pecunia: quam sylla emptoribus bonoꝝ remiserat: exigenda promulgauit. Quæsitum ergo ex se Appollinaris: neq; id se dissoluere potuisse asseuerebat: quid esset uanior: quid stolidior: quoniam Salustius sic ea separasse atq; opposuisse inter se uideretur: tanq̃ diuersa ac dissimilia: nec eiusdem utraq; uitii forent. Ac ꝓpterea petebat: uti se doceret: significatiões utriusq; uocis & origines. Tum ille rictu oris: labiorũq; ductu contemni a se ostendens: & rẽ de qua quæreretur: & hominem ipsum: qui quæreret. Priscoꝝ inquit & remotorum ego uerborũ medullas: & sanguinem (sicuti dixi) ꝑspicere & elicere soleo: nõ istorum quæ proculcata uulgo & protrita sunt. Ipso illo quippe Cn. Lentulo stolidior est: & uanior qui ignorat eiusdẽ stultitiæ esse uanitatẽ & stoliditatem. Sed ubi hoc dixit: media ipsa sermonum reliquit: & abire coepit. Nos deinde eũ tenebamus: urgebamusq;. & cõprimis Apollinaris ut de uocabulorum istorum uel differentia: uel si ei ita uideretˀ: similitudine plenius apertiusq; dissereret: & ut ne sibi ĩuideret discere uolẽtibus orabat. Atq; ille se iam plene illudi ratus: negociũ sibi esse causatur: & digreditur. Nos autem postea ex apollinari didicimus: uanos proprie dici: non ut uulgus diceret: desipientis: aut hebetes: aut ineptos: sed ut ueterum doctissimi dixissẽt: mendaces: & infidos: & leuia inaniaq; pro grauibus. & ueris astutissime com-

ponentes. Stolidos autem uocari nõ tã stultos & excordes: q̃ tetros & molestos & illepidos: quos græci μοχθηρους καὶ φορτικους . id est improbos: atq; importunos dicerét. Et unanquãq; harũ uocum origines scriptas esse dicebat ĩ libris nigidianis: quos ego requisitos: & reptos cũ primaꝝ significationũ exemplis: ut commentariis haꝝ noctium inferrem: notaui. Et intulisse iam me aliquo in loco com mentationibus istis existimo.

¶ Quod. Q. Ennius in. vii. annali quadrupes eques: & nõ quadru pes equus: ut legunt multi: scriptũ reliquit. ¶ Caput. v.

CVm Antonio Iuliano rhetore uiro hercle bono: & facũdiæ flo rentis complures adolescentuli familiares eius: puteolis æsti uarũ ludũ & iocum in litteris amœnioribus: & in uoluptatibus pu dicis honestisq; agitabamus. Atq; ibi tunc Iuliano nunciatur: ἀνα γνώστην: id est prælectorem quendã nõ indoctum hominé uoce admodũ scita: & canora Ennii annales legere ad populũ intheatro. Eamus inquit auditum nescio quem istum ennianistã . Hoc enim se ille nomine appellari uolebat. Quem cũ iã inter ingentes clamo res legenté ĩuenissemus. legebat autem librũ ex ãnalibus Ennii. vii. Hos eũ primum uersus perperã ꝓnunciantem audiuimus.

Deniq; ui magna quadrupes equus atq; elephanti.

Proiiciunt sese. Neq; postea multis uersibus additis: celebrantibus eum: laudantibusq; oĩbus discessit. Tum Iulianus egrediens e thea tro: qd uobis inqt de hoc ἀναγνώστη. id est lectore: & quadrupede equo uidetur? Sic enim profecto legit.

Deniq; ui magna quadrupes equus atq; elephãti proiciunt sese. Ec qd putatis si magistrum prælectoréq; habuisset alicuius æris: qua drupes equus dictuꝝ fuisse: ac nõ quadrupes eques? quod ab Enĩo ita scriptum relictũq; esse nemo unus litterarũ ueteꝝ diligens dubi tauit. Cumq; aliquot eorum qui aderant: quadrupes equus apud suum quisq; grãmaticum legisse se dicerent: & mirarẽt: quidnã eẽt quadrupes eques: Vellé uos inqt optimi iuuenes tã accurate. Q. En nium legisse: q̃. P. Virgilius legerat: qui hũc eius uersum secutus in georgicis suis: eqtem pro equo posuit in his uersibus.

Frena peletronii: laphitæ gyrosq; dedere

Impositi dorso: atq; equitem docuere sub armis

Insultare solo: & gressus glomerare superbos. In quo loco equitem

si~s modo nõ inscite inepreq; argutior sit:nil potest accipi aliud ni si equũ. Pleraq; enĩ ueterꝝ ætas:& hominem equo insidentẽ:& equum q insideretur:equitẽ dixerunt. Propterea eqtare etiam ꝙ uerbũ e uocabulo equitis inclinatum est:& homo equo utẽs:& equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeo uir apprime linguæ latiæ sciens:equum eqtare dicit his uersibus.
Quem hinc currere equum nos atq; eqtare uidemus. ¶ Et
His eqtat curritq;.oculis equitare uidemus. ¶ Et illud
Ergo oculis eqtat. Sed enim contẽtus inquit ego his non fui.
Et ut nõ turbidæ fidei:nec ambiguæ:sed ut puræ liquẽtisque esset: equus ne an eques Ennius scriptũ reliqsset:librum summæ atq; reuerendæ uetustatis:quem fere constabat Lampadionis manu emẽdatũ studio precioq; multo:unius uersus ĩspiciendi gratia cõduxi. & eques nõ equus scriptum in eo uersu inueni. Hæc tum nobis Iulianus:& multa alia erudite simul:& affabiliter dixit. Sed eadẽ ipsa post etiã ĩpuulgatis commentariis scripta offendimus.
¶ Quod Helius Melissus in libro:cui titulũ fecit de loquendi proprietate:quem cũ ederet:cornũ esse copiæ dicebat:rem scripsit neq; dictu:neq; auditu dignam:cũ differre matronã:& matremfamilias existimauit differentia longe uanissima. ¶ Caput sextum.
Helius Melissus in nostra memoria fuit romæ summi qdem loci inter grãmaticos & temporis:sed maiore in litteris erat iactantia.& σοφιςεία:id est elatioẽ: q̃ opera. Is præter alia quæ scripsit compluria:librum cõposuit ut tum uidebatur:cũ est editus:doctrinæ ĩclytæ. Ei libro titulus est ingẽtis cuiusdã illecebræ ad legẽdũ. Scriptus qppe est de loquendi proprietate. Quis adeo existimet loqui se recte atque proprie posse:nisi illas Melissi proprietates perdidicerit? Ex eo libro hæc uerba sunt. Matrona est quæ semel peperit. quæ sæpius materfamilias. sicuti sus:quæ semel peperit porcetra. quæ sæpius:scrofa. Vtrum autem hoc de matrona ac de matrefamilias Melissus excogitauerit ipse:& coniectauerit:an scriptum ab aliquo legerit:ariolis profecto est opus. Nam de porcetra habet sane auctorem Pomponium ĩ atellana:quæ hoc eodem uocabulo ĩscripta est. Sed matronã non esse appellatã:nisi quæ semel peperit:neq; matremfamilias:nisi quæ sæpius:nullius ueterum scriptorꝝ auctoribus confirmari potest. Enimuero illud compendio probabilius est:

quod idonei uocum antiquarũ enarratores tradiderunt. Matronã dictã esse proprie quæ in matrimonium cum uiro conuenisset: q̄ in eo matrimonio maneret: etiã si liberi nondũ nati forẽt: dictãq; esse ita a matris nomine nõ adepto iam: sed cũ spe & omine mox adipiscendo. unde ipsũ quoq; matrimonium dicit̃. Matrẽ autẽ familias appellatã esse eam solã: quæ ĩ mariti manu mãcipioq; : aut in eius ĩ cuius maritus manu mãcipioq; esset: quoĩam nõ ĩ matrimoniũ tãtum: sed ĩ familiã quoq; mariti: & ĩ sui heredis locũ uenisset.

¶ Quem ĩ modum Phauorinus tractauerit intempestiuũ quendã de uerborum ambiguitatibus quærentem. atq; ibi quot significationes capiat concio. ¶ Caput septimum.

DOmitio homini docto celebriq; ĩ urbe roma grammatico: cui cognomentum insano factum est: quoniã erat natura ĩtractabilior & morosior. Ei Domitio Phauorinus noster: cum forte apud phanum Carmentis obuiã uenisset: atq; ego cum Phauorino essẽ: Quæso inquit te magister dicas mihi: num erraui: q̄ cum uellem δημηγορίας latine dicere: conciones dixi? dubito quippe & requiro: an ueterum eorum qui electius locuti sunt pro uerbis & oratioẽ dixerit quis concionẽ? Tũ Domitius uoce atq; uultu atrociore: Nulla inquit prorsus bonæ salutis spes reliqua est: cum uos quoq; philosophorum illustrissimi: nihil iã aliud q̃ uerba: auctoritatesq; uerborũ cordi habeatis. Mittam autem librum tibi: in quo id reperias: quod quæris. Ego enim grãmaticus uitæ iam atq; morum disciplinas quæro. Vos philosophi mera estis: ut. M. Cato ait: mortuaria glossaria. Nam qui collegisti & lectitasti res tetras: & ĩanes: & friuolas: tanq̃ mulierꝝ uoces præficaꝝ. Atq; utinam inquit muti ões hoĩnes essemus: minus improbitas instrumẽti haberet. Cũq; digressi essemus: non tempestiue inq̃t Phauorinus hũc hominẽ accessimus. Videtur enim mihi: ἐπι μαίνεσθαι : id est furere & insanire. Scitote tamẽ intẽperiẽ istam: quæ μελαγχολία: id est atra bilis dicit̃: non paruis nec abiectis ingeniis accidere. ἀλλὰ εἶναι σχεδόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἡρωικόν. Id est: sed affectionem fere hanc heroicam esse: & ueritates plerũq; fortiter dicere: sed respectũ nõ habere: μήτε καιρὸν μήτε μέτρον: id est neq; temporis: neque modi. Vel ipsũ quale hoc existimatis: quod nũc de philosophis dixit? Nõne etsi Antisthenes: aut Diogenes dixisset: dignũ memoria uisũ esset?

Missit autem paulopost Phauorio librũ: quem promiserat. Verrii opinor Flacci erat: in quo scripta ad hoc genus quæstionis pertinẽtia hæc fuerunt. Senatum dici & pro loco: & pro hominibus. Ciuitatem & pro loco: & pro oppido: & pro iure quoq; omnium: & pro hominum multitudine. Tribus quoq; & decurias dici & pro loco: & pro iure: & pro hominibus. Concioné autẽ tria significare: locũ: suggestũq; unde uerba fierent: itẽ significare cœtum populi assistẽtis: item orationem ipsam: quæ ad populum diceretur. Sicut. M. Tullius in oratione quæ inscripta est: Contra concionem. Q. Metelli. Escẽdi inquit in concione: concursus est populi factus. Sicuti idẽ .M. Tullius in oratore ait. Conciones sæpe exclamare uidi: cũ apte uerba cecidissent. Et enim expectant aures: ut ex uerbis colligetur sentẽtia. Exempla in eo libro scripta non erant. Sed nos postea Phauorino desideranti harũ omnium significationum monumenta: & apud Ciceronem sicut supra scripsi: & apud elegantissimos ueterũ reperta exhibuimus. Id autem potissimũ expetebat: concionem esse dictam pro uerbis & oratione docuit titulus tulliani libri: qui a. M. Cicerone inscriptus est: Contra concionem. Q. Metelli: quo nihil ꝑfecto significatur aliud: q̃ ipsa quæ a Metello dicta est oratio.

¶ Ομοιοτέλευτα: καὶ ὁμοιόπτωτα. Id est: similiter finientia & similiter cadentia. Atq; alia id genus: quæ ornamenta orationis putãtur: inepta esse & puerilia Lucilii quoq; uersibus declarari.

¶ Caput octauum.

μοιοτέλευτα καὶ ισοκατάληκτα: καὶ πάρισα. καὶ ὁμοιόπτωτα. Id est simpliciter finientia: & æqualiter desinẽtia: & cõparia: & similiter cadentia. Cæteraq; huiusmodi scitamẽta: quæ isti ἀπειρόκαλοι: id est inhonesti & sordidi: qui se isocraticos uideri uolunt: in collocandis uerbis immodice faciũt & rancide: q̃ sint insipida: & inertia: & puerilia facetissime hercle significat in quinto satyrarũ Lucilius. Nã ubi est cũ amico conquestus: quod ad se ægrotum non uiseret: hæc ibidem addit festiuiter.

Quo me habeam pacto: tametsi non quæris: docebo.
Quando in eo numero mansi: quo in maxima non est
Pars hominum: ut perisse uelis: quem nolueris: cum
Debueris: hoc nolueris: & debueris: te
Si minus delectat: q ἄτεχνον Isocratium hoc est.

ὀχληρῶδες quæ simul totum καὶ συμμειρακιώδης:
Non operam perdo . Si tu huc.

¶ Quid significet apud. M. Catonē uerbum īsecēda. φq; īsecēda potius legēdū sit: q̄ φ pleriq; existimāt: īsequenda: ¶ Caput. viiii.

ET sequor et item secta: & secutio consuetudine loquendi differunt: sed qui penitus inspexerit: origo & ratio utriusq; una est. Doctores quoq; & interpretes uocum græcaꝶ ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα id est Dic mihi musa uirum καὶ Et ἔσπετε νῦν μοὶ μοῦσαι. id est. Pandite nunc musæ mihi: dictum putant: quod latine insequi dicitur. Nanq; in altero. n. geminum: ī altero scilicet esse trāslatum dicunt. Sed etiam ipsum illud ἔπη: id est carmina: quod significat uerba aut uersus: non aliūde esse dictū tradunt q̄ ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι: καὶ εἰπεῖν. id est ab eo: quod est sequi & dicere. Eadē ergo ratione antiq nostri narratioēs: sermonesq; īsectioēs appellitauerut.

¶ Errare istos: qui in exploranda febri pulsus uenarum pertentari putant: non arteriarum. ¶ Caput decimum.

IN Herodis Cl. V. uillam: quæ est in agro attico: loco qui appellat cephysie: aquis & lucis & nemoribus frequentem: æstu anni medio concesseram. Ibi aluo mihi cita: & accedente febri rapida decubueram: eo Caluisius Taurus philosophus: & alii quidam sectatores eius: cum athenis uisendi mei gratia uenissent: medicus qui tum in iis locis repertus assidebat mihi: narrare Tauro cœperat: quid incommodi paterer: & quibus modulis: quibusq; interuallis accederet febris: decederetq;. Tum in eo sermone: cum iam me sinceriore corpusculo factum diceret: Potes inquit Taure tu quoq; id ipsum comprehendere ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ τῆς φλεβός: id ē: si atarectaris uenam eius. Quod nostris uerbis profecto ita dicitur. Si attigeris uenam illius. Hanc loquendi imperitiam: φ uenam pro arteria dixisset: cum in eo docti homines: qui cum Tauro erant: tanq̄ minime utili medico offendissent: atq; id murmure & uultu ostenderēt. Tum ibi Taurus ut mos eius fuit: satis leuiter: certi īquit sumus uir bone: non ignorare te quid uena appelletur: & quid arteria. Quod uenæ quidem suapte ui immobiles sint: & sanguinis tantū demittēdi gratia explorentur. Arteriæ autem motu atq; pulsu suo: habitū & modum febrium demonstrent. Sed ut uideo peruulgate magis: q̄ inscite locutus es. Non enim te solū: sed alios quoq; itidē errātis

audiui:uenã ꝓ arteria dicere. Fac igit̃ ut experiamur elegãtiorẽ esse te in medendo: q̃ in dicendo. & cũ diis beneuolentibus opera tua si stas hunc nobis sanum: atq; ualidum q̃citissime. Hoc ego postea cum in medico reprehensũ esse meminissẽ: existimaui: non medico soli: sed omnibus quoq; hominibus liberis: liberaliterq; institutis turpe esse: ne ea quidem cognouisse ad noticiã corporis nostri pertinentia: quæ non altius occultiusq; remota sunt: & quæ natura nobis tuendæ ualitudinis causa: & in promptu esse: & in propatulo uoluerit. Ac propterea quãtũ habui temporis subsiciui: medicinæ quoq; disciplinæ libros attigi: quos arbitrabar esse idoneos ad docẽdũ. Et ex iis cum alia pleraq; ab isto humanitatis usu non aliena: tũ de uenis quoq;: & arteriis didicisse uideor ad hũc ferme modũ. Vena ẽ conceptaculum sanguinis: quod ἀγγεῖον: id est uas: & cõceptaculum medici uocant: mixti confusiq; cum spiritu naturali: in quo plus sanguinis est: minus spiritus. Arteria est conceptaculum spũs naturalis: mixti confusiq; cum sanguĩe: in quo plus spiritus est: minus sanguinis. σφυγμὸς id est pulsus autem est intentio motus: & remissio in corde: & in arteria naturalis: nõ arbitrarii. A medicis aũt ueteribus: oratione græca ita definitus est: σφυγμὸς ἐστι διαστολὴ καὶ συστολὴ ἀδιάρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας: id ẽ: pulsus ẽ dispatio: & contractio indiuisibilis arteriæ & cordis Vel σφυγμὸς ἐστι παλμὸς. ἢ ζέσις. φλεβὸς. ἢ ἀρτηρίας: id est pulsus ẽ subsultio. & palpitatio: uel ebulitio uenæ & arteriæ.

¶ Verba ex carminibus Furii Antiatis inscite a cæselio uĩdice reprehẽsa. uersusq; ipsi ĩ quibus ea uerba sũt: subscripti. ¶ Caput. xi.

NOn hercle idem sentio cũ Cesellio uindice grãmatico: ut mea opinio est: haudquaq̃ inerudito. Verũ hoc tamẽ petulanter ĩsciteq;: q̃ Furiũ ueterẽ poetã dedecorasse linguã latinam scripsit huiuscemodi uocũ fictioĩbus: quæ mihi quidẽ neq; abhorrere a poeatica facultate uisæ sunt: neq; dictu profatuq; ipso tetræ aut insuaues esse. Sicuti sũt quædã alia ab illustribus poetis ficta dure & rãcide. Quæ reprehẽdit autẽ Cesellius furiana hæc sũt. Quod terrã ĩ lutũ uersã lutescere dixerit. Et tenebras ĩ noctis modũ factas noctescere. Et pristinas recipere uires uirescere. Et q̃ uẽtus mare cæruleũ crispicãs ittescere facit: purpurat dixerit. Et opulẽtũ fieri opulescere. Versus aũt ex poematis furianis: ĩ quibus hæc uerba sũt subdidi.

Sanguine diluitur tellus.caua terra lutescit.
Omnia notescunt tenebris caliginis atræ.
Increscunt animi.uirescit uulnere uirtus.
Sicut fulica leuis uolitat super æquora classis:
Spiritus eurorum uirides cum purpurat undas.
Quo magis in patriis possint opulescere campis.

¶ Morem istum ueteribus nostris fuisse uerba patiēdi mutare:ac uertere in agendi modum. ¶ Caput.xii.

ID quoq; habitū ē ī oratiōe faciēda elegātiæ genus:ut pro uerbis habentibus patiendi figuram:agentia ponerēt:ac deinde hæc inter sese mutua inuerterent. Terentius in comœdia: Pallium inquit Flacci:ut splendeat. Nonne hoc impendio uenustius gratiusq; est:q̄ si diceret:ne maculetur? Plautus etiam non dissimiliter: Quid est hoc?rugat pallium. Amictus non sum commode. Itidem Plautus pulueret dicit:non q puluere impleat: sed q ipsum pulueris plenum sit. Exi tu Daue.age sparge. Mundum esse hoc uestibulum uolo. Venus uentura est nostra:nolo hoc pulueret. In asinaria quoq; contemples dicit pro cōtempleris. Meum caput cōtemples: si quidem e re consultes tua. Cn. Vellius in ānalibus. Postq̄ tempestas sedauit: Atherbal taurum immolauit. M. Cato. in originibus: Eodem nomine complures ex agro accessitauere:eo res eorū auxit. Varro in libris quos ad Marcellū de līgua latina fecit: In priore uerbo graues prosodiæ:quæ fuerunt:manēt:reliquæ mutāt inquit elegantissime pro mutantur. Potest etiam id quoq; ab eodem Varrōe in.vii.diuinarum similiter dictum uideri. Inter duas filias regum quid mutet inter Antigonam & Tulliam:est enim aduertere. Verba autem patiendi pro agētibus: in omnibus ferme ueterū scriptis reperiuntur. Ex quibus sunt pauca ista:quæ nūc meminimus. Muneror te pro munero:& significor pro significo:& sacrificor pro sacrifico:& assentior ꝓ assentio:& fœneror ꝓ fœnero:& pigneror pro pignero.& alia istiusmodi pleraq; perinde ut in legendo fuerint obuia notabuntur.

¶ Quali talione Diogenes philosophus usus sit:pertentatus a dialectico quodam sophismatico impudenti. ¶ Caput.xiii.

SAturnalibus athenis alea quadam festiua:& honesta luxitabamus huiuscemodi:ubi cōueneramus cōplusculi eiusdem

ſtudii homines:ad leuandum tempus captiones:quæ ſophiſmata appellātur:mēte agitabamus.Eaſq; quaſi talos:aut teſſerulas ī medium uice ſua quiſque iaciebamus.Captionis ſolutæ:aut parum ītellectæ premiū poenaue erat:nūmus unus ſeſtertius.Hoc ære collecto quaſi manuario cœnula parabať omnibus:qui eū luſū luſeramus.Erant aūt captiones ad hoc fere exemplum:tam&ſi latina oratione nō ſatis ſcite:ac pene etiam illepide exponūť.Quod nix ē:hoc grando nō eſt.nix autem alba eſt:grādo igitur alba nō eſt.Itē aliud non diſſimile.Quod homo eſt :hoc nō ē equus.homo autē aīal ē: equus ergo animal non eſt. Dicere ergo debebat:qui ad ſophiſma diluendū:ac refellendū ritu aleatorio uocatus erat:ī qua parte quoq; in uerbo captio foret.Quid dari concediq; nō oporteret.niſi dixerat:nummo ſingulo mulctabať.Ea mulcta cœnam iuuabat. Libet autem dicere q̄ facete Diogenes ſophiſma id genus:quod ſupra dixi:a quodam dialectico ex Platonis diatriba per cōtumeliā propoſitū remuneratus ſit.Nam cū ita rogaſſet dialecticus: Quod ego ſū tu non es:& Diogenes annuiſſet:atq; ille addidiſſet.homo aūt ego ſum:cū id quoq; aſſenſus eſſet:& contra dialecticus ita cōcluſiſſet: homo igitur tu nō es. Hoc quidem inquit Diogenes falſum eſt:& ſi uerum id fieri uis:a me incipe.

¶ Quid ſit numerus hemiolios:quid epitritos.& q̄ uocabula iſta nō facile noſtri auſi ſūt uertere ī linguā latinā. ¶ Caput.xiiii.

FIguræ quædā numerorū:quas græci certis nominibus appellant:uocabula in līgua latina nō habēt.Sed q de numeris latine ſcripſerūt:græca ipſa dixerūt.fingere autem noſtra(quoniā id abſurde futurū erat)noluerūt . Quale enim fieri nomen poſſet hemiolio numero:aut epitrito?Eſt aūt hemiolios qui numerū aliquē totū in ſe habet:dimidiūq; habet eius:ut tres ad duo:quīdecim ad decem:triginta ad uiginti.Epitritos autē eſt:qui habet totū aliquē numerꝝ:& eiuſdē partē tertiā:ut quatuor ad tres:duodecī ad nouē: quadraginta ad triginta. Hæc autē notare atq; meminiſſe nō ab re uiſū ē:quoniā uocabula iſta numerorū niſi ītelligūť: rōnes quædā ſubtiliſſimæ ī libris philoſophorū ſcriptæ percipi nō queunt.

¶ Quod.M.Varro ī herrois uerſibus obſeruauerit rē nimis anxiæ & curioſæ obſeruationis. ¶ Caput decimumquintum.

IN longis uerſibus qui hexametri uocanť:itē in ſenariis aīad

uerterunt metrici duos primos pedes: item extremos duos habere singulas posse integras partes orationis: medios haud unq̄ posse. Sed constare eos sẽper ex uerbis aut diuisis: aut mixtis: atq; cõfusis. M. etiam Varro in libris disciplinaꝝ scripsit obesruasse se in uersu hexametro: ꝙ õni modo qntus semipes uerbũ finiret. & ꝙ priores qnq; sẽipedes æque magnã uim haberẽt ĩ efficiendo uersũ: atq; alii posteriores septẽ. Idq; ipsũ rõe quadã geometrica fieri differit.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER OCTAVVSDECIMVS.

NAuigabamus a cassiopia ad brundusium mare ionium uiolentum: & uastum: & iactabundum. Nox deinde quæ diem primum secuta est: in ea fere tota uentus a latere sæuiens: nauem undis cõpleuerat. Tum postea cum ploratibus omnibus nostris: atq; in sentina satis agentibus: dies qdẽ tandem illuxit. Sed nihil de periculo: de sæuiciaue remissum. Quĩ turbines etiam crebriores: & cælum atrum: & fumigantes globi: & figuræ quædam nubium metuendæ: quas typhonas uocabant: impendere imminereq;: ac depressuræ nauem uidebantur. In eadem fuit philosophus in disciplina stoica celebratus: quem ego athenis cognoueram: non parua uirum auctoritate: satisque attente discipulos iuũenes continentem. Eum tunc in tantis periculis: inque illo tumultu cæli marisq; requirebam oculis: scire cupiens quonam statu animi: & an intrepidus interritusq; esset. Atque ibi hominem conspicimus impauidum & extrilidum: ploratus quidem nullos: sicut cæteri omnes: nec illas eiusmodi uoces cientem: sed coloris & uultus turbatione: non multum a cæteris differentem. At ubi cælũ enituit: & deferbuit mare: & ardor ille piculi deflagrauit: accidit ad stoicũ græcus qspiã diues ex asia: magno (ut uidebamus) cultu: paratuq; rerũ & failiæ: atq; ipse erat multis corporis aĩq; delitiis difflu ens. Is quasi illudẽs. Quid hoc ẽ ĩqt o philosophe: ꝙ cũ ĩ piculis essemus: timuisti tu: & palluisti? Ego neq; timui nec pallui. Et philosophus aliquantulum contatus: an respondere ei conueniret:

Si quid ego inquit in tanta uiolentia tempestatum uideor paulũ
pauefactus:non tu istius rei ratione audiẽda dignus es. Sed tibi sa/
ne Aristippus ille discipulus ꝓ me responderit:qui cum in simili tẽ
pore a simillimo tui homine interrogatus:quare philosophus time
ret:cum ille contra nihil metueret? Non eandem esse causam sibi
atq; illi resp õdit. Quoniam is quidẽ esset nõ magnopere sollicitus
ꝓ anima nequissimi nebulonis. Ipsum autem ꝓ Aristippi anima ti
mere. His tunc uerbis stoicus diuitem illum asiaticum a sese amo
litus est. Sed postea cum brundusium aduentaremus mollitiq; es/
sent uenti maris:percontatus eum sum:quænam illa ratio esset pa
uoris sui? quam dicere ei supsedisset:a quo fuerat non satis digne
compellatus. Atq; ille mihi placide & cõmuniter. Quoniam inquit
audiendi cupidus es:audi quid sup isto breui quidem: sed necessa/
rio & naturali pauore:maiores nostri conditores sectæ stoicæ sense/
rint:uel potius inquit lege. Nam & facilius credideris si legas:& me
mineris magis. Atq; ibi coram ex sarcinula sua librum ꝓtulit Epic
teti philosophi quintum Διαλέξεων :id est disputationum:quas
ab Ariano digestas :congruere scriptis ζήνωνος :id est Zenonis
& Chrysippi:non dubium ẽ. In eo libro scilicet græca oratione scrip
tum ad hanc sententiam legimus. Vires animi: quas φαντασίας
id est imagines philosophi appellant:quibus mens homĩs prima
statim specie accidentis ad animum rei pellitur:non uolũtatis sũt:
neq; arbitrii:sed ui quadam inferunt sese hominibus. Noscitandæ
probationes autem: q̃s:συγκαταθέσεις:id est assentiones uocant:
quibus eadem uisa noscuntur:ac diiudicantur:uoluntariæ sunt:fi
untq; hominum arbitratu. Propterea cum sonus aliquis formida
bilis:aut e cælo:aut ex ruina:aut repẽtinus nescius ꝑiculi nuncius:
uel quid aliud eiusmodi factũ ẽ:sapiẽtis quoq; animũ paulisp mo
ueri:& cõtrahi:& pallescere:necessũ ẽ nõ opiniõe alicuius mali ꝓæ
cepta:sed q̄busdã motibus rapidis & ĩcõsultis officiũ mẽtis atq; ra
tionis ꝑuertẽtibus. Mox tamẽ ille sapiẽs ibidem τασ τοι τάς φάντα
σιας:id est eiusmodi imagines uisa isthæc aĩ sui terrfica nõ appro
bat:hoc ẽου συγκατατίθεται ὀυδὲ προσεπι δοξάζει:id ẽ nõ assen
tit:neq; coopinat͛:sed abiicit respuitq;. nec ei metuendum esse ĩ iis
quicq̃ uidet͛. Atq; hoc ĩter ĩsipiẽtis:sapiẽtisq; aĩum differre dicunt.
Quod ĩsipiẽs qualia sibi esse primo aĩ sui pulsu uisa sunt:sæua &

aspera:talia uere esse putat:& eadem icepta tanq̄ si iure metuenda sint:sua quoq; assensione approbat. καὶ προσεπιδοξάζει :idest coopinatᷓ. Hoc enim uerbo stoici cum super ista re disserūt: utūtᷓ. Sapiens autē cū breuiter:ac strictī colore atq; uultu motus ē:ὀυσυγκατατίθεται : id est nō approbat:sed statū: uigoremq; sententiæ suæ retinet:quā de huiuscemodi uisis semper habuit:ut de minime metuēdis:sed frōte falsa & formidine inani territātibus. Hæc Epictetū philosophū ex decretis stoicoꝝ sensisse atque dixisse ī eo quo dixi libro legimus. Annotādaq; eē iccirco existimauimus:ut rebus forte id genus q̄bus dixi abortis:pauescere sensim:& quasi albescere:nō īsipiētis eē hoīs:neq; ignari putemus. Et ī eo tam̄ breui motu natᷓali :magis īfirītati cedamus :q̄ ꝙ eē ea q̄lia uisa sūt:cēseamus.

❡ Ex qnq; corporis sēsibus duos esse cū beluis maxīe cōmunes. ꝙ q; turpis & īproba ē uoluptas:quæ ex auditu:uisu:odoratuque ꝓcedit. quæ uero ex gustu tactuq; ē:rerū omīum fœdissima ē:cū hæ duæ bestiarum etiā sint:reliquæ hominum tantū. ❡ Caput.ii.

Qvinq; sunt hominum sensus:quos græci αἰσθήσεις :id ē sēsus appellant:p quos uoluptas animo:aut corpori quæri uidetur. gustus:tactus:odoratus:uisus. auditus. Ex his omībus quæ immodice uoluptas capitur:ea turpis atque improba existimatur. Sed enim quæ nimia ex gustu atq; tactu est. Ea uoluptas sicuti sapientes uiri censerūt:omnium rerum fœdissima est. Eosq; maxīe qui duabus istis beluinis uoluptatibus sese dediderunt: grauissimi uitii uocabulis græci appellant. ακολάστους:id ē libidinosos: & ītēperantes. uel ακρατεῖς:id est incontinētes. Nos eos uel īcontinētes dicimus:uel intēperantes. ακόλάστους enim id est incastigatos si interpretari coactus uelis:nimis id uerbū īsolēs erit. Istæ aūt uoluptates duæ gustus atq; tactus:id ē libidines ī cibos:atq; ī uenerē prodigæ:solæ sunt homībus cōmunes cū bestiis. Et iccirco in pecudū ferorumq; animalium numero habetur quisquis est his ferinis uoluptatibus præuinctus. Cæteræ ex tribus aliis sensibus proficiscentes:hominum esse tantum propriæ uidentur. Verba super hac re Aristotilis philosophi scripsi:ut uel auctoritas clari atque inclyti uiri tam infamibus nos uoluptatibus deterreret. Διατί οἱ κατά την τῆς ἁφῆς. ἢ γεύσεως ἡδονην. ἢ γιγνομένην. οὐ ανυπερβάλλωσιν. ακρατεῖς λέγονται. οἵτε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια

ἀκόλαστοι οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις. τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφὴν. ἀπ᾽ ἐνίων μὲν: ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ: ἀπ᾽ ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι. διὸ καὶ φιλόξενος γεράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν: καὶ τὴν ἀκοὴν. οὐκέτι: ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων. γινομένας ἡδονάς. κοινὰς εἶναι ἡμῖν. καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἅτε οὖν οὖσαι κοιναὶ ἀτιμόταταί εἰσι καὶ μάλιστα ἢ μόναι ἐπονείδιστοι. ὥστε τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν. καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον λέγομεν. διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε. τὰ ἄλλα ζῷα ἀπὸ δύο μόνων τῶν προειρημένων ἥδεται: κατὰ δὲ τὰς ἄλλας. ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται. ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει. ὁρῶν μὲν γὰρ τὸ ὁρῶν. ἢ ὀσφραινόμενον χαίρει. ὅτι ἀπολαύει καὶ ὅταν πληρωθῇ. οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν ἡ τοῦ ταρίχους ὀδμὴ ὅταν ἀδηνέψωμεν τοῦ φαγεῖν: ὅταν δὲ ἐνδεεῖς ὦμεν ἡδεῖα. ἡ δὲ τοῦ ῥόδου ἀεὶ ἡδεῖα. Id est: Cur īcōtinentes eos appellare sole-mus: qui uoluptate contrectandi: aut gustandi exuperāt? Nā qui ī modice re utūt uenerea: & qui luxu delectant ciboꝝ: īcontinentes uocamus. Ciborū tamē nō eadē ratio ē: sed partī līguā partī gulā: sua mouēt suauitate. Vnde Philoxenus gruis collū a diis īmortalibus sibi dari optabat. At uero q ī uidēdo audiēdoue modum excedūt: nō eodē uocabulo significamus. An quoniā uoluptates sensibus hisce accōmodatas: cōmunes cū cæteris aīantibus habemus? Ergo ut cōmunes spernimus & notamus: solasq; oīum aut maxīe probro damus. Itaq; hoīem iis deditū reprehēdimus: & incōtinētē intēperātemq; appellamus: ꝙ uictus a teterrimo uoluptatū genere ducit. Sed cū sentiēdi genera qnq; sint: cætera aīalia duobus tātū quæ modo dixi uoluptatem sibi acquirunt. cæteris uel nihil omnino delectantur: uel per accidens ita afficiuntur. Quod enim uidet: aut olfacit: tantisp gaudet: quoad gustus tactus ue fruiscatur. Cumq; genus idipsum concupiscendi expleuit: illorū quoq; suauitas desiit: ut nobis salsamēti odor: cum īdigemus: suauis est: ubi satiati repletiq; sumus: amplius suauis non est. Rosæ autē odor semp suauis ē. Quis igitur habens aliquid humani pudoris uoluptatibus istis duabus coeūdi atque comedēdi: quæ sunt homini cū sue atque asino cōmunes: gaudeat? Socrates quidē dicebat: Multos hoīes propter ea uelle uiuere: ut ederēt: & biberēt. sese bibere atq; eē: ut uiueret.

Hippocrates autem diuina uir scientia: de coitu uenereo ita existia bat: ptem esse quādā morbi teterrimi: quē nostri comitialē dixere. Nāq; ipsius uerba hæc tradūt. τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν: id est: Coitum: morbum esse comitialem leuiorem.

¶ Quod turpius ē frigide laudari: q̄ acerbius uitupari. ¶ Cap. iii.

Turpius esse dicebat Phauorinus philosophus exigue atq; frigide laudari: q̄ insectanter & grauiter uituperari. Quoniam inquit q male dicit: & uituparat: quanto id acerbius facit: tam maxima mole pro iniquo & inimico ducitur. & plerūq; propterea fidē non capit. Sed qui infœcunde atq; ieiune laudat: destitui a causa uidetur. & amicus quidem creditur eius: quem laudare uult: sed nihil posse reperire: quod iure laudet.

¶ Quamobrem uenter repentino timore effluat: quare etiā ignis urinam lacessat. ¶ Caput quartum.

Aristotelis libri sunt: qui problemata physica inscribuntur: lepidissimi & elegantiarum omne genus referti. In his quærit: Quam ob causam eueniat: ut quibus inuasit repentinus rei magnæ timor: plerunq; aluo statim cita fiant? Item quærit: Cur accidat: ut eum qui propter ignem diutius stetit: libido urinæ lacessat. Ac de aluo quidem intertimendum pna atq; præcipiti causam eē dicit: quod timor omnibus sit algificus: quem ille appellat. ψυχροποιητικὴν id est frigore laborantem: quæ uis frigoris sanguinem caldoremq; omnem: de summa corporis cute cogat penitus: & depellat. faciatque simul uti ii qui timent: sanguine ex ore decedente pallescant. Is autem inquit sanguis & caldor in intima coactus mouet plerunq; aluum & incitat. De urina crebra: ex igni proximo facta: uerba hæc posuit. τὸ δὲ πῦρ διαχαλᾶ τὸ πεπηγός. ὥσπερ ἥλιος τὴν χιόνα Id ē: Ignis autē concretum resoluit: & gelu constrictum: ut niuem sol.

¶ Ex Aristotelis libris sumptum: quod niuis aqua potui pessima sit: & quod ex niue crystallus concreatur. ¶ Caput quintum.

IN tyburte rus cōcesseramus: hoīs amici diuitis: æstate āni flagrātissima: ego & qdā alii æquales & fāiliares mei: eloquētiæ & philosophiæ sectatores. Erat nobiscū uir bonus ex pipatetica disciplīa bene doctus: & Ari. unice studiosissiūs. Is nos aq̄ multā ex diluta niue bibētis coercebat: seueriusq; īcrepabat. Adhibebat nobis-

auctoritates nobiliũ medicorũ:& cũ primis Aristotelis philosophi
rei omnis humanæ peritissimi: qui aquã niualẽ frugibus sane & ar
boribus fœcundam diceret: sed hominibus potu nimio ĩsalubrem
esse: tabemq; & morbos sensim. atq; diẽ longã uiscenbus ĩseminare
Hæc quidem ille ad nos prudenter:& beniuole:& assiduæ dictita-
bat. Sed cũ bibendæ niuis pausa fieret nulla: promit e bibliotecha
tyburti: quæ tũc in Herculis templo satis commode instructa libris
erat: Aristotelis librum: eumq; ad nos affert. Et huius saltẽ uiri sapi
entissimi inquit uerbis credite: ac desinite ualitudiuẽ uestram pro-
fligare. In eo libro scriptum fuit: Deterrimam esse potui aquã e ni-
ue. Itemq; solidius latiusq; concretam esse eam: quã crystallon græ-
ci appellãt. Causaq; ibi adscripta ẽ huiuscemodi: quoĩã cũ aqua fri
gore aeris duratur:& coit: necssum est fieri uaporationem:& quan-
dam quasi auram tenuissimã exprimi ex ea:& emanare. Id autem ĩ
quit in ea lenissimum ẽ: quod euaporatur. Manet autem quod est
grauius:& sordius:& insalubrius. atq; id pulsu aeris uerberatum: ĩ
modum coloremq; spumæ candidæ oritur. Sed aliquãtũ quod est
salubrius difflari: atq; euaporari ex niue: indicium illud est: ꝙ mĩor
fit illa quæ ante fuerat: q̃ cõcresceret. Verba ipsa Aristotelis ex eo li
bro pauca sumpsi:& adscrpsi. διατὶ τὰ ἀπὸ χιόνος: καὶ χρυστάλ
λων ὕδατα. φαῦλα ἐστὶν ὅτι παντὸς ἀδουτος πηγνύμενον. τὸ
λεπτότατον διαπνεῖται. καὶ κουφότατον ἐξατμίζει. σημεῖον δὲ
ὅτι ἔλαττον γίνεται. ἢ πρότερον ὅταν τακῆ παγέν. ἀπεληλυθό-
τος οὖν τοῦ ὑγιεινοτάτους. ἀνάγκη τὸ καταλειπόμενον χεῖρον εἶ
ναι. i. cur aquæ ex niue glatie ue liquatæ: sit uitiosæ? An qa cũ aqua
quæuis gelu cõcresit: ps tenuissĩa difflatᷣ:& leuissĩa euaporatᷣ. Indi
ciũ illud ẽ: ꝙ deliquata fit minor: q̃ ante fuerit: q̃ concresceret. Cũ
itaq; quod salubrius est: defuerit: deterius sit quod relinquitur ne
cesse est. Hoc ibi legimus: placuit honorem doctissimo uiro haberi
Aristoteli. Atq; ita postea ego bellum & odium niui indixi. Alii ĩdu
cias cum ea uarie foctitabant.

Quod pudor sanguinem ab extra diffundit. timor uero contra
hit. Caput sextum.

IN pb léatis Ari. phĩ ita scriptũ ẽ διατὶ οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι
ἐρυθριῶσιν. οἱ δὲ φοβούμενοι. ὠφριῶσιν. παραπλησίων τῶν
παθῶν ὄντων ὅτι τῶν μὲν αἰσχυνομένων διαχεῖται τὸ αἷ μαέκ

τῆς καρδίας εἰς ἅπαντα τὰ μέρη τοῦ σώματος. ὥς τε ἐπιπολάζειν. τοῖς δὲ φοβηθεῖσι συντρέχει εἰς τὴν καρδίαν ὥστε κλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν. Id eſt: Quã ob cauſã erubeſcunt quos puduit. pallent q metuũt: cũ iſtæ affectiones ſimiles inter ſe ſint. An quoĩã pudefactis ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur: ita ut ſuperficiẽ occupet? Metu uero ꝑculſis contrahitur ad cor: ita ut cæteris partibus defiat? Hoc ego athenis cũ Tauro noſtro legiſſẽ: percõtatuſq; eſſem: qd de ratione iſta reddita ſentiret: Dixit qdem inquit probe & uere quid accideret: diffuſo ſanguine: aut cõtracto. Sed cur ira fieret: non dixit. Adhuc enim quæri poteſt: quã ob cauſam pudor ſanguinem diffũdat: timor contrahat? cũ ſit pudor ſpecies timoris: atq; ita definiatur. Pudor eſt timor iuſtæ reprehenſiõis Ita enĩ philoſophi definiũt. αἰσχύνη ἐστὶ φόβος δικαίου ψόγου. id eſt pudor iuſtæ uituperationis eſt timor.

Quid ſit obeſum. nõnullaq; alia priſca uocabula. Caput. vii.

IN agro uaticano Iulius Paulus poeta uir bonus: & rerũ litterarumq; ueterum impenſe doctus: prædiolum tenue poſſidebat. Eo ſæpe nos ad ſeſe uocabat. & oluſculis pomiſq; ſatis comiter copioſeq; ĩuitabat. Atque ita molli quodam tempeſtatis autumnæ die: ego & Iulius celſinus: cum ad eum cœnaſſemus: & apud mẽſã eius audiſſemus legi Neuii Alceſtin: rediremuſq; in urbem ſole iã fere occiduo figuras habituſq; uerborum noue: aut inſigniter dictorum in neuiano illo carmine ruminabamur. & ut quæque uox indidem animaduerti digna ſubuenerat: qua nos quoq; poſſemus uti: memoriæ mandabamus. Erant autem uerba: quæ tũc ſuppetebãt: huiuſcemodi. Corpore inquit pectoreq; undiq; obeſo: ac mente exſenſa: tardi gemulo ſenio oppreſſum. Obeſum hic notauimus proprie magis q̃ uſitate dictum: pro exili atq; gracilẽto ἀκύρως ἢ κατὰ ἀντίφρασιν: id eſt improprie: uel per oblocutionem obeſum pro pingui atq; uberi dicitur. Itẽ notauimus: quod ob litterã gentẽ pro ob litterata dixit. Itẽ ꝙ hoſtis qui fœdera frãgerent: fœdifragos: nõ fœderifragos dicit. Itẽ ꝙ rubentẽ auroram: pudoricolorẽ appellauit. & memnonem nocticolorẽ. Itẽ quod forte dubitãter. & ab eo quod ẽ ſileo: ſilenta loca dixit: & puluerulenta: & peſtilẽta. & carẽdũ tui ẽ: pro te. quodq; magno ĩpete pro ĩpetu. Itẽ quod forteſcere poſuit: ꝓ fortẽ fieri. quodq; dolẽtiã pro dolore: & auens pro libẽs. Itẽ curis

intolerantibus pro intolerandis: qꝙ; manciolis inqt tene illis: pro manibus: & quiescã si liceo. & fiere inqt impendio infit: id est impẽ se fieri incipit. qꝙ; accipiti et posuit: pro iaceret. His nos inter uiam uerborum neuianorum annotatiunculis oblectabamus. Cætera. n. quæ uidebantur nimium poetica explosæ orationis usu alieniora prætermisimus: ueluti ꝙ sic de Nestore ait: trisecli senex & dulcioloquus. Itemq; tumidis magnisq; fluctibus inquit multigrumis. & flumina gelu concreta tegmine esse onychino dixit: & quæ multiplici ludẽs composuit. Quale illud est: ꝙ uituperones suos subducti supercilii carptores appellauit.

❡ Quæstio an arena: cælum triticum: pluralia inueniant̃. atq; inibi de quadrigis: inimiciciis: nonnullis præterea uocabulis: an singulari numero comperiantur. ❡ Caput. viii.

ADolescentibus romæ priusq̃ athenas concederẽ: quando erat a magistris auditionibusq; obeundis ocium: ad Frontonem Cornelium uisendi gratia pergebam. Sermonibusq; eius purissĩs bonarũq; doctrinarum plenis fruebat. Nec unq̃ factum est: quotiens eum uidimus: loquẽtẽq; audiuimus: quin rediremus fere cultiores doctioresq;. Veluti fuit illa quodã die sermocinatio illius: leui quidem de re: sed a latinæ tamẽ linguæ studio non abhorrens. Nã cum quispiam familiaris eius: bene eruditus homo: & tum poeta illustris: liberatum se esse aquæ intercutis morbo diceret: ꝙ arenis calẽtibus esset usus: Tum alludens fronto: morbo quidem inquit cares: si uerbi uitio nõ cares. Cn. Cæsar. ille perpetuus dictator Cn. Põpeii socer: a quo familia: & appellatio Cæsarum deinceps propagata est: uir ingenii præcellentis: sermonis præter alios suæ ætatis castissimi: i libris quos ad. M. Ciceronẽ de analogia cõscripsit: arenas uitiose dici existimabat: ꝙ arena nunq̃ multitudinis numero appellanda sit: sicuti neq; cælum neq; triticum. Contra autem q̃drigas: etiam si currus unus equorum quattuor iunctorum agmen unum sit: pluratiuo semp numero dicendas putat: sicut arma: & mœnia: & comitia: & inimicicias: nisiquid contra ea dicis poetarũ pulcherrĩe: quo & te purges: & nõ esse id uitium demõstres. De cælo inquit ille & tritico nõ inficias eo: quin singulo semper numero dicenda sint: neq; de armis: & de mœniis: & comitiis: quin figura multitudinis perpetua censeant̃. Videbimus aũt post de inimiciciis: & quadrigis:

ac fortasse an de quadrigis ueterū auctoritati concessero. Inimiciciā tamē sicut in scientiā & īpotentiā: & iniuriam quæ ratio est: q̄obrē .C. Cæsar uel dictam esse a ueteribus: uel dicendā a nobis nō putat. Quando Plautus linguæ latinæ decus: deliciam quoq; ἑνικῶς: id est: singulariter dixerit pro delitiis. Mea inquit uoluptas: mea deli cia. Inimiciciā autem. Q. Ennius in illo memoratissimo libro dixit. Eo inquit ingenio natus sum: amiciciā atq; inimiciciam in fronte promptam gero. Sed enim arenas parū latine dici quis (oro te) aut alius scripsit: aut dixit. Ac propterea peto: ut si .C. Cæsaris liber pro manibus est: promi iubeas: ut q̄ confidenter hoc dicat: estimari a te possit. Tum prolato libro de anologia primo: uerba hæc ex eo pau ca memoriæ mandaui. Nam cum supra dixisset: neq; cælū triticum ue: neq; arenam multitudinis significationē pati. Num tu inquit harū rerū natura accidere arbitraris: q unam terrā: & pluris terras: & urbem & urbes: & imperiū & īperia dicams? Neq; quadrigas ī unā noīs figuram redigere: neq; arenam in multitudinis appellationem conuertere possimus. His deinde uerbis lectis Fronto ad illum poe tam: Videtur ne tibi inquit .C. Cæsarē de statu uerbi contra te satis aperte satisq; constāter pronuntiasse? Tunc pmotus auctoritate li bri poeta: Si a Cæsare inquit ius prouocandi foret: ego nunc ab hoc Cæsaris libro prouocassē. Sed quoniam ipse rationē sententiæ suæ reddere supsedit: nos te nunc rogamus: ut dicas: quā esse causā ui tii putes: & in q̄driga dicenda: & in arena. Tum Fronto ita respōdit Quadrigæ semp: & si multiiugæ nō sunt: multitudinis tamē tenēt numero: quoniā quattuor simul equi iuncti: quadrigæ quasi qua driagæ uocant. Neq; debet prorsus appellatio equorum plurium ī cludi in singularis numeri unitatem. Eandē quoq; de arena rationē habendā: sed in specie dispari. Nam cū arena singulari numero dic ta: multitudinem tamen & copiam significet minimarū: ex quibus constat: partium: indocte & inscite arenæ dici uident: tanq̄ id uoca bulum indigeat numeri amplitudine: cum ei singulariter dici ingeī ta sit naturalis sui multitudo. Sed hæc ego inquit dixi: nō ut huius sententiæ legisq; fundus subscriptorq; fierem: sed ut ne Cæsaris ui ri docti opinionem: ἀπαραμύθητον: id est absq; consolatione de stituerem. Nam cum cælum semp ἑνικῶς: id est singulariter dica t: mare & terra non semper: & puluis: & uentus: & fumus nō sēp;

cur inducias:& cerimōias ſcriptores ueteres nōnūq̄ ſingulari nume
ro appellauerīt:ferias & nūdinas:& inferias:& exequias nunq̄?Cur
mel & u:num atq; id genus cætera:multitudinis numerꝝ capiūt: hæc
non capiat?Quæri inq̄ iſta omnia:& enucleari:& excudi ab homi-
nibus negotioſis:in ciuitate tam occupata non queūt.quin iis quo
q; ipſis quæ iam dixi:demoratos uos eſſe uideo:alicui(opinor) ne-
gocio deſtinatos.Ite ergo nunc:& quādo forte erit ociū:quærire an
quadrigam & arenas dixerit e cohorte illa duntaxat ātiqore:uel ora
torꝝ aliquis uel poetarꝝ:id eſt claſſicus aſſiduuſq; aliquis ſcriptor
nō proletarius.Hæc quidem Fronto reqrere nos iuſſit uocabula nō
ea re(opinor) q̄ ſcripta eſſe ī ullis ueterū libris exiſtimaret:ſed ut no
bis ſtudiū lectitandi ī quærendis rarioribus uerbis exerceret. Quod
unum ergo rariſſimū uidebatur:īuenimus quadrigā numero ſīgu
lari dictā:ī libro ſatyrarū.M.Varrōis:q īſcriptus ē:exdemetricus.
Arenas aūt πληθυντικῶς:id ē pluratiue dictas mīore ſtudio quæ
rimus:quia præter.C.Cæſarem:quod equidem meminerim:nemo
hoc doctorum hominum dedit.

¶ Antonii Iuliani in conuiuio ad quoſdam græcos lepidiſſima re-
ſponſio. ¶ Caput nonum.

ADoleſcens eſt terra aſia de equeſtri loco:lætæ īdolis:moribuſ
q; & fortuna bene ornatus:& ad muſicam facili ingenio ac li-
benti cœnāidabat amicis ac magiſtris:in ruſculo celebrandæ lucis
annuæ:quam ſibi principem uitæ habuerit. Venerat tum nobiſcū
ad eandem cœnā Antonius Iulianus rhetor docēdis publice iuueni
bus magiſter hiſpano ore:florentiſq; homo facundiæ:& rerū litte-
rarumq; ueterū peritus.Is ubi edulis finis & poculis:mox ſermoī-
buſq; tempus fuit:deſiderauit exhiberi:quos habere eum adoleſcē
tē ſciebat ſcitiſſimos utriuſq; ſexus: qui canerent uoce:& qui pſalle
rent.Ac poſteaq̄ introducti pueri puellæq; ſunt:iucundūq; immo
dum ἀνακρεοντεῖα:id eſt anacreontea hoc eſt Anacreontis uerſus
pleraq; & ſapphica:& poetarum quoq; recentium ἀλεγεῖα:id ē ele
gos:hoc eſt lugubria carmina.quædā ἐρωτικά id eſt amatoria dul
cia & uenuſta cecinerūt.Oblectari autem ſumus præter multa alia
uerſiculis lepidiſſimis Anacreontis ſenis:quos equidē ſcripſi:ut in
terea labor hic uigiliarum:& inquies ſuauitate pauliſper uocū atq;
modulorum acquieſceret.

Τὸν ἄργυρον τορεύσας ἥφαιστε μοι ποίησον.
πανοπλίας μὲν οὐχὶ τί γὰρ μάχαισι κἀμοί.
ποτήριον δὲ κοῖλον ὅσον δύνῃ βαθύνον.
καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτὸ μήτε ἄστρα: μὴ τὰ ἅμαξας.
τί πλειάδων μέλλει μοι: τί δ' ἀστέρος βοώτεω.
ποίησον ἀμπέλους μοι. καὶ βότρυας κατ' αὐτό.
καὶ χρυσέους πατοῦντας ὁμοῦ κακῶς λυαίω.
ἔρωτα καὶ βάθυνον. idest.
Argentum tornans fabrica uulcane mihi.
Non hominem armatum. quid enim cum bellis mihi?
Sed cauum poculum cude: quantum uales maxime.
Inq; eo neq; astra: nec plaustra facias.
Nam quid cum pleiadibus: quid cum boote mihi?
Vites fabrica quæso intus. & racemos pariter
Aureosq; pulchre calcantis comites lyæi.
Amoremq; profundum simul.
Tum græci plusculi qui ĩ eo cõuiuio erant: homines amœni: & nostras quoq; litteras haud ĩcuriose docti: Iulianum rhetorẽ lacesserẽ: insectariq; adorti sunt: tanq̃ prorsus barbarum & agrestem: qui ortus terra hispania foret. Clamatorq; tantum: & facũdia rabida: iurgiosaq; esset. Eiusq; lĩguæ exercitationes doceret: quæ nullas uoluptates: nullamq; mlucedinẽ ueneris atq; musæ haberet. Sæpeq; eum percontabant᷑: quid de Anacreõte cæterisq; id genus poetis sẽtiret. Et ecquis nostrũ poetarum tam fluentes carmĩnũ delicias fecisset? Nisi Catullus inqunt forte pauca: & caluus itidẽ pauca. Nam Neuius implicata: & Hortẽsius inuenusta: & Cinna illepida: & Memmius dura ac deinceps õnes rudia fecerunt atq; absona. Tum ille ꝓ lingua patria: tanq̃ pro aris: & focis animo irritato indignabũdus: Cedere equidem inqt uobis debui: ut ĩ tali ἀσωτίᾳ: id est luxu ꝓdigalitate: atq; neqcia artiũ nos uĩceretis. Et sicut ĩ uoluptatibus cultus atq; uictus: ita ĩ cãtilenaꝝ quoq; multis anteiretis. Sed ne nos: id est nomẽ latinũ: tanq̃ profecto uastos quosdã & insubidos ἀναφροδισίας: id ẽ inuenustatis cõdẽnetis: permittite mihi quæso opire pallio caput: quod quadã parũ pudica oratione Socratẽ fecisse aiunt. Et audite ac discite nostros quoq; antiqores ãte eos quos nõminastis: poetas amasios: ac uenerios fuisse. Tũ resupinus capite

cõuelato uoce admodũ q̃ suaui uersus cecinit Valerii Aeditui ueteris poetæ: itẽ Portii Licinii: &. Q. Catuli: qbus mũdius: uenustius: Limatius: pressius græcum latinumue nihil quicq̃ reperiri puto.

Versus Aeditui.

Dicere cum conor curam tibi pamphila cordis:
Quid mihi abs te quæram: membra labris abeunt.
Per pectus miserum manat mihi subito sudor.
Si tacitus subidus: duplo ideo peo: Atq; itẽ alios uersus eiusdẽ addidi: non hercle minus dulcis q̃ priores.
Quid faculam præfers phileros: qua nihil opus nobis?
Ibimus: hic lucet pectore flamina satis.
Istam non potis est uis sæua extinguere uenti.
Aut hymber cælo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem ueneris: nisi uenus ipsa:
Nulla est quæ possit uis alia opprimere.
Item dixit uersus Portii Licinii hosce.
Custodes ouium uidere propaginis agnum.
Quæritis ignem? ite huc. quæritis? ignis homo est.
Si digito attigero: incendam siluam simul omnem.
Omne pecus flamma est: omnia quæ uideo.
.Q. Catuli uersus illi fuerunt.
Aufugit mi animus: credo (ut solet) ad theotimum
Deuenit. sic est. perfugium illud habet.
Quid si non interdixissem ne illuc fugitiuum
Mitteret ad se intro? sed magis eiceret.
Ibimus quæsitum uerbum: ne ipsi teneamur:
Formido. quid ago. da uenus consilium.

Verba hæc præter propter: in usu uulgi prodita etiam Ennii fuisse. Caput decimum.

Emini me quondam & Celsinũ Iulianũ Numidã ad Frõtonẽ Corneliũ: pedes tũc grauiter ægrũ ire uisere. Atq; ibi qui ĩtroducti sumus: offendimus eũ cubãtẽ ĩ symphodio græciẽsi: circũ undiq; sedẽtibus multis: doctrina: aut genere: aut fortũa nobilibus uiris. Assistebat fabri ædiũ cõplures balneis nouis moliẽdis adhibiti: ostẽdebãtq; depictas ĩ mẽbranulis uarias spẽs balneaꝝ. Ex qbus cũ elegisset unã formã: speciẽq; ueris: interrogauit: q̃tus esset pecuniæ

cõſpectus ad id totũ opus abſoluẽdũ. Cũq; architectus dixiſſet: neceſſaria uideri eſſe ſeſtertia ferme. ccc. unus ex amicis Frontonis: & præterpropter inquit alia quinquaginta. Tũ fronto dilatis ſermoĩbus quos habere de balnearum ſũptu ĩſtituerat: aſpiciens ad eũ aĩcum: qui dixerat qnquaginta eſſe alia præterpropter. Atq; ille aĩcus nõ meũ inqt hoc uerbũ ẽ: ſed multoꝶ hominũ: quos loquentis id audias. Quid autẽ id uerbum ſignificet: non ex me: ſed ex grãmatico quærendũ eſt. ac ſimul digito demonſtrat gramaticũ haud incelebri nomine romæ docentẽ: ſedentem. Tum grãmmaticus uſitati peruulgatiq; uerbi obſcuritate motus: Quærimus inquit: quod honore quæſtiõis minime dignum eſt. Nã neſcio quid hoc prænimis plebeiũ eſt: & in opificum ſermonibus q̃notius. At enim Fronto iã uoce atq; uultu intentiore: Ita ne inquit magiſter dehoneſtum tibi: deculpatũq; hoc uerbũ uidet᷑: quo &. M. Cato. &. M. Varro & pleraq; ætas ſuperior ut neceſſario & latino uſi ſunt? Atq; ibi Iulius Celſinus admonuit in tragœdia quoq;. Q. Ennii: quæ Iphigenia inſcripta eſt: idipſum de quo quærebatur: ſcriptũ eſſe: & a grãmaticis cõtaminari magis ſolitum: q̃ enarrari. Quocirca ſtatĩ ꝓferri Iphigeniã. Q. Ennii iubet. In eius tragœdiæ choro ĩſcriptos eſſe hos uerſus legimus.

Ocio qui neſcit uti: plus negocii habet:
Quam cum eſt negocium in negocio.
Nam cui quid agat: inſtitutum eſt: nullo negocio
Id agit. ſtudet ibi. mentem atq; animum delectat ſuum
Ocioſo inicio animus neſcit: quid uelit.
Hoc idem eſt enim neq; domi nunc nos: nec militiæ ſumus:
Imus huc. hinc illuc. cum illuc uentũ eſt: ire illinc Iubet.
Incerte errat animus: præterpropter uitam uiuitur.

Hoc ubi lectũ ẽ: tum deinde Fronto ad grãmaticũ iã labentẽ: Audiſti ne inquit magiſter optime Enniũ tuum dixiſſe præterpropter? & cũ ſẽtẽtia qdẽ tali quali ſeueriſſimæ philoſophoꝶ eſſe obiurgationes ſolent. Petimus igit᷑ dicas (quoniã de enniano iã uerbo quærit᷑) quid ſit notus eiuſce uerſus ſenſus. Incerte errat animus: præterꝓpter uitã uiuit᷑. Et grãmaticus ſudans multũ ac rubẽs multũ: cum id pleriq; ꝓlixius riderẽt: exurgit. Et abiens Tibi ĩqt Frõto poſtea uni dicam: ne inſcitiores audiant: ac diſcant. Atq; ita omnes relicta ibi

quæstione uerbi consurreximus

Ponit uersus Platonis amatorios: quos admodum iuueīs lusit: dum tragœdiis contendit. Caput undecimum.

Celebrantur duo isti græci uersiculi: multorūq; doctorꝫ hominū memoria dignantur: ꝙ sint lepidissimi: & uenustissimæ breuitatis. Neq; adeo pauci sunt ueteres scriptores: q eos Platōis eē philosophi affirmant: quibus ille adolescens luserit: cum tragœdiis quoq; eodem tempore faciendis præluderet.

Τὴν ψυχὴν ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον·
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη. id est

Sauia dans agathoni animam ipse in labra tenebam.
Aegra etenim properans: tanq̄ abitura fuit.

Amicus meus ὀυκάμουσος: id ē non inelegans adolescēs: ī plures uersiculos licentius liberiusq; uertit. qui quoniā mihi quidem uisi sunt non esse memoratu indigni: subdidi.

Dum semhiulco sauio meum puellum sauior:
Dulcemq; florem spiritus duco ex aperto tramite:
Anima ægra & saucia cucurrit ad labias mihi.
Rictumq; oris peruium: & labra pueri mollia
Rimata itineri transitus: ut transiliter nititur.
Tum si moræ quid plusculæ fuisset in cætu oculi:
Amoris igni percita transisset: & me linqueret.
Et mira prorsum res maneret: ut ad me fierem
Mortuus: ad puerum intus uiuerem.

Disertatio Herodis attici super ui & natura doloris. Suæq; opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici: qui cū rubis fructiferas arbores præcidit. Caput duodecimum.

Herodem atticum consularē uirū athenis disserentē audiui græca oratione: in qua fere omnis memoriæ nostræ uniuersos grauitate atq; copia: & elegantie uocū longe præstitit. Disseruit autē cōtra ἀπαθίαν: id est tranquilitatē stoicorum lacessitus a quodam stoico: tanq̄ minus sapienter: & parū uiriliter dolorē ferret: ex morte pueri: quē amauerat. In ea dissertione quantulū memini: huiuscemodi sensus ē: ꝙ nullus usq̄ homo qui secundū naturā sentiret: & saperet: affectionibus istis animi: quas πάθη: id ē passiones appellabat: ægritudinis: cupiditatis: timoris: iræ: uoluptatis carere: &

uacare totis possset:& oio nõ dolere. Atq; si posset ẽt obniti ut totis careret:nõ ex re id esse melius:quoniã lãgueret aĩus:& torperet affectionũ q̃rũdã adminiculis:ut necessario plurimũ imperio priuatus. Dicebat enĩ sensus istos motusq; animi:qui cũ ĩmoderatiores sunt:uitia:fiunt:inexos implicatosq; esse uigoribus quibusdã mentium & alacritatibus. Ac propterea si omnino omnis eos ĩperitius conuellamus:periculum esse:ne eis adhærentes bonas quoq; & utiles animi indoles amittamus. Moderandos esse igitur & scite consi derateq; purgandos censebat:ut ea tantũ quæ aliena sunt:contraq; naturam uiderentur:& cum pernicie agnata sunt:detrahantur. Ne profecto id accidat:quod cuipiam Thracio insipienti & rudi ĩ agro: quem emerat:procurando uenisse usu fabula est. Homo Thracius inquit ex ultima barbaria ruris colendi insolens :cum in terras cultiores humanioris uitæ cupidine commigrasset:fundum mercatus est olea atq; uite consitum:qui quia nihil admodum sup uite aut arbore colenda sciret:uidet forte uicinum rubos late atq; alte abortos excidentem. Fraxinos ad summum prope uerticem deputantẽ. Suboles uitium e radicibus caudicum super terram fusas reuellentem. Stolones in pomis:aut in oleis proceros:atq; decerptos amputantem. Acciditq; prope:& cur tantam ligni atq; frondium cædem faceret:percontatus est. Et uicinus ita respondit:ut ager ĩquit mundus purusq; fiat:eiusq; arbor atq; uitis fœcundior. Discedit ille a uicino gratias:& lætus tanq̃ adeptus rei rusticæ disciplinam. Tum falcem ibi ac securim capit. atq; ibi homo miser imperitus:uites suas sibi õnis:& oleas detruncat. Comasq; arborum lætissimas: uberrimosq; uitium palmites decidit:& fruteta atq; uirgulta simul oĩa pomis frugibusq; gignendis fœlicia:cũ sentibus & rubis :purificandi agri gratia conuellit:mala mercede doctus:audaciam: fiduciãq; peççandi imitatiõe falsa eruditus. Sic ĩquit isti apathiæ sectatores: q̃ uideri se esse tranquilos:& ĩtrepidos: & immobiles uolunt: dum nihil cupiunt:nihil dolent:nihil irascuntur:nihil gaudent:omĩbus uehemẽtioribus animi officiis amputatis:ĩ corpore ignauæ & quasi eneruatæ uitæ consenescunt.

¶ Quos pumiliones dicimus:græce ναvουσ appellari. ¶ Ca. xiii.

STabãt forte una ĩ uestibulo palatii fabulãtes Frõto Cornelius:& festus Posthu:& Apolli. Sulpitius. Atq; ego ibi assistẽs

cum quibusdā aliis sermones eoꝝ:quos de litterarum disciplinis ha bebant:curiosius captabam. Tū Fronto Appollinari .Fac me inqt magister ut sim certus:an recte supersederim nanos dicere:parua ni mis statura homines:maluerimq; eos pumiliones appellare:quoniā hoc scriptum esse in libris ueterum memineram .Nanos autem sor didum esse uerbum & barbarum credebam. Est quidem īquit hoc Apollinaris in consuetudine imperiti uulgi frequens:sed barbarū non est:censeturq; linguæ græciæ origine. Νάνους enim græci uo cauerūt breui atq; humili corpore homines :paulum supra terram extantes.Idq; ita dixerunt adhibita quadā ratione etymologiæ cū sententia uocabuli cōpetente.Et si memoria inquit mihi non labat scriptū hoc est in comœdia Aristophanis:cui nomen est ἀκλαυσίας id est minime plorans.Fuisset autem uerbum hoc a te ciuitate do/ natum:aut in latinam coloniam deductum: si tu eo uti dignatus fores.Essetq; id impendio probabilius.q̄ quæ a Laberio ignobilia nimis & sordentia in usum linguæ latinæ intromissa sunt. Tū Fe/ stus Posthumius grammatico cuipiam latino frontonis familiari: Docuit inquit nos Apollinaris nanos uerbum græcū esse. Tu nos doce in quo de mulis aut equuleis humilioribus uulgo dicitur:an ne latinum sit:& apud quem scriptum reperiatur. Atq; ille grāma/ ticus:homo sane perq̄ in noscendis ueteribus scriptis exercitus :Si piaculum inquit non cōmittit̄ præsente Apollinare:quid de uoce illa græca latina ue sentiam dicere:audeo tibi feste quærenti respon dere esse hoc uerbum latinum. Scriptumq; inueniri in poematis Heluii cinnæ non ignobilis neq; indocti poetæ. Versus eius ipsos dixit:quos quoniam memoriæ mihi aderant:adscripsi.

At nunc me genii nana per salicta
Bigis rheda rapit citata nauis.

❡ Cōtemporaneos fuisse cæsari & ciceroni.M. Varronē &.P.Nigi diū ætatis suæ doctissiōs rōanos.Et q̄ Nigidii cōmētatiōes propter eaꝝ obscuritates:subtilitateq; ī uulgus nō exeūt. ❡ Caput.xiiii.

Etas.M.ciceronis &.C.cæsaris præstāti facūdia uiros paucos habuit.Doctrinaꝝ autē multiformiū uariarūq; artiū quibus hūanitas erudita ē:culmina habuit. M.Varronē &.P. Nigidium. Sed Varronis quidem monumēta rerū ac disciplinaꝝ:quæ per lit/ teras condidit in propatulo frequentiq; usu feruntur. Nigidianæ

autem commētationes non perinde in uulgus exeunt. & obſcuritas ſubtilitaſq; earum: tanq̄ parum utilis derelicta eſt. Sicuti ſunt quæ pauloante legimus in commētariis eius: quos grāmaticos īſcripſit. E quibus quædā ad demōſtrandū ſcripturæ genus exēpli gratia ſū pſi. Nam cū de natura atq; ordine litterarum diſſereret: quas grā matici uocales appellant: uerba hæc ſcripſit. Quæ reliquimus īenar rata ad exercendam legentium ītētionem. a. & .o. ſemper principes ſunt. i. & .u. ſemper ſubditæ. e. & ſubdit & præit. In eurippo præit: & ſubdit in æmilio. Si quis putat præire. u. in his uerbis Valeri: Vē noni: Voluſi. Aut. i. in his iampridem: iecur: iocum: iucundum: er rabit. q̧ heæ litteræ cum præunt: ne uocales quidem ſunt. Itē ex eo dem libro uerba hæc ſūt. Inter litterā. n. & .g. eſt alia uis: ut in noīe anguis: & angaria: & anchoræ: & increpat: & incurrit: & īgenuus. In omnibus enim his nō uerum. n. ſed adulterinū ponitur. Nam n non eſſe: lingua indicio eſt. Nam ſi ea littera eſſet: lingua palatum tangeret. Alio deinde in loco eſt ſcriptū. Græcos non tātæ inſcitiæ arceſſo qui. ου. ex. o. & .u. ſcripſerūt: quantæ qui. ει. ex. e. & .i. Illud enim inopia fecerunt. hoc nulla re ſubacti.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER NONNVSDECIMVS.

SEx. Cecilius ī diſciplina iuris atq; legibus po. rōani noſcēdiſ: interpretādiſq; ſciētia uſu auctoritateq; illuſtri fuit. Ad eū forte ī area palatina: cum ſalutationē Cæſaris opperiremur: philoſophus Phauorinus acceſſit. Collocutuſq; ē nobis: multiſq; aliis præſētibus. In illis tūc eorū ſermoībus orta mētio ē legū decēuiraliū: quas decēuiri eius rei gratia a populo creati cōpoſuerūt. Inq; duodecī tabulas cōſcripſerūt. Eas leges cum Sex. Cecilius īqſitis exploratiſq; multaꝝ urbiū legibus: elegāti atq; abſoluta breuitate uerborū ſcriptas diceret: Sic īqt hoc Phauorinus ī pleraq; eaꝝ legū parte ita uti dicis. Non enī minus cupide tabulas iſtas. xii. legi: q̄ illos decē libros Platonis de legibus. Sed quædā iſtic animaduertuntur: aut obſcuriſſima: aut leuia. contra dura nimis &

remissa: aut nequaq̃ ita ut scriptũ ẽ: cõsistẽtia. Obscuritates inquit Sex. Cecilius: non assignemus culpæ scribẽtiũ: sed inscitiæ non assequẽtiũ. quãq̃ ii quoq; ipsi: qui quæ scripta sunt: minus pcipiunt: culpa uacant. Nã longa ætas uerba atq; mores ueteres oblitterauit: qbus uerbis moribusq; sententia legũ cõprehensa ẽ. Trecentesimo nãq; anno post romã conditã tabulæ compositæ scriptæq; sunt. A quo tempore ad hunc diem anni esse nõ longe minus. dcc. uident̃. Dure autẽ scriptum esse in istis legibus: qui existimari potest? Nisi durã esse legem putas: quæ iudicem arbitrumue iure datũ: qui ob rem dicendã pecuniam accepisse conuictus est: capite poenit? Aut quæ furem manifestũ: ei cui furtum factũ ẽ ĩ seruitutẽ tradit. Nocturnum autem furẽ ius occidendi tribuit. Dic enĩ quæso: dic uir sapientiæ studiosissime: an tu aut iudicis illius perfidiam contra oĩa iura diuina atq; humana iusiurandũ suum pecunia uendentis: aut furis manifesti intolerandã audaciam: aut nocturni grassatoris insidiosam uiolentiã: non dignam esse capitis pœnæ existimas? Noli ĩquit Phauorinus ex me quærere quid ego existimẽ. Scis enĩ solitũ esse me pro disciplina sectæ quã colo inquirere potius: q̃ decernere. Sed nõ leuis æstimator: neq; aspernabilis ẽ populus romanus: cui delicta quidem istæc uindicanda pœnæ tamẽ huiusmodi nimis duræ esse uisæ sunt. Passus est enim leges istas de tam immodico iudicio: situ atq; senio emori. Sicut illud quoq; non humaniter scriptũ improbauit: q; si homo in ius uocatus: morbo aut ætate æger ad ingrediendũ ĩualidius est: arcera nõ sternit̃: sed ipse aufert̃: & iumẽto ĩponitur. atq; ex domo sua ad prætorem in comitium noua funeris facie effertur. Quam enim ob causam morbo affectus: & ad respõdendum pro sese non idoneus iumẽto adhærens ĩ ius aduersario deportatur. Quod uero dixi uideri quædam esse impendio molliora: nonne tibi quoq; uidetur esse dilutum: quod ita de iniuria pœnienda scriptum est? Si iniuria alteri faxit. xxv. æris pœnæ sunto. Quis enim erit tam inops: quem ab ĩiuriæ faciendæ. xxv. asses deterreãt: Itaque cum eam legem. Q. quoque Labeo uester in libris: quos ad. xii. tabulas conscripsit: non probaret: inquit. L. Neratius fuit egregie homo improbus: atq; immani uecordia. Is pro delectamẽto habebat os hominis liberi: manus suæ palma uerberare. Eum seruus sequebatur crumenam plenam assium portitans: & quẽcũq; depal

mauerat numerari stati secundũ.xii.tabulas.v.&.xx.asses iubeat.
Propterea inquit prætores postea hanc abolescere & relinqui censu
erunt.iniuriisq; æstimandis recuperatores se daturos edixerũt. Nõ
nulla autem in istis legibus:nec consistere quidem:sicut dixi :uisa
sunt. Velut illa lex taliõis :cuius uerba:nisi memoria me fallit:hæc
sunt. Si membrum rupit meum e pacto talio esto. Præter enim ul
ciscendi acerbitatem:ne procedere quoq; executio iusta talionis po
test. Nam cui mẽbrum ab alio ruptum est:si ipsi itidem rumpere p
talionem uelit:quæro an efficere possit rumpẽdi pariter mẽbri æqli
briũ? In qua re primum ea difficultas ẽ ĩexplicabilis: Quĩ si mẽbrũ
ĩquit alter imprudens ruperit. Quod enĩ p ĩprudentiam factum ẽ:
retaliari per imprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus:& consul
tus:non cadunt sub eiusdem talionis similitudinem. Quonã igit
modo imprudentem poterit imitari:qui in exequenda talione non
licentiæ ius habet:sed imprudentiæ. Sed & si prudens ruperit:neq̃
q̃ patietur aut altius se lædi:aut latius. quod cuiusmodi libra atq;
mensura caueri possit:non reperio. Quin etiam siquid plus erit:ali
terue cõmissum:res fiet ridiculæ atrocitatis:ut contraria actio mu
tuæ talionis oriatur:& adolescat ĩfinita quædam reciprocatio talio
num. Nam de immanitate illa secandi:partiẽdiq; humaĩ corporis:
si unus ob pecuĩam debitã adiudicatus:addictusq; sit pluribus:nõ
libet meminisse:& piget dicere. Quid enĩ uideri põt effrenatius:qd
ab hominis ingenio diuersius:q̃ q mẽbra:& artus inopis debitoris:
breuissimo laniatu distrahantur:sicut nũc bona uenũ distrahunt?
Tum Sex. Cecilius amplexus utraq; manu Phauorinũ: Tu es ĩqt
unus profecto in nostra memoria:nõ graiæ modo:sed & romãæ rei
peritissimus. Quis enim philosophorũ disciplinæ suæ leges:iã scite
atq; docte callet:q̃ leges tu nostras decemuirales percalluisti. Sed
quæso te:cũ tamẽ digrediare paulisp e curriculis istis disputationũ
uestrarũ academicis:omissoq; studio qcqd lubitũ ẽ arguẽdi tuẽdiq;
cõsideres grauius:cuiusmõi sint ea quæ reprehẽdisti. Nec ideo cõtẽ
nas legũ istarũ ãtiqtates:q plerisq; ipsis iã populus romanus desiue
rit. Nõ enĩ profecto ignoras legũ opportunitates:& medelas p tẽ
porũ moribus:& p rerũ publicarũ generibus:ac p utilitatũ præsẽtiũ
ratiõibus:proque uitiorũ quibus medẽdũ ẽ feruoribus mutari. atq;
flecti. Neq; uno statu consistere:qn ut facies cæli & maris:ita rerũ

atq; fortunæ tẽpestatibus uariẽtur. Quid salubrius uisũ ẽ rogatiõe illa Stolonis iugerũ de numero præfinito? Quid utilius plebiscito uoconio de coercẽdis mulierꝝ hereditatibus? Quid tã necessariũ æsti matũ ẽ ꝓpulsandæ ciuium luxuriæ: q̃ lex licinia & fãnia: aliæq; itẽ leges sũptuariæ? Omĩa tamẽ hæc oblitterata & operta sũt ciuitatis opulẽtia: quasi qbusdã fluctibus exæstuãtis. Sed cur tibi eẽ uisa est ĩhũana oĩum mea qdem sentẽtia humanissima: quæ iumẽtũ dari iubet ægro: aut seni ĩ ius uocato? Verba sunt hæc de lege. Si ĩ ius uo cat: si morbus æuitasue uitiũ extit. q in ius uocabit: iumẽtũ dato. Si nolet: arcerã ne sternito. An tu forte morbũ appellari hic putas ægrotationẽ grauẽ cũ febri rapida & quertera? Iumẽtũ q; dici pecus aliquod unicũ tergo uehens? Ac propterea minus fuisse humanũ existimas ægrotũ domi suæ cubãrẽ: iumẽto ĩpositũ ĩ ius rapi? Hoc mi Phauorine nequaq̃ ita ẽ. Nã morbus ĩ lege ista nõ febriculosus neq; nimiũ grauis: sed uitiũ aliquod ĩbecillitatis atq; ĩualentiæ de mõstrat: non piculũ uitæ ostendit. Cæteroq morbũ uehemẽtiorem uĩ grauiter nocẽdi habẽtẽ: legũ istaꝝ scriptores alio ĩ loco nõ per se morbũ: sed morbũ sonticũ appellãt. Iumẽtũ quoq; nõ id solũ sigĩ ficat: quod nũc dicit: sed uectabulũ etiã: quod a iunctis pecoribus trahebat. Veteres enĩ nostri iumẽtũ a iungẽdo dixerũt. Arcera autẽ uocabat plostrum tectũ undiq; & munitũ: quasi arca quædã ma gna uestimẽtis ĩstrata: q̃ nimis ægri aut senes portari cubãtes sole bãt. Quænã tibi igit acerbitas esse uisa ẽ: quod ĩ ius uocato pauper rimo hoĩ: uel ĩopi: q aut pedibus forte ægris esset: aut quo alio casu ĩgredi nõ quiret: plostꝝ esse dãdum cẽsuerũt: neq; ĩstrui tamẽ deli cate arcerã iusserunt: quoniã satis esset ĩualido cuimodi uectaculũ. Atq; id fecerũt ne causatio ista ægri corporis ꝑpetuã uacationẽ da ret fidetractãtibus: iurisq; actiones declinãtibus. Sed enĩ ipsũ uide q ĩiurias factas. v. &. xx. assibus sanxerũt: nõ oĩo omnis mi Phauo rine ĩiurias ære isto pauco diluerũt. Tametsi hæc ipsa paucitas assi um graue põdus æris fuit. Nã librariis assibus ĩ ea tẽpestate popu lus usus ẽ. sed iniurias atrocioris: ut de osse facto: nõ liberis modo: uerꝝ etiã seruis factas: ĩpensiore damno uindicauerunt. Quibusdã autẽ iniuriis talionẽ quoq; apposuerũt. Quã quidẽ tu talionem uir optime iniquius paulo ĩsectatus es. Ac ne cõsistere quidẽ dixisti: le pida quadã solertia uerboꝝ: quoniã talioni par nõ sit talio: neque

rumpi mébrũ facile possit:ad alterius rupturæ (ut ais tu) æquilibriũ. Vestrũ est mi Phauorine talioné rarissimũ fieri difficillime. Sed decéuiri minuere atq; extinguere uolétes huiuscemodi uiolétiã pulsãdi atq; lædédi talione:eo quoq; metu coercédos esse hoĩes putauerunt. Neq; eius qui mébrꝝ alteri rupisset:& pacisci tamé de talione redimé da nollet:tãtam esse habendi rationem arbitrati sunt: ut an prudens imprudens ue rupisset:spectandũ putarét. Aut talionem in eo uel ad amussim æqpararent:uel in librili ppéderent. Sed potius eundé animum:eũdéq; impetũ:in eadé parte corporis rũpendi:nõ eũdé quoq; casum exigi uoluerũt. Quoniã modus uolũtatis præstare posset. casus ictus non posset. Quod si ita est:ut dico:& ut ipse æquitatis habitus demonstrat:taliones illæ tuæ reciprocæ argutiores profecto:q̃ ueriores fuerũt. Sed quoniã acerbũ quoq; esse hoc genus pœnæ putas: Quæ obsecro te:ista acerbitas est:si idem fiat in te: quod tute in alio feceris? Præserti cũ héas facultaté paciscédi:& nõ necesse sit pati talionem:nisi eã tu elegeris? Quod edictũ auté prætoriũ de æstimãdis iniuriis ꝑbabilius esse his potest? Nolo hoc ignores hãc quoq; ipsã talioné ad æstimationé iudicis redigi necessario solitã. Nã si reus q depacisci noluerat:iudici talioné ĩperãti nõ parebat:æstimata lite iudex hominé pecuniæ dãnabat. atq; ita si reo & pactio grauis:& acerba talio uisa fuerat:seueritas legis ad pecuniæ mulctã redibat. Restat ut ei quod de sectione partioneq; corporis ĩmanissimũ esse tibi uisũ est:respõdeã. Oĩbus quidé uirtutũ generibus exercédis:colédisq; populus ro. e parua origine ad tãtæ amplitudĩs ĩstar emicuit. Sed oĩum maxime atq; præcipue fidé coluit:sãctãq; habuit: tã priuatim:q̃ publice. Sic cõsules clarissimos uiros hostibus cõfirmãdæ fidei publicæ causa dedit. Sic clienté in fidé acceptũ carioré haberi:q̃ ꝓpĩquos:tuendũq; esse contra cognatos censuit. Neq; prius ullũ facinus æstimatũ est:q̃ si cui probaret clientem diuisui habuisse. Hanc auté fidé maiores nostri nõ modo in officioꝝ uicibus: sed in negocioꝝ quoq; cõtractibus sanxerunt:maximeq; in pecuniæ mutuaticæ usu atq; cõmercio. Adimi enĩ putauerũt subsidiũ hoc inopiæ téporariæ: quo cõmunis hoĩnum uita indiget:si perfidia debitoꝝ sine graui pœna eluderet. Confessi igitur æris ac debiti iudicatis. xxx. dies sũt dati conquirendæ pecuniæ causa:quam dissoluerent. Eosq; dies decéuiri iustos appellauerũt:uelut quoddã iusticiũ. i. iuris inter eos quasi interstitioné quãdã

& cessationẽ: qbus diebus nihil cũ iis agi iure posset. Postdeinde nisi dissoluerant ad prætorẽ uocabant. & ab eo quibus erãt iudicati addicebant. Neruo quoq; aut cõpedibus uinciebant. Sic enĩ sunt opinor uerba legis. Aeris confessi: rebusq; iure iudicatis. xxx. dies iusti sũto. Postdeinde manus iniectio esto. in ius ducito. ni iudicatum facit: aut qui pseudo eo in iure: uim dicit: secum ducito. uincito aut neruo: aut cõpedibus. xv. pondo. ne minore. aut si uolet: maiore uĩcito. Si nolet suo uiuito. Ni suo uiuit: q eũ uinctũ habebit: libras farri ĩ dies dato. Si uolet plus: dato. Erat autem ius interea paciscẽdi. Ac nisi pacti forent: habebãt in uĩculis dies. lx. Inter eos dies trinis nũdinis cõtinuis ad prætorẽ incomitiũ pducebant: quantæq; pecuniæ iudicati essent: prædicabat. Tertiis autẽ nũdinis capite pœnas dabant. Aut trans tyberim peregre uenũ ibant. Sed eã capitis pœnã sanciendæ sicuti dixi: fidei gratia: horrificã atrocitatis ostentu: nouisq; terroribus metuẽdã reddiderunt. Nam si plures forent: quibus reus esset iudicatus: secare si uellent atq; partiri corpus addicti sibi hoĩs pmiserunt. Et quidẽ uerba ipsa legis dicam: ne existimes inuidiã me istã forte formidare. Tertiis inquit nũdinis: partis secãto. si plus minus ue secuerunt: se fraude esto. Nihil pfecto ĩmitius: nihil ĩmanius: nisi ut re ipsa apparet: eo consilio tanta ĩmanitas pœnæ denũciata est: ne ad eã unq̃ perueniretur. Addici nãq; nunc & uinciri multos uidemus: quia uĩculoꝝ pœnã deterrimi hoĩes cõtẽnũt. Dissectũ esse antiquitus neminẽ equidẽ neq; legi: neq; audiui: quoniã sæuicia ista pœnæ cõtẽni nõ quita est. An putas Phauorine si nõ illa etiã ex. xii. tabulis de testimoniis falsis pœna aboleuisset: & si nunc quoq; ut antea q falsũ testimonium dixisse conuictus esset: e saxo tarpeio deiiceret: mẽtituros fuisse pro testimonio tam multos: q̃ uidemus? Acerbitas plerũq; ulciscẽdi maleficii: bene atq; caute uiuendi disciplina est. Historia de Metio Fufetio albano nobis quoq; nõ admodũ numero istiusmodi libros lectitantibus ignota non est. Qui quoniã pactũ atq; cõdictũ cũ rege po. ro. pfide ruperat: binis q̃drigis euinctus: in diuersa nitentibus laceratus est. Nouũ atq; aspeꝝ suppliciũ qs negat? Sed qd elegantissimus poeta dicat: uide. At tu dictis albane maneres. Hæc atq; alia ubi Sex. Cecilius oĩbus q aderãt. ipso quoq; Phauorĩo approbãte: atq; laudãte disseruit: nũtiatũ est Cæsarẽ iã salutari: & separati sumus.

Vocabulum siticinum in. M. Catonis oratione quid significet.

Quã ob cãm. L. Accius poeta ĩ grãmaticis ſiciniſtas nebuloſo nomĩe eſſe dixerit. ¶ Caput. ii.

Siticines ſcriptũ eſt in orõne. M. Catonis: quæ ĩſcribit': Ne ĩpiũ ſit ueteri: ubi nouus uenerit. Siticines inqt & liticines & tubicines. Sed Ceſellius uindex in cõmẽtariis lectionũ antiquaꝝ: ſcite qdẽ ſe ait: liticines lituo cantare: & tubicines tuba. Quid iſtuc autẽ ſit': ꝙ ſiticines cantãt homo ĩgenuæ ueritatis ſcire ſeſe negat? Nos autẽ ĩ Capitonis Atteii cõiectaneis inuenimus ſiticines appellatos: qui apud ſitos canere ſoliti eſſẽt: hoc eſt uita fũctos: & finitos: & ſepultos. Eoſq; habuiſſe propriũ genus tubæ: qua canerẽt: a cæteroꝝ tubicinũ ꝓprietate differens: quos ſiciniſtas uulgus dicit. Qui rectius locuti ſunt: ſicinniſtas littera n gemina dixerũt. Sicinniũ enĩ genus ueteris ſaltationis fuit. Saltabundi autẽ canebãt: quæ nũc ſtãtes canunt. Poſuit hoc uerbũ. L. Accius poeta ĩ pragmaticis. Appellariq; ſicinnitas ait nebuloſo noĩe. credo ꝓpterea nebuloſo: ꝙ ſicinniũ cur diceret' obſcuꝝ eẽt.

¶ Artificũ ſcænicoꝝ ſtudiũ: amorẽq; inhoneſtũ: probroſũq; eſſe. Et ſup ea re uerba Ariſtotelis philoſophi adſcripta. ¶ Caput. iii.

Comœdos qſpiã: & tragœdos: & tibicines: diues adoleſcẽs Tauri philoſophi diſcipulus liberos hoĩes: ĩ deliciis atq; in delectamentis habebat. Id genus autẽ artifices græce appellant'. όι ϖερὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. i. Liberi patris artifices. Eũ adoleſcẽtẽ Taurus a ſodalitatibus cõuictuq; hoĩnũ ſcænicoꝝ abducere uolẽs: miſit ei uerba hæc ex Ariſtotelis libro excripta: qui ϖροβλήματα ἐγκύκλια. i. quæſtiones circulare: ĩſcriptus eſt. Iuſſitq; uti ea quotidie lectitaret. Διατί όι Διονυσιακόι τεχνῖται ὡς ἐϖὶ τὸ ϖολὺ ϖονηρόι ἐισίν ὅτι ἥκιςα λόγου καὶ φιλοσοφίας κοινωνοῦσι. Διὰ τὸ ϖερὶ τὰς ἀναγκάιας τέχνας τὸ πολὺ μέρος τοῦ βίου ἐῖναι καὶ ὅτε ἐν ἀκρασίαις τὸν πολὺν χρόνον ἐισίν. ὁυὲ δὲ ἐν ἀϖορίαις ἀμφότερα δὲ φαυλότητος παρασκευαςικά. i. Cur genus id hominũ quod dionyſiacos technitas. i. artifices bacchanales appellamus: ĩprobis eẽ moribus magna ex parte cõſueuerunt? An quia minime ſeſe ſtudio ſapientiæ dedũt? eo ſcilicet: ꝙ in artibus neceſſariis magnã partẽ ætatis ſuæ cõſumunt: uitã plurimum traducunt incontinenter. partim etiam cum inopia: quod quidem utꝛq; uitia & gignit: & auget.

¶ Exẽpla epiſtolarũ Alexandri regis: & ariſtotelis philoſophi: ita uti ſũt edita: eaq; in linguã latinã uerſa. ¶ Caput. iiii.

Commentationū ſuaꝝ artiūq;: quas diſcipulis tradebat Ariſto
teles philoſophus regis Alexandri magiſter duas ſpecies habu/
iſſe dicit. Alia erāt: quæ noīabat ἐξωτερικά. i. extraria uel extrinſeca.
Alia quæ appellabat ἀκροαματικά. i. auſcultatoria. ἐξωτερικά dice/
bantur: quæ ad rhetoricas meditationes: facultaté argutiaꝝ: ciuiliūq;
reꝝ noticiā cōducebāt. ἀκροαματικά auté uocabant: ī quibus philo/
ſophia remotior ſubtiliorq; agitabat. quæq; ad naturæ cōtéplatiōes:
diſceptatiōes ue dialecticas ꝑtinebāt. Huic diſciplinæ: quā dixi ἀκρο/
αματικήν. i. auſcultatoriā: tépus exercendæ dabat in lycio matutinū
Nec ad eā quéq̄ temere admittebat: niſi quoꝝ ante ingeniū & erudi/
tionis eleméta: atq; in diſcédo ſtudiū laboréq; exploraſſet. Illas uero
ἐξωτερικάς. i. extrarias auditiones: exercitiūq; dicēdi: eodé in loco ue/
ſperi faciebat. Eaſq; uulgo iuuenibus ſine delectu dabat. Atq; eū δει
λινὸν περίπατον. i. poſtmeridiariā ābulationé appellabat. Illū alte
rū ſupra ἑωθινόν. i. dilucularia. utroq; enī tépore ābulās diſſerebat.
περιπατῶν. i. deābulationé. Libroſq; ſuos eaꝝ omniū reꝝ cōmētari/
os ſeorſū diuiſit: ut alii ἐξωτερικοί. i. extrarii dicerent: partim ἀκροα
ματικοί. i. auſcultatorii. Quos cū ī uulgus ab eo editos rex Alexāder
cognouiſſet. atq; ea tépeſtate armis exercituq; omné ꝑpe aſiā teneret
regéq; ipſū Dariū prælíis & uictoriis urgeret: in illis tamé tātis nego/
ciis litteras ad Ariſtotelé miſit. Nō eū recte feciſſe: ꝙ diſciplinas ἀκρο
αματικάς. i. auſcultatorias: qbus ab eo ipſe eruditus foret libris foras
editis inuulgaſſet. Nā qua inqt alia re præſtare cæteris poterimus: ſi
ea quæ ex te accepimus: omniū prorſus fient cōmunia? Quippe ego
doctrina anteire malim: q̄ copiis: atq; opulētiis. Reſcripſit ei Ariſtote
les ad hāc ſentētiā. ἀκροαματικούς. i. auſcultatorios libros: quos edi
tos quereris: & nō perinde ut arcana abſcōditos: neq; editos ſcito eſſe
neq; nō editos. quoniā iis ſolis q nos audiūt: cognobiles erūt. Exépla
utrarūq; līraꝝ ſūpta ex Andronici philoſophi libro ſubdidi. Amaui
aūt ꝑſus ī utriuſq; epiſtola breuitatis elegātiſſimæ filū tenuiſſimū.
Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν. οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς
τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν
ἄλλων. εἰ καθοὺς ἐπαιδεύθημεν λόγους: οὗτοι πάντων ἔσονται
κοινοί ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις. ἢ ταῖς
δυνάμεσι διαφέρειν: ἔρρωσο. ¶ Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάν/
δρῳ εὖ πράττειν. ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων

ὀι ὀόμενος δεῖν ἀυτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι ὄυν ἀυτοὺς καὶ δεδομένους. καὶ μὴ ἐκδεδομένους. ξυνετοὶ γάρ ἐισι. μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν ἔρρωσο. i. Alexāder Aristoteli salutē. Haud recte fecisti: ꝙ auscultatorios libros edideris. In qua enim re a cæteris nos itē præstabimus: si disciplinæ in quibus eruditi sumus: oīum oīo sint cōmunes? Eqdē malim in reꝝ usu optimaꝝ: q̄ ī facultatibus anteire. Vale. ❡ Aristoteles Regi Alexādro salutē. Scripsisti ad me de libris auscultatoriis īter arcana illos cōdi putās oportere. Sed tu eos & esse editos: & minime editos scito. cognobiles enī iis tātū erunt: q nos audierint. Vale. Hoc ego uerbū ξυνετοὶ γάρ ἐισι quærēs uno itidem uerbo dicere: aliud nō repperi: q̄ quod scriptū est a. M. Catone in. vi. origine. Itaq; ego inqt cognobiliorē: cognitionē esse arbitror.

❡ Quæsitū atq; tractatū utrꝝ sit rectius dicere: habeo curam uestri: an uestrum. ❡ Caput. v.

PErcontabar Apollinarē Sulpitiū: cū eū romæ adolescētulus sectarer: qua rōne diceret: habeo curā uestri: aut misereor uestri. Et iste casus uestri eo ī loco quem uideret habere casum rectū. Isthic mihi ita respōdit. Quæris inqt ex me: quod mihi quoq; est iam diu in ꝑpetua quæstione. Videt̄ enī non uestri oportere dici: sed uestrum sicut græci loquuntur ἐπιμελοῦμαι ὑμῶν. καὶ κήδομαι ὑμῶν. i. habeo curam uestrum: & consulo rebus uestris. Quo in loco ὑμῶν aptius uestrū dicit̄: q̄ uestri. & habet casum nominādi quē tu rectum appellasti. Inuenio tamen inquit nō paucis in locis nostri atq; uestri dictum: non nostrum aut uestrum. L. Sylla reꝝ gestaꝝ libro secūdo. Quo si fieri potest: ut etiam nunc nostri uobis in mentē ueniat. Nos magis dignos creditis: quibus ciuibus q̄ hostibus utamini: quiq; pro uobis potius: q̄ contra uos pugnemus: neq; nostro neq; maiorū nostrorum merito nobis id continget. Terentius in Phormione: Ita plerią; ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet. Afranius in togata. Nescioq nostri miseritus tandem deus. Et Laberius in necromantia: Dum diutius detinetur: nostri oblitus est. Dubiū porro inqt non est: quin eodem hæc omnia casu dicant̄ nostri oblitus est: nostri miseritus est: quo dicitur mei oblitus ē: mei miseritus ē. Mei autē casus interrogandi ē: quē genitiuū grāmatici uocāt. & ab eo declinat̄: quod ē ego. huius deīde pluratiuū ē nos. Tui æque decliat̄ ab eo: quod ē tu. huius itidem pluratiuum ē uos. Sic nāq; Plautus declinauit in pseu

dulo in hisce uersibus.
Si ex te tacente fieri possem certior here:
Quæ miseriæ te tam misere macerent.
Duorum labori ego hominum parcissem lubens:
Mei te rogãdi: & tui respõdẽdi mihi. ¶ Mei enĩ Plautus hoc ĩ loco nõ ab eo dixit: quod ẽ meus: sed ab eo: quod est ego. Itaq; si dicere uelis patrẽ mei: p patrẽ meũ: quo græci mõ τὸν πατέρα μοῦ dicũt ĩusitate quidẽ: sed recte pfecto. eaq; rõne dices: q̃ Plautus dixit labori mei: p labori meo. Hæc autẽ ipsa ratio est in numero pluratiuo: q̃ Gracchus miserere uestrũ dixit. & qua. M. Cicero contentio uestꝝ: & cõtẽtio nostrũ dixit. Quaq; itẽ rõne Quadrigarius ĩ annali undeuicesimo uerba hæc posuit. C. Mari ecquãdo te nostꝝ: & reipublicæ miserebitur? Cur igitur Terentius pœnitet nostri: & nõ nostꝝ: & Afranius nr̃i miseritus: nõ nostꝝ? Nihil hercle inqt mihi de ista re in mẽtẽ uenit: nisi auctoritas quædã uetustatis nõ nimis anxie: neq; supstitiose loquentis. Nã sicuti multifariã scriptũ est uestroꝝ p uestꝝ: ut in Plauti mustelaria in hoc uersu: Verũ illic esse maxima pars uestroꝝ ĩtelligit: cũ uellet maxima pars dicere uestꝝ. Ita nõnũq̃ uestri quoq; dictũ est uestrum. Sed pculdubio qui rectissime loq uolet: uestrũ potius dixerit q̃ uestri. Et iccirco ĩportunissime inquit fecerũt: q in plerisq; Salustii exẽplaribus scripturã istã sincerissimã corruperũt. Nã cũ ita in Catilina scriptũ esset: Sæpe maiores uestrum miserti plebis romanæ: uestrum aboleuerunt: & uestri supscripserũt. ex quo in pluris libros mẽdæ istius indoles inoleuit. Hæc memini mihi Apollinarẽ dicere: eaq; tunc ipsa ita ut dicta fuerant: notaui.

¶ Quã diuersæ græcoꝝ sententiæ sup numero Niobæ filiorum.

¶ Caput. vi.

Mira & ppe adeo ridicula diuersitas fabulæ apud græcos poetas deprehendit: sup numero Niobæ filioꝝ. Nã Homerus pueros puellasq; eius senos dicit fuisse: Euripides bis septenos: Sappho bis nouenos: Bacchillides & Pindarus bis denos. Quidam alii scriptores tres fuisse solos dixerunt.

¶ De iis quæ habere συμπάθειαν. i. consensum uidentur: cum luna augescente ac senescente.

¶ Caput. vii.

Annianus poeta fundo suo: quẽ in agro falisco possidebat: agitare erat solitus uĩdemiã hilare atq; amœniter. Ad eos dies me:

& quoſdã itẽ alios familiares uocauit. Ibi tum cœnantibus nobis magnus oſtreaꝝ numerus roma miſſus eſt. Quæ cũ appoſitæ fuiſſẽt: & multæ quidẽ: ſed inuberes macræq; eſſent: Luna inqt Annianus nũc uidelicet ſeneſcit: ea re oſtrea quoq; ſicuti alia quædã tenuis exuctaq; ẽ. Cũ quæreremus quæ alia itẽ ſeneſcente luna tabeſcerent: Nõne Luciliũ inqt noſtꝝ meminiſtis dicere: Luna alit oſtrea: ĩplet & echinos: muribus fibras: & pecu addit. Eadẽ aũt ipſa quæ creſcẽte luna gliſcũt deficiente cõtra luna defiunt. Aeliuorũ quoq; oculi ad eaſdẽ uices lunæ: aut ampliores fiunt: aut minores. Id etiã inquit multo mirandũ eſt magis: quod apud Plutarchũ in .iiii. ĩ Heſiodũ cõmẽtario legi. Cepe enĩ reuireſcit & cõgermĩat decedẽte luna: cõtra aũt inareſcit adoleſcente. Eã cãm eſſe dicunt ſacerdotes ægyptii cur peluſiotæ cepe nõ edant: quia ſolũ olerũ omniũ contra lunæ aucta: atq; dãna uices minuendi & augendi habeat contrarias.

¶ Qualibus uerbis delectari ſolitus ſit Antonius Iulianus: poſitis in mimiãbis: ſcripſit de innocentia ſua: cũ ita dictitat: nũq̃ ueſtimẽta a populo poſci. ¶ Caput octauum.

DElectari mulceriq; aures ſuas dicebat Antonius Iulianus figmẽtis uerboꝝ nouis. Cn. Mattii homĩs eruditi: qualia hæc quoq; eſſent: quæ ſcripta ab eo in mimiambis memorabat. Sinuq; amicam recipere frigidam caldo: Columbatim labra conſerens labris. Item id quoq; iucunde lepideq; fictum dictitabat.

Iam tonſiles tapetes ebrii fuco:
Quos concha purpura imbuens uenenauit.

¶ Quid uocabulũ iure manu cõſertũ ſignificet. ¶ Caput. ix.

EX iure manu cõſertũ: uerba ſunt ex antiquis actiõibus: quæ cũ lege agit̃: & uindictæ content̃: dici nunc quoq; apud prætorem ſolent. Rogaui ego Romæ grãmaticũ celebri hominem fama & multo nomine: quid hæc uerba eſſent. Tum ille me deſpiciens: aut erras inquit adoleſcẽs: aut ludis. Rem enim doceo grãmaticam: non ius reſpõdeo. Siquid igitur ex Virgilio Plauto Ennio quærere habes: quæras licet. Ex Ennio ego inquã eſt magiſter quod quæro. Ennius enim uerbis hiſce uſus eſt. Cumq; ille demiratus aliena hæc eſſe a poetis: & haud uſq̃ inueniri ĩ carminibus Ennii diceret: tum ego hos uerſus ex .viii. annali abſentis dixi. Nam forte eos tanq̃ inſigniter præter alios factos memineram.

Pellitur e medio sapientia. ui geritur res:
Spernitur orator bonus. horridis miles amatur:
Haud doctis dictis certantes. nec maledictis
Miscent inter sese inimicitias agitantes.
Non ex iure manu consertum: sed magis errore:
Res repetunt. regnumq; petunt. uadunt solida ui.
Cũ hos uersus Ennianos dixissẽ: Credo ĩquit grãmaticus iã tibi. Sed tu uelim credas mihi. Q ; Enniũ didicisse hoc nõ ex poeticæ litteris: sed ex iuris aliquo perito. Eas igit̃ tu quoq; iqt & discas unde Ennius didicit. Vsus cõsilio sũ magrĩ: quod docere me debuerat: a quo discerem prætermõstrãtis. Itaq; id quod ex iurecõsultis: ex libris quoq; eorũ didici inserẽdũ his cõmẽtariis existimaui. Quoniã in medio rerũ & hominũ uitã q colũt: ignorare nõ oportet uerba actionũ ciuiliũ celebriora: manũ cõserere. Nã de qua re disceptabat̃ ĩ iure præsenti: siũe ager: siue quid aliud ẽ: cũ aduersario simul manu prehẽdere: In ea re oĩbus uerbis uĩdicare. i. uindicia correptio manus ĩ re atq; ĩ loco præsenti apud prætorẽ ex. xii. tabulis fiebat. In qbus ita scriptũ ẽ. Si cui ĩ iure manum cõserunt: Sed postq̃ prætores propagatis Italiæ finibus datis iurisdictiõibus: negociis occupati: pacisci uindiciarũ dicendarũ causa longinq̃s res grauabãt̃: iustitutũ ẽ contra. xii. tabulas tacito sẽsu: ut litigãtes nõ ex iure apud prætorẽ manum cõsererent sed ex iure manu cõsertũ uocarẽt. Id ẽ alter alterũ ex iure ad cõserendã manũ ĩ rẽ de qua ageret̃ uocaret. Atq; ꝑfecto simul in agrũ de quo litigabatur: terræ aliqd ex eo uti unã glebã in ius in urbẽ ad prætorẽ deferrent. & in ea gleba tãq̃ in toto agro uindicarent. Iccirco Ennius significare uolens bellum: nõ ad prætorem solitum ẽ legitĩs actiõibus: neq; ex iure manu consertum: sed bello ferroq;: & uera ui atq; solida: quod uidet̃ dixisse cõferens uim illã ciuilem: & festucariã: quæ uerbo diceret̃: nõ quæ manu fieret cum ui bellica & cruenta.

Quid sit sculnæ uerbũ positũ apud. M. Varronẽ. Caput. x.

D. Lauinii liber ẽ nõ ĩcuriose factus. Is ĩscriptus ẽ de uerbis sordidis. In eo scripsit sculnã uulgo dici q̃si sequulnã: quem q elegãtius ĩqt loquunt̃: sequestrem appellãt. Vtrũq; uocabulum a sequendo factum est: ꝙ eius q electus sit: utraq; pars fidem seq̃t̃. Sculnã autem scriptum esse in historico. M. Varronis: qui inscribitur Catus: Idem Lauinius ĩ eodem libro admonet. Sed quod apud sequestrem

depoſitū erat: ſequeſtro poſitū p aduerbiū dicebat᷑. Cato. i. Ptolemæo cōtra Thermū. Per deū īmortalē nolite uos ſequeſtro ponere.

¶ Auctoritas tanq̄ præfationis admonitio in operis totius ſūma: de noctium ordine. ¶ Caput. xi.

AT qui iucūdiora alia reperiri queunt. Ipſe autem ad hoc ſcripſi ut liberis quoq; meis paratæ iſtiuſmodi remiſſiōes eſſent: q̄do animus eoꝝ interſtitione aliqua negocioꝝ data laxari īdulgeriq; potuiſſet. Vſi autem ſumus ordine reꝝ fortuito: quē antea in excerpendo feceramus. Nā perinde ut librū quēq̄ in manus ceperam: ſeu græcum: ſeu latinum: uel quid memoratu dignū audieram: ita quæ libitum erat: cuius generis cunq; erāt: indiſtincte atq; promiſcue ānotabam. eaq; mihi ad ſubſidiū memoriæ quaſi quoddā litterarū penus recondebā. Vt quādo uſus ueniſſet: aut rei: aut uerbi: cuius me forte repens obliuio tenuiſſet. & libri ex quibus ea ſumpſerā: nō adeſſent facile inde nobis inuentu: atq; depromptu foret. Facta igit᷑ eſt in his quoq; cōmentariis eadem rerum diſparilitas: quæ fuit in illis annotationibus priſtinis: quas breuiter & indigeſte & incondite ānotationibus tractationibus lectionibuſq; uariis feceramus. Sed quoniā lōginquis per hyemem noctibus in agro (ſicuti dixi) terræ atticæ cōmentationes haſce ludere: ac facere exorſi ſumus: iccirco eas inſcripſimus noctium eſſe atticarū. nihil imitati feſtiuitates inſcriptionū: q̄s pleriq; alii utriuſq; linguæ ſcriptores: in id genus libris fecerūt. Nā quia uiā & miſcellam: & quaſi confuſaneā doctrinā cōquiſiuerant: eo titulos quoq; ad eam ſententiā exq̄ſitiſſimos indiderunt. Nāq; alii muſarū inſcripſerūt. Alii ſiluaꝝ. Ille κηρίον: ideſt fauum. Alius κέρας ἀμαλθείας: ideſt copiæ cornu. Quidam lectionis ſuæ. Alius antiqaꝝ lectionum. Atq; alius πινακίδιον: ideſt catinulū. Et itē alius ἐγχειρίδιον. i. pugionē aut tabellam. Sunt etiam qui pādectas: ideſt omniū receptacula inſcripſerunt. Sūt aūt qui διατριβάς: ideſt exercitatiōes & ſtudia. Sunt adeo q de diſciplina: & de regia philoſophia: & de nat᷑a humana: & epiſtolicaꝝ quæſtionū. Eſt q memoriales titulos fecerit. Eſt q ſtudioſoꝝ: & de ridiculis. & ¶ Eſt qui hiſtoriæ nat᷑alis. Eſt ¶ Eſt præterea qui pratū. Eſt itidem qui Eſt qui ſcripſit ¶ Sūt itē multi q cōiectanea. Neq; itē deſunt: qui indices libris ſuis fecerunt: aut epiſtolaꝝ moralium: aut epiſtolicarum quæſtionū: aut confuſarum. Et quædā alia inſcripta

nimis lepida: multasq; prorsus cōcinnitates redolentia. Nos uero ut cœptus noster est īcuriose: & īmediate: ac ꝓpe etiā subrustice: ex ipso loco ac tempore hybernaꝶ uigiliaꝶ: atticas noctes inscripsimus: tantum cæteris omnibus: in ipsius quoq; scriptionis laude cedentes q̄tū cessimus in cura & elegātia scriptionis. Sed ne cōsiliū quidem in excerpendis: notandisq; rebus idem mihi: quod plerisq; illis fuit. Nāq; illi omnes & eoꝶ maxime græci multa & uaria lectitantes: ī quas res cūq; īciderāt: alba ut dicit̃ linea sine cura discriminis: solā copiā sectati conuertebāt: qbus in legēdis ante aīus senio: aut tedio languebit: q̄ unum alterūue reppererit: quod sit aut uoluptati legere: aut cultui legisse: aut usui meminisse. Ego uero cum illud Haracliti ephesii uiri summe nobilis uerbum cordi haberem: quod profecto ita est:

Ipse qdē uoluēdis trāseūdisq; multis admodum uoluminibus p oīa semper negocioꝶ interualla: ī quibus furari ociū potui exercitus defessusq; sum. Sed modica ex iis: eaque sola accepi: quæ aut ingenia prōpta expeditaq; ad honestæ eruditionis cupidinē: utiliūq; artiū contēplationem celeri faciliq; compendio ducerēt: aut homines aliis iam uitæ negociis occupatos: a turpi certe agrestiq; reꝶ atq; uerboꝶ imperitia uindicarent. Quæ erunt autē in his cōmētariis pauca quædam scrupulosa: & anxia: uel ex grāmatica: uel ex dialectica: uel etiam ex geometria: quæq; erunt item paucula remotiora sup augurio: & iure pontificio: non oportet ea defugere: quasi aut cognitu non utilia: aut perceptu difficilia. Non enim fecimus altos nimis: & obscuros in his rebus quæstionum sinus: sed primicias quasdam: & quasi libamenta ingenuaꝶ artium dedimus: quæ uirū ciuiliter eruditum neq; audisse unq̄: neq; attigisse: si non utile: haud quidē certe indecoꝶ. ab his igit̃: sicui forte nonnunq̄ tempus uoluptasq; erit lucubratiunculas istas cognoscere: petitum impetratūq; uolumus: ut ī legendo quæ pridē scierint: non aspernent̃ q̄si nota inuulgataq;. Nā & quid tam remotum in litteris est: quin id tamen cōplusculi sciāt? Et satis hoc blandū est: non esse hæc neq; in scholis decantata: neq; ī cōmētariis protrita. Quæ porro noua sibi ignotaq; offenderīt: æquū esse puto: ut sine uano obtrectatu considerent: ac minutæ istæ admonitiones pauxillulæ nequaq̄ tamen sint: uel ad alendum studium honestæ: uel ad oblectādum frigidæ fouendumq; animum. Sed eius seminis generisq; sint: ex quo facile adolescant aut ingenia hominum

uegetiora:aut memoria admiculatior:aut oratio solertior:aut sermo icorruptior:aut delectatior motio:aut i ludo liberalior. Quæ autē parum plana uidebūt:aut mius plena istructaq;:petimus inq̄ ut ea nō docēdi magisq̄ admonēdi gratia scripta existimēt. & quasi demōstratione uestigiorum contēti psequāt ea post:si libebit:uel libris reptis:uel magistris. Quæ uero putauerit reprehēdenda iis:si audebūt: succenseant:unde ea nos accepimus. Sed enī quæ aliter apud aliū scripta legerint:ne iā statim tēpore obstrepāt: sed tractiones rerum: & auctoritates hominū pensitēt:quos illi:quosq; nos secuti sumus. Erit autem id longe optimū:ut q i lectitādo:scribendo:cōmētādo: nūq̄ uoluptates:nūq̄ labores ceperūt:nullas hoc genus uigilias uigilarūt:neque ullis iter eiusdē musæ æmulos certatioibus:disceptationibusq; elimati sunt:sed intēperiarum negociorumq; pleni sūt: abeāt pcōtādo: scribēdo a noctibus his pcul. atq; alia sibi oblectamēta quærāt. Vetus adagiū est:Nihil cū fidibus graculo. Nihil cū amaricino sui. Atq etiam quo sit quorūdā maledoctorum hominū sæuitas:& iuidentia iritatior: mutuabor ex Aristophanis coronopesta pauca. Et quam ille homo festiuissimus fabulæ suæ spectādæ legē dedit: eādem ego cōmentariis his legendis dabo:ut ea ne attingat:neue adeat pfestū:& pfanū uulgus a ludo musico diuersum. Versus legis datæ hi sunt.

Volumina cōmētariorum ad hūc diem uiginti iā facta sūt. Quātū aūt uitæ mihi deīceps deū uolūtate erit: q̄tūq; a cura publica: & a re faīliari: pcurādoq; cultu liberorum meorum dabit ocium:ea oīa succisiua:& subsecūdaria tempora ad colligendas huiuscemodi memoriarum disceptatiūculas cōferā. Progrediet igit numerus librorum diis beneiuuātibus cū ipsius uitæ q̄tuli qq; fuerit pgressibus. Neq; lōgiora mihi dari spatia uiuendi uolo:q̄ dū ero ad hanc quoq; facultatem scribendi cōmentandiq; idoneus. Capita rerum quæ cuiq; cōmentario insunt exposuimus hic uniuersa:ut iam statim declaretur: quid quo i libro quæri inueniriq; possit.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII FINIS: IMPRESSI VENETIIS PER ANDREAM IACOBI CATHARENSEM. M. CCCC. LXXVII. ANDREA VENDRAMENO DVCE VENETIARVM INCLYTO.

¶ AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII CAPITVLA PRIMI LIBRI.

QVali proportione: qbusq; collectionibus Plutarchus rōcinatū esse Pythagorā philosophū dixerit: de cōprehendēda corporis proceritate qua fuit Hercules: cum uita inter homines uiueret.
¶ Caput primum. ¶ Plutarchus.
Ab Herode Attico cōsulari uiro tēpestiue deprompta in quēdam iactatum & gloriosum adolescentem specie tātū philosophiæ sectatorem: uerba Epicteti stoici: qbus festiuiter a se uero stoico seiūxit uulgus loquaciū nebulonū: qui se stoicos nuncuparent.
¶ Caput secundum. ¶ Herodes Atticus.
Quod Chilo lacedæmonius consiliū anceps pro salute amici cepit. Quodq; est circūspecte & anxie considerādū an pro utilitatibus amicorum deliquendū aliquando sit: notataq; inibi: & relata: quæ Theophrastus: &. M. Cicero super ea re scripserunt.
¶ Caput. iii. ¶ Chilo præstabilis.
Quā tenuiter curioseq; explorauerit Antonius Iulianus ī oratiōe. M. Tullii uerbi ab eo mutati argutiā. ¶ Caput. iiii. ¶ Antonius.
Quod Demosthenes rhetor cultu corporis: atq; uestitu ꝓbris obnoxio: īfamiq; mūdicia fuit. Quodq; itē Hortēsius orator ob eiusmodi mūdicias: gestūq; in agēdo histrionicū Dionysiæ saltatriculæ cognomento cōpellatus est. ¶ Caput. v. ¶ Demosthenem.
Verba ex oratione Metelli Numidici: quam dixit ad populum in censura: cum eum ad uxores ducendas adhortaretur. eaq; oratio quā ob causam reprehensa: & quo contra modo defensa sit
¶ Caput sextum. ¶ Multis & eruditis
In hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrē hāc sibi rem spe rant præsidio futuꝝ: neq; mendū esse: nec uitiū. Errareq; istos: q bonos uiolant libros: & futurā scribunt. atq; ibi de quodā alio Cicerōis uerbo dictū: quod probe scriptū perperā mutat̄. & aspera quædā de modulis numerisq; oratiōis: quos Cicero auide sectatus est.
¶ Caput septimū. ¶ In oratione.
Historia in libris Phocionis philosophi reperta super Laide meretrice: & Demosthene rhetore. ¶ Caput octauum. ¶ Phocion.
Qui modus fuerit: quis ordo disciplinæ pythagoricæ: q̄tūq; tēporis

imperatum obſeruatūq; ſit dicendi ſimul ac tacendi.
¶ Caput nonum. ¶ Ordo.
Quibus uerbis cōpellauerit Phauorius philoſophus adoleſcētē uetuſte nimis: & priſce loquentē. ¶ Caput decimū. ¶ Phauorinus.
Quod Thucydides hiſtoriæ ſcriptor ĩclytus lacedæmonios in acie nō tuba: ſed tibiis eſſe uſos dicit. uerbaq; eius ſuper ea re poſita: quodq; Herodotus Haliatem regem fidicinas in procinctu habuiſſe tradit. Atq; inibi quædam notata de Gracchi fiſtula cōcionatoria.
¶ Caput undecimum. ¶ Auctor.
Virgo Veſtæ qd ætatis: & ex quali fãilia: & quo ritu: qbusq; cerimoniis: ac religionibus: ac cognomine a pontifice Maximo capiatur. Et quo ſtatĩ iure eſſe ĩcipiat ſimul atq; capta eſt. ꝙq; ut Labeo dicit nec inteſtato cuiq̃: nec eius inteſtatæ quisq̃ iure hæres eſt.
¶ Caput duodecimum. ¶ Qui de uirgine.
Quæſitum in philoſophia eſt quidnam foret in recepto mãdato rectius. Idne omnino facere quod mãdatū eſt an non: nunq̃ etiã cōtra ſi id ſperes ei: qui mandauit utilius fore. Superq; ea quæſtione expoſitæ diuerſæ ſententiæ. ¶ Caput. xiii. ¶ In officiis.
Quid dixerit: feceritq;. C. Fabricius magna uir gloria: magniſq; rebus geſtis: ſed familiæ pecuniæq; ĩops: cum ei ſamnites tanq̃ ĩdigēti graue auꝝ donarent: plenumq; odii. ¶ Caput. xiiii ¶ Iulius Hi.
Quam ĩportunum uitium ſit futilis inaniſq; loquacitas: & q̃multis in locis a principibus utriuſq; linguæ uiris deteſtatione iuſta culpata ſit. ¶ Caput quintumdecimum. ¶ Qui ſunt leues.
Quod uerba iſtæc Quadrigarii ex annali. iii. Ibi mille hominū occiditur non licentia: neq; poetarum figura: ſed ratione certa: & proba grãmaticæ diſiplinæ dicta ſūt. ¶ Caput. xvi. ¶ Quadrigarius.
Quanta cum animi æquitate tolerauerit Socrates uxoris ingenium ĩtractabile. atq; ĩibi qd. M. Varro ĩ quadã ſatyra de officio mariti ſcripſerit ¶ Caput. xvii. ¶ Xanthippe Socratis.
Quod. M. Varro ĩ libro primo de ratione uocabulorū. l. Celiū magiſtrum ſuum περὶ ἐτυμολογίασ nōnullorum uerboꝝ falſa dixiſſe reprehendit. Quodq; idem Varro in eodem libro furis ἐτυμολογίαν falſam dicit. ¶ Caput. xviii. ¶ In primo.
Hiſtoria ſuper libris ſibyllinis. ac de Tarquinio ſuperbo rege.
¶ Caput nonumdecimum. ¶ In antiquis.

Quid geometræ dicant græci: quibusq; oīa ista latinis uocabulis appellentur. ¶ Caput. uicesimum. ¶ Figuratum.
Quod Iulius Higinus affirmatissime contendit legisse se primū libꝝ .P. Virgilii domesticū: in quo scriptū esset. Et ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror: nō ꝙ uulgus legeret sensu torquebit amaro
¶ Caput uicesimū primum. ¶ Versus istos.
An q causas defēdit: recte latineq; dicat: superesse id quod defendit. Et supesse proprie quid sit. ¶ Caput. xxii. ¶ Irroborauit.
Quis fuerit Papirius prætextatus: quæue istius causa cognomēti sit: Historiaq; ista omnis super eodē Papirio cognitu iucunda.
¶ Caput. xxiii. ¶ Historia.
Tria epigrammata trium ueterum poetarum: Neuii: Plauti: Pacuuii quæ facta ab ipsis eoꝝ sepulchris incisa sunt.
¶ Caput uicesimūquartum. ¶ Trium.
Quibus uerbis. M. Varro indutias definierit: quæsitūq; inibi curiosius quænam ratio sit uocabuli indutiarum.
¶ Caput. xxv. ¶ Duobus modis.
Quē in modum mihi Taurus philosophus responderit percontanti an sapiens irasceretur. ¶ Caput. xxvi. ¶ Interrogaui.

¶ CAPITVLA SECVNDI LIBRI.

QVo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patiētiam corporis: deq; eiusdē uiri patiētia. ¶ Caput primū. ¶ Inter.
Quæ ratio obseruatioq; officioꝝ esse debeat inter patres: filiosq; i discumbendoq;: sedendoq;: atq; in id genus rebus domi forisq;.
¶ Caput secundum. ¶ Ad philosophum.
Qua ratione uerbis quibusdā: uocabulisq; ueteres īmiserunt. h. litteræ spiritum. ¶ Caput. tertium. ¶ .H. litteram.
Quam ob causam .C. Bassus genus quoddam iudicii diuinationem appellari scripsit: & quam alii causam esse eius uocabuli dixerunt.
¶ Caput quartum. ¶ Cum de.
Quā lepide designateq; dixerit Phauorinus philosophus: qđ intersit īter Platonis: & Lysiæ orationē. ¶ Caput. v. ¶ Phauorinus.
Quibus uerbis ignauiter: & abiecte Virgilius usus esse dicat̃: & qđ iis quiīprobe dicūt: respōdeat̃. ¶ Caput sextū. ¶ Nonnulli.

De officio erga parentes liberorũ:deq; ea re ex philoſophiæ libris.ĩ q/
bus ſcriptũ:quæſitumq; eſt:an ſemper in omnibus patris iuſſis obſe
quendum ſit. ¶ Caput.ſeptimum. ¶ Quæri.
Quod parum æqua reprehenſio Epicuri a Plutarcho pacta ſit ĩ ſyllo
giſmi diſciplina. ¶ Caput octauum. ¶ Plutarchus.
Quod idem Plutarchus euidenti calũnia uerbum ab Epicuro dictũ
inſectatus ſit. ¶ Caput octauum. ¶ In eodem libro.
Quid ſint fauiſſæ capitolinæ.& quid ſuper eo uerbo.M. Varro Ser/
uio Sulpitio quærẽti reſcripſerit. ¶ Caput.ix. ¶ Seruius Sulpitius.
De Sicinio dentato egregio bellatore memoratu digna.
¶ Caput decimum. ¶ .L.Sicinium.
Conſiderata perpenſaq; lex quædã Solonis ſpeciẽ habens primorem
iniquæ:iniuſtæq; legis:ſed ad uſum:& emolumentũ ſalubritatis pe/
nitus repertam. ¶ Caput.xi. ¶ In legibus Solonis.
Liberos in multitudinis numero etiam unum filiũ:filiãq; ueteres di/
xiſſe. ¶ Caput duodecimum. ¶ Antiqui oratores.
Quod.M.Cato in libro qui ſcriptus eſt cõtra Tiberiũ exulẽ ſtitiſſes
uadimonium per i litterã dicit:nõ ſtetiſſes.Eiuſq; uerbi ratio reddita
¶ Caput.xiii. ¶ In libro uetere.
Quod antiqtus ætati ſenectæ potiſſimũ hĩti ſint ãpli honores.& cur
poſtea ad maritos:& pr̃es iidem iſti honores delati ſint:atq; ibi quæ/
dam de capite legis iuliæ ſeptimo. ¶ Caput.xiiii. ¶ Apud.
Quod Ceſellius uindex a Sulpitio Apollinari reprehenſus eſt:in ſen
ſus uirgiliani enarratione. ¶ Caput.xv. ¶ Virgilii uerſus.
Cuiuſmodi naturã eſſe quarundã præpoſitionũ.M.Cicero animad/
uerterit.diſceptatũq; ibi ſuper eo ipſo quod cicero obſeruauerat.
¶ Caput.xvi. ¶ Obſeruate curioſeq;.
Quod Phædon ſocraticus ſeruus fuit.ꝙq; item alii cõpluſculi ſerui/
tutem ſeruirent. ¶ Caput.xvii. ¶ Phædon elidenſis.
Reſcire uerbum quid ſit:& quam habeat ueram & propriã ſignifica/
tionem. ¶ Caput.xviii. ¶ Verbum reſcire.
Quæ uulgo dicantur uiuaria:id uocabulum ueteres dixiſſe.& quid ꝓ
eo.P.Scipio in oratione ad populum. Quid poſtea.M. Varro in li/
bris de re ruſtica dixerit uſurpatum.
¶ Caput.xix. Viuaria quæ nunc dicuntur.
Super eo ſydere quod græci ἁμαξαν:nos ſeptẽtriões uocamus. ac de

utriusq; uocabuli ratione & origine. ¶ Caput.xx. ¶ Ab Aegina.
De uēto iapige deq; alioꝝ uētoꝝ uocabulis regiōibusq; accepta a Phauorini sermōibus. ¶ Caput.xxi. ¶ Apud mensam.
Cōsultatio diiudicatioq; locoꝝ facta ex comœdia Menādri & Cecilii: quæ Plociū īscripta est. ¶ Caput.xxii. ¶ Comœdias lectita.
De uetere parsimōia: deq; āitiquis legibus sūptuariis. ¶ Caput.xxiii.
¶ Parsmonia apud ueteres.
Quid græci ἀναλογίαν uocant: quid contra ἀνομαλίαν.
¶ Caput.xxiiii. ¶ In latino sermone.
Sermones. M. Frōtonis & Phauorini philosophi de generibus coloꝝ: Vocabulisq; eoꝝ græcis & latinis. atq; ibi color spadix & cuiusmōi sit. ¶ Caput.xxv. ¶ Phauorinus philosophus.
Quid. T. Castritius existimauerit sup Salustii uerbis & Demosthēis quibus alter philippū descripsit: alter Sertoriū. ¶ Caput.xxvi.
¶ Verba hæc.
Nō esse cōpertum cui deo rem diuinā fieri oporteat: cū terra mouet̃ uiribus. ¶ Caput.xxvii. ¶ Quænam esse causa.
Apologus Aesopi phrygis memoratu non inutilis.
¶ Caput.xxviii. Aesopus ille e phrygia.
Quid obseruatum sit in undarum motibus: quæ in mari alio: atque alio modo fiunt: austris flantibus: aquilonibusq;.
¶ Caput.xxix. ¶ Hoc sæpe.

¶ CAPITVLA TERTII LIBRI.

QVæsitum: ac tractatum quam ob causam Salustius auariciam dixerit nō animū modo uerilē: sed corpus quoq; ipsū effœminare. ¶ Caput primum. ¶ Hieme iam.
Quemnam esse natalem diem. M. Varro dicat eoꝝ: qui ante noctis horam sextā: postue eam nati sunt: Atq; ibi de tēporibus termīisq; dierum: qui ciuiles nominātur: & usq;quaq; gentiū uarie obseruāt̃: & præterea qd. Q. Mutius scripserit super ea muliere: quā maritus nō iure usurpauisset: quod rōnē ciuilis anni non habuerit.
¶ Caput secundum. ¶ Quæri solitum est.
De noscendis explorandisq; Plauti comœdiis. Quoniam promiscue ueræ atq; falsæ nomine eius inscriptæ ferunt̃. Atq; ibi q Plautus in

piſtrino:& Neuius in carcere fabulas ſcriptitarunt.
¶ Caput tertium. ¶ Verum eſſe.
Quod.P.Africano & aliis uiris nobilibus ante ætatem ſenectam bar bam & genas radere patrii moris fuit. ¶ Caput.iiii. ¶ In libris.
Deliciarum uitiū & mollicies oculorum & corporis ab Arceſilao phi/ loſopho cuidam obprobrata acerbe ſimul:& feſtiuiter.
¶ Caput quintum. ¶ Plutarchus refert.
De ui atq; natura palmæ arboris.quod lignum ex ea' ponderibus im poſitis renitatur. ¶ Caput.ſextum. ¶ Perhercle rem mirandam.
Hiſtoria ex annalibus ſumpta.de.Q.ceditio tri.militū: uerbaq; ex originibus.M.Catonis appoſita : qbus Cedicii uirtutē cū Spartano leonida æquiparat. ¶ Caput ſeptimū. ¶ Pulchrum dii.
Litteræ eximiæ conſulū.C.Fabritii & Aemilii ad regē pyrrhū a.Q. Claudio ſcriptore hiſtoriarum in memoriā datæ.
¶ Caput octauum. ¶ Cum Pyrrhus rex.
Quis & cuiuſmodi fuerit:qui ī prouerbio fertur equus ſeianus.& q̄/ li color equorꝝ ſit:qui ſpadices uocantur.deq; iſtius uocabuli ratiōe.
¶ Caput nonum. ¶ C.Baſſus in cōmentariis.
Quod eſt quædā ſeptenarii numeri uis:& facultas in multis naturæ rebus animaduerſa.de qua.M.Varro in hebdomadibus diſſerit co/ pioſe. ¶ Caput.x. ¶ .M.Varro in primo.
Quibus & q̄ friuolis argumentis Actius in didaſcalicis utatur: qbus docere nititur Heſiodum eſſe:q̄ Homerum natu antiquiorem.
¶ Caput.xi. ¶ Super ætate Homeri.
Largum atq; auidum bibendi a.P.Nigidio doctiſſimo uiro nouo & prope modum abſurdo uocabulo biboſum dictum.
¶ Caput.xii. ¶ Bibendi auidum.
Quod Demoſthenes etiam tum adoleſcens: cum Platonis philoſo/ phi diſcipulus foret: audito forte Caliſtrato rhetore in concione po/ puli deſtitit a Platone:& ſectatus eſt Caliſtratum.
¶ Caput.xiii. ¶ Hermippus hoc ſcriptum.
Dimidium librum legi:aut dimidiam fabulam audiui: aliaq; huiuſ/ modi:qui dicat:uitioſe dicere. eiuſq; uitii cauſas reddere.M.Varro/ nem.Nec quenq̄ ueterum hiſce uerbis ita uſum eſſe.
¶ Caput.xiiii. ¶ Dimidium librum legi.
Extare in litteris:perq; hominū memorias tradi: quod repēte multis

mortem attulit gaudium ingens insperatum interclusa anima: & uim magni nouiq; motus non sustinente.
¶ Caput.xv. ¶ Cognito repente.
Temporis uarietas in puerperiis mulierum quænam sit a medicis & philosophis tradita: atq; inibi poetarum quoq; ueterum sup eadē re opiniones. Multaq; alia auditu: atq; memoratu digna. uerbaq; ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumpta: qui inscriptus est περὶ τροφῆς idest de alimento. Id quoq; esse a grauissimis uiris memoriæ mandatum. ¶ Caput.xvi. ¶ Et medici & philosophi.
Quod tres libros Plato philolai pythagorici: & Aristoteles paucu/los Speusippi philosophi mercati sunt preciis fidem non capientibus. ¶ Caput.xvii. ¶ Memoriæ mandatum.
Quid sint pedarii senatores: & quam ob causam ita appellati. quāq; habeant originem uerba hæc ex edicto translatitio consulum. Senatores quibusq; in senatu sententiam dicere licet.
¶ Caput.xviii. ¶ Non pauci sunt.
Qua ratione. C. Bassus scripserit parcum hominem appellatum. & quam eius uocabuli causam putarit. & contra quem in modū: quibusq; uerbis Phauorinus hanc traditionem eius eluserit.
¶ Caput.xix. ¶ Apud cœnam Phauorini.

¶ CAPITVLA QVARTI LIBRI.

Sermo quidam Phauorini philosophi cū grāmatico iactātiore factus in socraticū modū. Atq; ibi inter sermonē dictū quibus uerbis penus a. Q. Sceuola definita sit: ꝙq; eadem definitio culpata: reprehensaq; sit. ¶ Caput primū. ¶ In uestibulo.
Quid differant: & quam uim habeant uocabula ista in edicto ædiliū. & an eunuchus & steriles mulieres redhiberi possint. diuersæq; super ea re sententiæ. ¶ Caput secundum. ¶ In edicto.
Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe roma ante Carbilianum diuortium. Atq; inibi quid sit pellex.
¶ Caput tertium. ¶ Memoriæ traditum est.
Quid Seruius Sulpitius ī libro: qui est de dotibus: scripserit de iure atq; more ueteꝝ spōsalioꝝ. ¶ Caput.iiii. ¶ Sponsalia in ea.
Historia narrata de perfidia aruspicum hetruscoꝝ. ꝙq; ob eā rē uer/

ſus hic a pueris romæ urbe tota cantatus eſt. Malũ conſiliũ conſul-
tori peſſimum. ¶ Caput. v. ¶ Statua romæ.
Verba ueteris ſenatuſcõſulti iſta: quo decretũ eſt hoſtiis maioribus
expiandum: quod in ſacrarium haſtæ martiæ mouiſſent. Atque ibi
enarratum quid ſint hoſtiæ ſuccidaneæ. Quid item tẽpora præcida-
nea. & quid Capito Atteius ferias quaſdã præcidaneas appellauit.
¶ Caput ſextum. ¶ Vt terram.
De epiſtola Valerii Probi grãmatici ad Marcellũ ſcripta: ſuper accen
tu nominũ quorũdã punicoꝝ. ¶ Caput. vii. ¶ Valerius.
Quid. C. Fabritius de Cornelio Ruffino hoĩe auaro dixerit. Quẽ cũ
odiſſet: inimicuſq; eſſet: deſignandum eum conſulem curauit.
¶ Caput octauum. ¶ Fabritius Lucinus.
Quid ſignificat proprie religioſus: & in quæ diuerticula ſignificatio
iſtius uocabuli flexa ſit. & uerba Nigidii Figuli ex commentariis eius
ſuper ea re ſumpta. ¶ Caput nonũ. ¶ Nigidius Figulus.
Quid obſeruatũ de ordine rogandaꝝ ſententiaꝝ: iurgioꝝ quoq; ĩ ſe
natu. C. Cæſaris conſulis: &. M. Catonis diẽ dicendo eximentis.
¶ Caput. x. ¶ Ante legem quæ nunc.
Quæ qualiaq; ſint: quæ Ariſtoxenus quaſi magis cõperta de Pytha-
gora memoriæ cõmendauit. & quæ Plutarchus in eũdẽ modũ de eo-
dem Pythagora ſcripſerit. ¶ Caput. xi. ¶ Opinio uetus falſa.
Notæ & animaduerſiones cenſoriæ in ueteribus monumentis reptæ
memoria dignæ. ¶ Caput. xii. ¶ Si quis agrum ſuum.
Quod incentiones quædã tibiaꝝ certo modo factæ iſchiacis mederi
poſſunt. ¶ Caput. xiii. ¶ Creditum hoc a pleriſq;.
Narratur hiſtoria de Hoſtilio mancino ædili: & Manulia meretrice.
uerbaq; decreti tribunoꝝ: ad quos a Manulia prouocatum eſt.
¶ Caput. xiiii. ¶ Cum librum nonum.
Defenſa a culpa ſententia ex hiſtoria Saluſtii: quã inimici antea cũ ĩ
ſectatione maligne reprehenderunt. ¶ Caput. xv. ¶ Elegantia.
De uocabulis quibuſdã a Varrone & Nigidio contra quotidiani ſer-
monis conſuetudinẽ declinatis. atq; inibi id genus quædã cũ exẽplis
ueterum relata. ¶ Caput. xvi. ¶ .M. Varronem.
De natura quarũdã particulaꝝ: quæ præpoſitæ uerbis intendi: atq;
produci barbare: atq; inſcite uident: exemplis rõnibuſq; pluſculis di
ſceptatũ. ¶ Caput. xvii. ¶ Lucilii ex.

¶ CAPITVLA QVINTI LIBRI.

¶Caput.xii.¶ In antiquis ſpectationibus.
De officiorum gradu atq; ordine moribus po.romani obſeruato.
¶Caput.xiii. ¶ Seniorum hominum.
Quod Appion doctus homo:qui polyhiſtor appellatus ē: uidiſſe ſe romæ ſcripſit recognitionē inter ſeſe mutuam ex uetere amicitia ho/ minis & leonis.¶ Caput.xiiii.¶ Appion qui.
Corpus ne ſit uox an ἀσώματον:ideſt incorporeum uarias eſſe phi/ loſophorum ſententias. ¶ Caput.xv. ¶ Vetus:atq; perpetua.
De ui oculorum.atq; uidendi rationibus.
¶ Caput.xvi.¶ De uidendi ratione.
Quam ob cauſam dies primi poſt calendas:nonas:idus: atri habeāt & cur diem quoq; quartū ante calēdas:uel nonas:uel idus: quaſi reli gioſum pleriq; uitant. ¶ Caput.xvii.¶ Verrius Flaccus.
In quo:& quantum differat hiſtoria ab annalibus. Superq; ea re uer ba poſita ex libro rerum geſtarum Sempronii Aſellionis primo.
¶ Caput.xviii.¶ Hiſtoriā ab annalibus.
Quid ſit adoptatio:quid item arrogatio:q̃tūq; hæc inter ſe differāt. uerbaq; eius:quæ qualiaq; ſint:q in liberis arrogandis ſuper ea re po pulum rogat. ¶ Caput.xix.¶ Cur in alienam.
Quod uocabulū latinū ſoloeciſmo fecerit Capito Aſinius. Quid au tem ipſum appellauerint ueteres latini. Quibuſq; uerbis ſoloeciſmū definierit idem Capito Aſinius.¶ Caput.xx. ¶ Soloeciſmus.
Pluria qui dicat:& compluria:& compluries non barbare dicere: ſed latine. ¶ Caput.xxi.¶ Pluria forte.

¶CAPITVLA SEXTI LIBRI.

QVēadmodū reſpōderit Chryſippus aduerſus eos:q prouidētiā cōſiſtere negauerunt. ¶ Caput primum.¶ Homines.
Quo itidem modo:& uim neceſſitatēq; fati cōſtituerit.& eſſe tamen in nobis conſilii:iudiciiq; noſtri arbitrium confirmarit chryſippus.
¶ Caput ſecundum.¶ Fatum quod græci.
Hiſtoria ſumpta ex libris Tuberonis de ſerpente inuſitatæ longitu/ dinis. ¶ Caput tertium. ¶ Tubero in hiſtoriis.
Quid idem Tubero nouæ hiſtoriæ de Attilio Regulo a carthaginen/ ſibus capto memoriæ mandauerit.Quid etiā Tuditanus ſup eodem

CAPITVLA SEPTIMI LIBRI.

¶ Caput.xiii. ¶ Classici dicedantur.
De tribus dicendi generibus: ac de tribus philosophis: qui ab atheniē sibus ad senatū romā legati missi sūt. ¶ Caput.xiiii. ¶ Et ī carmīe.
Quā seuere moribus maiorꝝ in fures uindicatū. & qd scripsent Mutius Scæuola super eo: quod seruādū datū cōmodatū ue esset.
¶ Caput.xv. ¶ Labeo in libro.
Locus excriptus e satyra. M. Varronis: quæ περι ἐδεσμάτων. i. de eduliis inscripta est: de peregrinis scilicet ciborꝝ generibus. & appositi uersus Euripidis: quibus delicatorꝝ hominū luxuriātem gulā confutauit. ¶ Caput.xvi. ¶ Varro in satyra.
Sermo habitus cum grāmatico insolentiarum: & imperitiarꝝ pleno: de significatione uocabuli: quod est obnoxius: deq; eius uocis origīe.
¶ Caput.xvii. ¶ Percontabar romæ.
De obseruata custoditaq; apud romanos iusiurādum sanctimonia. atq; sibi de decem captiuis: quos Annibal romam deiurio ab iis accepto legauit. ¶ Caput.xviii. ¶ Iusiurandum apud romanos.
Historia ex annalibus de Tiberio Sempronio gracco sumpta patre Gracchorꝝ tri.ple. atq; inibi tri.ple. decreta cum ipsis uerbis relata.
¶ Caput.xix. ¶ Pulchrum atq; liberale.
Quod Virgilius a nolanis: ob aquā sibi non pmissam: sustulit e uersu suo nola: & posuit ora. atq; ibi de consonantia litterarꝝ iucunda.
¶ Caput.xx. ¶ Scriptum in quodam.
Quoad uiuet: & quoad morietᷣ: cur id ipsū tpr̄is significēt: cū ex duobus sint facta contrariis. ¶ Caput.xxi. ¶ Quoad uiuet.
Quod censores equū adimere soliti sint equitibus corpulētis: & prępinguibus. quæsitū q; utrū ea res cū ignominia: an īcolumi dignitate equitum facta sit. ¶ Caput.xxii. ¶ Nimis pingui.

¶ CAPITVLA OCTAVI LIBRI.

QVāobrē. Q. Claudius Quadrigarius ī duodeuicesimo annali scripserit rectiores certioresq; ictus fieri: si sursū qd mittas: q̄ si deorsum. ¶ Caput primum. ¶ Q. Claudius i duodeuicesimo.
Quibus rebus notarit Herodes Atticus falso quēpiā cultu amictuq; nomen habitumq; philosophiæ mentitum.
¶ Caput secundum. ¶ Ad Herodem.

¶ Caput.xvi. ¶ Plinius secundus existimatus est.

¶ CAPITVLA NONI LIBRI.

TErtiū ne consul:an tertio dici oporteat.& quonā modo Cn.Pō peius cū in theatro:quod erat dedicaturus:honores suos inscri beret quæstionē ancipitē istius uerbi:de cōsilio Ciceronis uitauerit.
¶ Caput primum. ¶ Familiari meo.
Quid aristoteles de numero puerperii memoriæ mandauerit.
¶ Caput secundum. ¶ Aristoteles philosophus.
Locorum quorūdam illustrium collatio:contentioq; facta ex oratio nibus.C.Gracchi:&.M.Ciceronis:&.M.Catonis.
¶ Caput tertium. ¶ Fortis & uehemens.
Quod.P.Nigidius argutissime docuit noīa non positiua esse:sed na turalia. ¶ Caput.iiii. ¶ Nomina uerbaq; non.
Auarus simplex ne uocabulum sit:an cōpositum & duplex: sicut.P. Nigidio uidetur. ¶ Caput.v. ¶ Auarus non simplex.
Mulctam dictā esse ab ædilibus.P.Appii Cæci filiæ mulieri nobili: ꝙ locuta esset petulantius. ¶ Caput.vi. ¶ Non in facta modo.
Fluminū quæ ultra imperiū ro.fluunt:prima magnitudīe esse nilū: secunda istrū:proxīa rhodanū:sicut.M.Varronē memini scribere.
¶ Caput septimum. ¶ Omnium fluminum.
Inter ignominias militares:quibus milites coercebant̄:fuisse sanguīs dimissionē.& quænam esse uideatur causa huiusmodi castigatiōis.
¶ Caput octauum. ¶ Fuit hæc quoq;.
Quibus modis quoq; habitu acies romana īstrui solita sit.quæq; ea rum instructionū sunt uocabula. ¶ Caput.ix. ¶ Vocabula sunt.
Quæ eius rei causa sit:ꝙ & græci ueteres & romani annulū in eo digi to gestauerunt:qui est in manu sinistra minimo proximus.
¶ Caput.x. ¶ Veteres græcos annulum.
Verbū mature qd significat:quæq; eius uocis ratio sit. & ꝙ eo uerbo uulgus hoīnū īproprie utit̄.atq; inibi quod præcox declinatū præco cis facit:nō præcoquis. ¶ Caput.xi. ¶ Mature nunc.
De portentis fabularꝵ:quæ Plinius secundus īdignissime ī Democri tum confert philosophū.& ibidem de simulacro uolucri columbæ.
¶ Caput.xii. ¶ Librum esse Democriti.

Cum partim hominum qua ratione homines dixerint.
¶ Caput.xiii. ¶ Partim hominum.
Iniuria mihi factum itur: quali uerbo℞ ordine Cato dixerit:
¶ Caput.xiiii. ¶ Audio illi iniuriam.
De flāminis dialis: deq; flāminicæ cerimoniis: uerbaq; ex edicto prætoris apposita: quibus dicit non coactu℞ se ad iurandū: neq; uirgines Vestæ: neq; diales. ¶ Caput.xv. ¶ Cerimoniæ.
Quos errores Iulius Higinus in sexto Virgilii animaduerterit ī historia romana erratos. ¶ Caput.xvi. ¶ Reprehendit Higi.
Quam ob cām: & quali modo Democritus philosophus lumībus oculo℞ sese priuauerit. & super ea re uersus Laberii pure admodū & uenuste facti. ¶ Caput.xvii. ¶ Democritum.
Historia de Artemisia: deq; eo certamīe: quod apud Mausoli sepulchrum a scriptoribus īclytis decertatū est. ¶ Caput.xviii. ¶ Arteīsia
Nō purgari: neq; leuari peccatū: cū prætēdit̄ peccato℞ quæ alii quoq; peccauerūt similitudo. atq; inibi uerba ex oratione super ea re Demosthenis: ¶ Caput.xix. ¶ Incessabat.
Quid sit rogatio: quid lex: quid plebiscitū: qd priuilegiū: & quantū oīa ista differant. ¶ Caput.xx. Quæri audio.
Quā ob cām. M. Cicero his oīo uerbis nouissime: & nouissimus uti obseruatissime uitarit. ¶ Caput.xxi. ¶ Non paucis.
Locus exēptus ex Platonis libro: q īscribit̄ Gorgias: de falsæ philosophiæ probris: qbus philosophos temere īcessuit: q emolumēta ueræ philosophiæ ignorāt. ¶ Caput.xxii. ¶ Plato ueritatis.
Verba ex orōne. M. Catonis de mulie℞ uete℞ uictu: & moribus. atq; inibi: quod fuerit ius marito: & in adulterio uxorē deprehensā necare. ¶ Caput.xxiii. ¶ Qui de uictu.
Die pristini: & die crastini: & die quarti: & die quinti: qui elegantius locuti sunt dixisse: non ut ea uulgo dicuntur nunc.
¶ Caput.xxiiii. ¶ Die quarto & die quinto.
Telo℞: & iaculo℞: gladiorūq; uocabula. atq; inibi nauiū quoq; genera: quæ scripta in uete℞ libris reperiuntur.
¶ Caput.xxv. ¶ Telorum iaculo℞.
Inscite ab Asinio Pollione reprehensū Salustiū: ꝓ trāsfretationem: transgressum dixerit: & transgressos: qui transfretassent.
¶ Caqut.xxvi. ¶ Asinio Pollioni.

Historia de po.romano:deq; populo punico: q pari propemodum uigore fuerint æmuli. ¶ Caput.xxvii. ¶ In libris ueteri.
De ætatū finibus pueritiæ:iuuentæ:senectæ: ex Tuberonis historiā sumptum. ¶ Caput.xxviii. ¶ Tubero in historiarū.
Quod particula atq; non cōplexiua tātū sit:sed uim habeat pluscu-lam:uariamq;. ¶ Caput.xxix. ¶ Atq; particula.

¶ CAPITVLA DECIMI LIBRI.

De origine uocabuli terræ Italiæ:deque ea mulcta quæ suprema appellatur:deq; eius nominis ratione:ac de lege aterina. & qui bus uerbis antiquitus mulcta minima dici solita sit.
¶ Caput primum. ¶ Timeus in historiis.
Quod elegantia apud antiquiores:non de amœniore īgenio: sed de nitidiore cultu:atq; uictu dicebatur:quod in uitio ponebatur.
¶ Caput secūdū. ¶ Elegans homo non dicebat.
Qualis:quantaq; sit pro particulæ uarietas. deq; exemplis eius uarie tatis. ¶ Caput tertium. ¶ Quando ab.
Quem in modum.Q..Ennius uersus Euripidis æmulatus sit.
¶ Caput quartum. ¶ Euripidis uersus.
De pyrrhoniis philosophis quædā:deq; academicis strictim notata: deq; inter eos differentia. ¶ Caput quintū. ¶ Quos pyrrhonios.
Quod mulieres romæ p Herculē nō iurauerint : neq; uiri p Castorē.
¶ Caput sextum. ¶ In ueteribus.
Verbis antiquissimis:relictisq;:& desitis minime utendum.
¶ Caput septimū. ¶ Verbis uti:aut.
Quid senserit:dixeritq;.M.Cato de albino:qui homo romanus græ ca orōne res romanas:uenia sibi ante eius linguæ īperitiæ petita: cō-posuit. ¶ Caput.viii. ¶ Iuste uenusteq;.
Historia de legatis mileti & Demosthene rhetore in libris Critolai re perta. ¶ Caput.ix. ¶ Critolaus.
Quod.C.Gracchus in oratione sua:historiā suprascriptam Demadi rhetori:nō Demostheni attribuit.uerbaq; ipsius.C.gracchi relata.
¶ Caput.x. ¶ Quod in capite.
Verba.P.Nigidii:quibus differre dicit mentiri:& mēdacium dicere.
¶ Caput.xi. ¶ Verba sunt hæc ipsa.
Quod Chrysippus philosophus omne uerbū ābiguū : dubiūq; esse

dicit. Diodorus contra nullũ uerbum ambiguum esse putat.
¶ Caput. xii. ¶ Chrysippus ait.
Quid. T. Castritius de uerbis: deq; sententia quadã. C. Gracchi æsti-
mauerit. ꝙq; esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.
¶ Caput. xiii. ¶ Apud. T. Castritium.
Sobria & pulcherrima Romuli regis responsio circa uini usum.
¶ Caput. xiiii. ¶ Simplicissima suauitate.
De ludibundo & errabũdo: atq; id genus uerboꝶ ꝓdũctionibus. & ꝙ
Laberius sic amorabũdã dixit: ut dicit̃ ludibunda & errabunda. atq;
inibi ꝙ Sisenna per huiusmodi uerbum noua figura usus est.
¶ Caput. xv: ¶ Laberius in lacu.
Quod græcoꝶ quorũdam uerborum difficillima est in latinam lin-
guam mutatio: uelut quod græce dicitur πολυπραγμοσύνη.
¶ Caput. xvi. ¶ Adiecimus sæpe.
Quid significat in ueteribus prætoꝶ edictis: ꝙ flumina retãda publi
ce redempta habent. ¶ Caput. xvii. ¶ Edicta ueterum.
Qua pœna Draco atheniẽsis in legibus: q̃s populo atheniẽsi scripsit:
fures affecerit: & qua postea Solon: & qua itẽ decẽuiri nostri: q. xii. ta
bulas scripserũt. atq; inibi ascriptũ: quod apud ægyptios furta licita
& ꝑmissa sũt. apud lacedæmonios autẽ cũ studio quoq; affectata: &
ꝓ exercitio utili celebrata. ac præterea. M. Catonis de puniẽdis furtis
digna memoria sentẽtia. ¶ Caput. xviii. ¶ Draco atheniensis.

¶ CAPITVLA VNDECIMI LIBRI.

DIssertatio Phauorini philosophi: qua suasit nobili fœminæ: ut
liberos: quos peperisset: nõ nutricum adhibitaꝶ: sed suo sibi lacte ale
ret. ¶ Caput primum. ¶ Nuntiatum quodam.
Quod Anneus Seneca iudicãs de. Q. Ennio: deque. M. Tullio leui
futiliq; iudicio fuit. ¶ Caput. ii. ¶ De Anneo Seneca.
Littoris uocabulum: qua ratione cõceptum: ortũq; sit: & super eo di
uersæ sententiæ Valgii Ruffi: & Tul. Ciceronis liberti acceptæ.
¶ Caput tertium. ¶ Valgius Ruffus.
Ex. Q. Ennii septio annaliũ uersus: qbus depingit̃ finitq; ingeniũ:
comitasq; hominis minoris erga amicum superiorem.
¶ Caput. iiii. ¶ Descriptum definitumq; est.
Sermo Tauri philosophi de modo: atq; rõe tolerãdi doloris secũdũ

ſtoicorum decreta. ¶ Caput quintum. ¶ Cum delphos.
Quod græci ænigma dicunt: latini antiqui ſcirpos appellauerunt.
¶ Caput ſextum. ¶ Quæ græci dicunt.
Quam ob cām Cn. Dolobella procōſul reā mulierē ueneficii: cōfitē-
temq; ad areopagitas reiecerit. ¶ Caput ſeptimū. ¶ Ad Cn. Dolo.
Reditiones in gratiam nobilium uirorum memoratu dignæ.
¶ Caput octauum. ¶ .P. Africanus ſuperior.
Quæ dicant̄ uocabula ācipitia: & quod honoris quoq; uocabulū an-
cipiti ſententia fuerit. ¶ Caput.ix. ¶ Eſt plurifariam.
Quod æditimus uerbū latinū fuit. ¶ Caput.x. ¶ Aeditimus.
Errare iſtos: qui ſpe & fiducia latendi peccent: cū latebra peccati So-
phoclis poetæ ſententia. ¶ Caput.xi. ¶ Philoſophum nomine.
Faceta reſponſio. M. Ciceronis amolientis a ſe crimen manifeſti mē-
dacii. ¶ Caput.xii. ¶ Hæc quoq; diſciplina.
Intra calendas cum dicitur: quid ſignificet: utrū ante calendas: an ca-
lendis: an utrūq;? Atq; inibi quid ſit in oratione. M. Tul. intra ocea-
num & intra montem taurꝝ: & in quadā epiſtola intra modum.
¶ Caput.xiii. ¶ Cum romæ a con.
Saltem particula quam uim habeat: & quam originem.
¶ Caput.xiiii. ¶ Saltem particula.
Quod Siſenna ī libris hiſtoriaꝝ aduerbii huiuſcemodi ſæpenumero
uſus eſt: celatī: uelitatim: ſaltuatī. ¶ Caput.xv. ¶ Cū lectitaremus.

¶ CAPITVLA DVODECIMI LIBRI.

INquiſitio uerboꝝ iſtoꝝ. M. Tullii curioſior quæ ſunt ī primo antonianaꝝ libro: multa auté īpendere uident̄ præter naturā: & præterq; fatū. tractatūq; an idem duo iſta ſignificēt: fatū: atq; natura: an diuerſū. ¶ Caput primū. M. Cicero.
Sup poetaꝝ Pacuuii: & Accii colloquio familiari in oppido tarētino
¶ Caput ſecundum. ¶ Quibus ocium.
An uocabula hæc: neceſſitudo & neceſſitas differēti ſignificatōe ſint.
¶ Caput tertium. ¶ Riſu prorſus.
Olympiadis Alexādri matris comis. ac prudens ad filiū reſcriptio.
¶ Caput quartum. ¶ In pleriſq;.
De Ariſtotele: & Theophraſto: & Menedemo philoſophis. deq; ele-
gāti uerecūdia ariſtotelis ſucceſſorē Diatribæ ſuæ eligentis.

¶ Caput quintum. ¶ Aristoteles philosophus.
Quid ueteres latini dixerunt: quas græci προσῳδίας: idest uocũ moderamenta appellant. & item ꝙ uocabulum barbarismi non usurpauerint: neq; romani antiquiores: neq; attici.
¶ Caput sextum. ¶ Quas græci.
Diuersũ de natura leonũ dixisse Homeꝝ in carminibus: & Herodotum in historiis. ¶ Caput. vii. ¶ Leænas inter.
Quod Afranius poeta prudenter & lepide sapientiã filiã esse usus: & memoriæ dixit. ¶ Caput. viii. ¶ Eximie hoc.
Quid Tullius Tyro in cõmentariis scripserit de suculis: & hyadibus quæ sunt stellaꝝ uocabula. ¶ Caput. ix. ¶ Tullius tyro.
Quid sororis ἔτυμον. i. rectã interpretationẽ dixerit Labeo antistius & quid fratris Nigidius. ¶ Caput. x. ¶ Labeo Antistius.
Quem. M. Varro iustũ: aptumq; esse numerum conuiuaꝝ existimauit. ac de mensis secundis: & de bellariis.
¶ Caput. xi. ¶ Lepidissimus liber est.
Tribunos plebis prehensionem habere: uocationem non habere.
¶ Caput. xii. ¶ In quadam epistola.
Quod in libris humanaꝝ. M. Varronis scriptũ est ædiles & quæstores populi romani in ius a priuato ad prætorem uocari posse.
¶ Caput. xiii. ¶ Cum ex angulis.
Verba ex libro Messallæ auguris: quibus docet qui sint minores magistratus. Et consulẽ prætoreq; collegas esse. & quædã alia de auspiciis. ¶ Caput. xiiii. ¶ Pomerium quid.
Humanitatẽ non id significare: quod uulgus putat sed eo uocabulo qui sinceriter locuti sunt magis proprie esse usos.
¶ Caput. xv. ¶ Qui uerba latina.
Quid apud. M. Catonem significent uerba hæc: inter os & offam.
¶ Caput. xvi. ¶ Oratio est. M.
Inueniri uersus uerbis iisdẽ, aut paucis syllabis ĩmutatis apud diuersos poetas tẽporibus uariis natos. ¶ Caput. xvii. ¶ Versus est.
De genere: atq; nominibus familiæ portiæ.
¶ Caput. xviii. ¶ Cum in domus tyberianæ.
Quod a scriptoribus elegãtissimis maior rõ habita sit sonitus uocũ: atq; uerboꝝ iucũdioris: quæ a græcis εὐφωνία. i. uocalitas consonantiaq; dicit: q̃ regulæ & disciplinæ: quæ a grãmaticis reperta est.

Caput.xix. Interrogatus est Probus.
Verba.T.Castritii rhetoris ad discipulos adolescẽtes de uestitu: atq; calciatu non decoro. Caput.xx. .T.Castritius rhetor.
Cõprecationes: quæ ritu romano fiunt diis: expositæ sunt in libris sacerdotũ: inter quas Marti Nerienem tribuunt. & quid Neriene seu Nerio nomen importet. Caput.xxi. Cõprecationes deo.
.M.Catonis cõsularis & cẽsorii pulcherrĩa ꝓbatio cõtra philosophãtes noĩe & nõ re. Caput.xxii. .M.Cato consularis.
Quæsitum tractatumq; quid sint manubiæ. atq; inibi dicta quædã de ratione utendi uerbis pluribus idem significantibus.
Caput.xxiii. In fastigiis fori.
Verba.P.Nigidii: qbus dicit ĩ noĩe Valerii in casu uocãdi primã syllabam acuẽdã esse. Et itẽ alia ex eiusdẽ uerbis ad rectã scripturã pertinentia. Caput.xxiiii. .P.Nigidii uerba.
De uersibus quos Virgilius sectatus uidet᷑ Homeri: ac Parthemii.
Caput.xxv. Parthemii poetæ.
De sententia Panetii philosophi: quã scripsit in libro de officiis secũdo: qua hortat᷑ ut hoĩes ad cauẽdas iniurias in omni loco intenti paratiq; sint. Caput.xxvi. Legebatur Pa.
Quod Quadrigarius cũ multis mortalibus dixit. An qd & q̃tũ differret: si dixisset cũ multis hoĩbus. Caput. xxvii. Verba.
Non hactenus esse faciem qua uulgo dicitur.
Caput.xxviii. Animaduertere.
Quid sit in satyra.M.Varronis caninum prandium.
Caput.xxix. Laudabat uendicabar.

CAPITVLA TERTIIDECIMI LIBRI.

Dissertatio Phauorini philosophi aduersus eos: qui chaldæi appellãt᷑. & ex cœtu motibusq; syderũ: & stellarũ fata se hominũ dicturos pollicent᷑. Caput primum. Aduersum.
Quem in modum disseruit Phauorinus cõsultus a me super officio iudicis. Caput. secundum. Quo primum.
An æmuli infensiq; inter sese fuerint Xenophon & Plato.
Caput tertium. Qui de Xenophontis.
Quod apte Chrysippus & graphice imaginem iustitiæ modulis coloribusq; uerborum depinxit. Caput.iiii. Condigne mehercle.

Lis atq; cõtentio grãmaticorum romæ illustriũ enarrata: sup casu uocatiuo uocabuli: quod é egregius. ¶ Caput. v. ¶ Defessus ego quõdã.
Cuiusmodi sint quæ spém doctrinarum habeant: sed neq; delectent: neq; utilia sint. atq; inibi de uocabulis singularum urbiũ regionũq; ĩmutatis. ¶ Caput. vi. ¶ Homo nobis familiaris.
Quod. M. Varro Cn. Pompeio consuli primũ designato cõmẽtariũ dedit: quem appellauit isagogicum de officio senatus habendi.
¶ Caput septimum. ¶ Cn. Pompeio consulatus.
Quæsitum esse dissensumq; an præfectus latinarum causa creatus: ius senatus conuocandi: consulendiq; habeat.
¶ Caput octauum. ¶ Præfectum urbi.

¶ CAPITVLA QVARTIDECIMI LIBRI.

QVod in. Q. Claudii ãnalibus scriptũ est lignũ a lumĩe oblitũ non ardere. ¶ Caput primũ. ¶ Declamauerat.
Quod Plato in libris: quos de legibus cõposuit: largiores: lætioresq; ĩ conuiuiis inuitatiũculas uini non inutiles esse existimauerit.
¶ Caput secundum. ¶ Ex insula græca quispiam.
Quid. M. Cicero de particula ista senserit: scripseritq;: quæ præposita é uerbis aufugio & aufero. et an in uerbo autumo eadé ista hæc præpositio esse uideri debeat. ¶ Caput. iii. ¶ Legimus librum.
Historia de Ventidio Basso ignobili hoĩe: qué primũ de parthis triũphasse memoriæ traditũ é. ¶ Caput. iiii. ¶ In sermonibus nup fuit.
Verbum profligo a plerisq; dici improprie inscitеq;.
¶ Caput quintum. ¶ Si cum alia uerba pleraq;.
In libro. M. Ciceronis de gloria secundo manifeste est erratũ ĩ ea parte: in qua scriptum est super Hectore & Aiace.
¶ Caput sextum. ¶ In libro. M. Tullii.
Obseruatũ esse ĩ senibus: q̄ ãnũ fere ætatis tertiũ & sexagesimũ agãt aut laboribus: aut ĩteritu. aut clade aliq̃ ĩsignitũ. Atq; inibi sup eadẽ obseruatione exẽplũ appositũ. ¶ Epistolæ diui Augusti ad Caiũ filium. ¶ Caput septimum. ¶ Obseruatum in multa.
Locus ex oratione Phauorini ueteris oratoris de cœnarum atq; luxuriæ exprobratione: qua usus est cum legẽ liciniã de sũptu minuendo suasit. ¶ Caput octauum. ¶ Cum legeremus.
Quod Cecilius poeta frontem genere uirili nõ poetice: sed cũ pbatõe

De uerbis quibusdam nouis: quæ in Cn. Matii mimi iambis offende ramus. ¶ Caput. xxv. ¶ Cn. Matius.
Quibus uerbis Aristoteles philosophus definierit syllogismũ: eiusq; definitionis interpretamentum uerbis latinis factum.
¶ Caput. xxvi. ¶ Aristoteles quid syllogismus.
Quid sint comitia calata: qd curiata: quid centuriata: qd tributa: qd concilium. atq; inibi quædam eiusmodi.
¶ Caput. xxvii. In libro Lelii Felicis.
Quod errauit Cor. nepos cum scripsit Ciceronẽ tres & uiginti annos natum causam pro Sexto Roscio dixisse.
¶ Caput. xxviii. ¶ Cor. nepos & rerum.
Quali figura orationis: & q̃ noua. L. Piso ãnalium scriptor usus sit.
¶ Caput. xxix. ¶ Duæ istæ in loquendo.
Vehiculum: quod petorritũ appellat̃ cuiatis linguæ uocabulum sit græce: an gallicæ. ¶ Caput. xxx. ¶ Qui ab alio genere uitæ.
Quæ uerba legauerint rhodii ad hostiũ ducẽ Demetrium: cum ab eo obsiderentur super illa inclyta Ialysi imagine.
¶ Caput. xxxi. ¶ Rhodum insulam.

¶ CAPITVLA Q VINTIDECIMI LIBRI.

VErba Musonii philosophi græca digna: atq; utilia audiri: obseruariq; eiusdẽ utilitatis sentẽtia a. M. Catone multis ante annis numantiæ ad equites dicta. ¶ Caput primũ. ¶ Adolescentuli.
Cuiusmodi sit lex apud dialecticos percontãdi disserẽdiq;. & quæ sit eius legis reprehensio. ¶ Caput. ii. ¶ Legem esse aiunt.
Quanã rõe effici dixerit Erasistratus medicus si cibus forte deerit: ut tolerari aliquãtisper inedia possit: & tolerari fames. Verbaq; ipsa Erasistrati super ea re scripta. ¶ Caput. iii. ¶ Cum Phauorino.
Quo ritu: quibusq; uerbis fecialis po. ro. bellũ ĩdicere solitus sit iis: q bus po. ro. bellum fieri iusserat. Et item in quæ uerba conceptum fuerit iusiurandum de furtis militaribus sanciẽdis. Et uti milites scripti intra prædictum diem in loco certo frequẽtarent: causis quibusdã exceptis propter quas iusiurandum remitti equum esset.
¶ Caput. iiii. ¶ Cintius in libro tertio.
Vestibulum quid significet: deq; eius uocabuli rationibus.

Sumpta ex historia Herodoti libro primo super fidicine Arione. ¶ Caput.xix. ¶ Celeri admodum.

CAPITVLA SEXTIDECIMI LIBRI.

QVod Gallus Asinius & Lartius Licinius sententiã.M.Ciceroĩs reprehenderunt ex oratione: quam dixit pro.M.Cælio. & quid aduersus homines stolidissimos pro eadem sententia uere: digneque dici possit. ¶ Caput primum. ¶ Vt quidam fuerunt.
Verba quædam ex.Q.Claudii annalium primo cursim in legendo notata. ¶ Caput secundum. ¶ Cum librum ueteris.
Verba.M.Varronis ex libro quinto & uicesimo humanarũ: quibus contra opinionem uulgarium interpretatus est Homeri uersum.
¶ Caput tertium. ¶ Adolescens quispiam.
Quid Menander poeta Philemoni poetæ dixerit. a quo sæpe ĩdigne in certaminibus comœdiarum superatus est. & ꝙ sæpissime Euripides in tragœdia ab ignobilibus poetis uictus est.
¶ Caput quartum. ¶ Menander a Philemone.
Nequaq̃ esse uerum: ꝙ minutis quibusdam rhetoricæ artificibus uideatur.M.Ciceronem ĩ librõ: quem de amicitia scripsit uitioso argumento usum ἀμφισβητούμενον.ἀντί συλλογιζομένου.i.dubium pro confesso posuisse: totũq; id consideratius tractatũ: exploratũq;
¶ Caput quintum. ¶ .M.Cicero in.
Falsum esse quod Verrius Flaccus in librorũ.ii.quos de obscuris.M. Catonis composuit de seruo recepticio scriptũ reliquit.
¶ Caput sextum. ¶ .M.Cato uoconiam legem.
Verba hæc ex atinia lege: quod surreptum eius rei æterna auctoritas esto.P.Nigidio &.Q.Scæuolæ uisa esse nõ minus de præterito furto: q̃ de futuro cauisse. ¶ Caput.vii. ¶ Legis ueteris.
In sermonibus apud mensam Tauri philosophi quæri agitariq; eiusmodi solita. Cur oleum sæpe & facile: uina rarius congelascant: acetũ haud fere unq̃. Et cur aquæ fluuiorum fontiũq; durentur mare gelu non duretur. ¶ Caput octauum. ¶ Philosophus Taurus.
De notis lraꝝ: quæ in.C.Cæsaris epistolis reperiũt. deq; aliis clãdestinis lris ex uetere historia petitis. Et quid σκυτάλη.i.baculus quo epistola inuolu batur sit laconica. ¶ Caput.ix. ¶ Libri sunt.
Quid de uersibus Virgilii Phauorĩus existĩarit: qbus in describenda

flagrantia montis ætnæ Pindarum poetā ſecutus eſt: collataq; ab eo ſuper eadem re utriuſq; carmina:& diiudicata.
¶ Caput.x.¶ Phauorinum philoſophum.
Quod Plutarchus in libris ſympoſiacis opinionē Catonis.& de habi tu atq; natura ſtomachi:fiſtulæq; eius:quæ τραχεῖα.i.dura dicit̄:ad uerſum Eraſiſtratū medicum tutatus eſt:auctoritate adhibita antiq medici Hippocratis.¶ Caput.xi.¶ Et Plutarchus.
De materiis infamibus: quas græci ἀδόξους appellant a Phauorino exercendi gratia diſputatis.¶ Caput.xii.¶ Infames materias.
Quin particula quot qualeſq; uarietates ſignificationis habeat: & q̄ ſæpe in ueteꝝ ſcriptis obſcura ſit.¶ Caput.xiii.¶ Quin particula.
Sententiæ ex Publii Mimis ſelectæ lepidiores.
¶ Caput.xiiii.¶ Publius Mimos ſcriptitauit.
Quod Carneades academicus elleboro ſtomachū purgauit: ſcripſus aduerſus Zenonis ſtoici decreta:deq; natura medelaq; ellebori candi di & nigri.¶ Caput.xv.¶ Carneades academicus.
Anates ponticas uim habere uenenis detegendis potentem.atq; inibi de Mithridatis regis in id genus medicamenti ſollertia.
¶ Caput.xvi.¶ Anates ponticas dicitur.
Mithridatem pōti regem duarū &.xx.gentiū linguis locutū.Q .q; Enniū tria corda habere ſeſe dixiſſe: q tris linguas pcaluiſſet: græcā: oſcā:latinam.¶ Caput.xvii.¶ .Q .Ennius.
Quod.M.Varro.C.Saluſtiū hiſtoriæ ſcriptorem deprehenſum ab Anio Milone in adulterio ſcribit:& loris cæſum:pecuniaque data di miſſum.¶ Caput.xviii.¶ .M.Varro in litteris.
Quid Epictetus philoſophus dicere ſolitus ſit hoībus neq̄ & īpuris diſciplinas philoſophiæ ſtudioſe tractantibus. Et quæ duo uerba ob ſeruanda præceperit:omniū rerum longe ſalubria.
¶ Caput.xix.¶ Phauorinum ego audiui dicere.
Ex ſympoſio Platonis ſumpta uerba:numeris coagmentiſq; uerboꝝ ſcite modulateq;:& apte exercendi gratia in latinam orōnem uerſa.
¶ Caput.xx.¶ Sympoſium Platonis.
Quibus tēporibus poſt romā cōditā græci:romaniq; illuſtres uiri flo ruerūt:āte ſecūdū bellū carthaginenſiū.¶ Caput.xxi.¶ Vt con.

¶ CAPITVLA SEPTIMIDECIMI LIBRI.

Disputationes a philoſopho ſtoico: & contra a peripatetico arbitro Phauorino factæ. quæſitūq; inter eos q̄tū in pficienda uita beata uirtus ualeret: quātūq; eſſet in iis: quæ dicunt̄ extranea.
Caput primum Familiares Phauorini.
Cuiuſmodi quæſtionū certationibus ſaturnalia ludicra athenis agitare ſoliti ſumus. Atq; inibi inſperſa quædā ſophiſmata: & ænigmata oblectatoria. Caput. ii. Saturnalia athenis.
Quid Eſchines rhetor in orōne: qua Timarchū de īpudicicia accuſauit lacedæmonios ſtatuiſſe dixerit ſup ſententia pbatiſſima: quā improbatiſſimus homo dixiſſet. Caput. iii. Eſchines.
Quod Sulpitius apollinaris prædicātem quendā a ſeſe uno Saluſtii hiſtoria intelligi: illuſit quæſtione ppoſita: qd uerba iſta apud Saluſtium ſignificarent: Per incertum ſtolidior an uanior.
Caput quartum. Cum iam adoleſcentuli romæ.
Quod. Q. Ennius ī. vii. ānali q̄drupes eques & nō q̄drupes equus: ut legūt multi: ſcriptū reliquit. Caput. Cum Antonio.
Quod Helius Meliſſus in libro: q titulū fecit de loquēdi proprietate quem cum ederet: cornū eſſe copiæ dicebat: rem ſcripſit. neq; dictu: neq; auditu dignā: cū differre matronā: & matrēfamilias exiſtimauit differentia longe uaniſſima. Caput. vi. Helius Meliſſus.
Quem in modū Phauorinus tractauerit intempeſtiuū quendam de uerbo⁊ ambiguitatibus quærentem. atq; ibi quot ſignificationes capiat concio. Caput. vii. Domitio homini docto.
ὁμοιοτέλευτα καὶ ὁμοιόπτωτα. i. ſimiliter finientia: & ſimiliter cadentia. atq; alia id genus: quæ ornamenta orōnis putāt̄ inepta eſſe: & puerilia Lucilii quoq; uerſibus declarari.
Caput. viii. ὁμοιοτέλευτα καὶ ὁμοιόπτωτα.
Quid ſignificet apud. M. Catonem uerbum inſecenda. quodq; inſecenda potius legendum ſit: q̄: quod pleriq; exiſtimant: inſequenda.
Caput. ix. Et ſequor & item ſecta.
Errare iſtos: qui in exploranda febri pulſus uenarū ptentari putant: non arteriarum. Caput. x. In Herodis.
Verba ex carminibus Furii Antiatis inſcite a Ceſellio uindice reprehēſa. Verſuſq; ipſi in quibus ea uerba ſunt ſubſcripti.
Caput. xi. Non hercle idem.
Morem iſtū ueteribus nr̄is fuiſſe uerba patiendi mutare: ac uertere.

¶ CAPITVLA OCTAVIDECIMI LIBRI.

CAPITVLA NONIDECIMI LIBRI.

.FINIS.

Feb. 1938

Gellius: Noctes Atticae

Venice, Andreas de Paltasichis, 1477

Printed with roman types, in folio form, 36 lines to a page. It has 198 leaves, the first blank. The size of a leaf is 295 × 197 mm., while the text measures 198 × 125 mm. There is a large illuminated initial on the first page, and the initials throughout are in red and blue. Bound in red morocco, with the arms of Count de Brienne (1730–94) stamped in gold in the center of both covers.
Hain *7520.

THIS work received its beautiful title — *Attic Nights* — from the place and time of its compilation. As a student, Gellius spent a year — according to some, three or four years — in Athens, reading in the evenings and making excerpts continually from the works of many writers. He kept up this useful habit long after his return to Rome, indeed throughout his life. As he remarked, he did not want to live longer than his ability to write and take notes lasted.

The *Attic Nights* is a commonplace book containing short pieces on the most heterogeneous subjects, including grammar, history, biography, philosophy, law, natural science, criticism, and many others. In his preface the author apologizes for his modest title; like others, he writes, he could have called his work "the Muses," "the Nosegay," "Honeycomb," "The Fruit Basket," "Athena's Mantle," or some other high-sounding name. He should have been well satisfied with his choice. Further, reminding the reader of the saying, "Much learning does not make a scholar," he points out that he did not take his notes without discrimination, but tried to find such pages as "by a quick and easy short cut might lead active and alert minds to a desire for independent learning." However, there is no system in the arrangement of the notes. Although they are divided into twenty books, their order reflects nothing more than the chance time at which the author happened to read the works from which they were copied.

Gellius thought that he fell as far short of other writers in the elegance of his style as in the dignity of his title. Yet it is doubtful if he was so very humble after all. His comments on his reading as well as his recorded conversations with distinguished contemporaries seem to possess a mixture of slyness and naïveté which reminds one of the great Boswell. Many of the pieces include autobiographical details; and there is nearly always some personal element in them. One may read the account of a visit to Fronto: "When I was a young man at Rome," he begins, "before I went to Athens, I often paid a visit to Cornelius Fronto, when I had leisure from my masters and my lectures, and enjoyed his refined conversations, which abounded, besides, in excellent information. Whenever I saw him and heard him speak, I almost never failed to come away improved and better informed. An example is the following little talk of his, held one day on a trivial subject, it is true, but yet not without importance for the study of the Latin language . . " Then he recounts an argument as to whether the word "quadrigae" could be used in the singular, and whether the word "harena" is permissible in the plural; why "inimitia" is ungrammatical while "impotentia" or "iniuria" is not. Fronto was against the use of "quadriga" and "harenae." This is an etymological discussion, with quotations from Caesar, Plautus, Varro and others, yet the reader has the impression of listening to living speech. Gellius, of course, bowed before the authority of the great Fronto; but at the end he very quietly records that at home he took down the big dictionary in which he found the word "quadriga" in the singular!

Haphazardly turning the pages, the curious may light upon an excerpt from Aristotle to the effect — which may be a surprise to many people — that ice water is bad to drink. Why? Because, according to the Stagirite, "from all water that is frozen the lightest and thinnest part evaporates; and since the most wholesome part is gone, it necessarily follows that what is left is less wholesome." Gellius informs us that he "immediately declared war upon ice water," although his friends "made truce with it on various terms." There are many other problems from Aristotle. "Why do men who are ashamed grow red and those who fear grow pale?" The answer is that the blood of those who feel ashamed flows from the heart to all parts of the body, and therefore comes to the surface; but the blood of those who are afraid rushes to the heart and consequently leaves all the other parts of the body. This reasoning would have satisfied the simple Gellius; nevertheless, he felt like asking his friend Taurus for his opinion. The latter wanted to know more. "It may still be asked," he remarked, "why it is that shame diffuses and fear contracts the blood, when shame is a kind of fear and is defined by philosophers as 'the fear of just censure'?"

But the author whom Gellius most often consulted was not Aristotle; in fact, he seldom goes back earlier than the first or second century before Christ. He quotes Varro very frequently; but his most beloved authors were Favorinus, Julius Paulus, Annianus, and other contemporaries. The *Attic Nights* contains excerpts from nearly three hundred Greek and Roman writers, many of whom are known today only through these passages.

Gellius was born about 120 A.D. in Rome and may have died during the early reign of Marcus Aurelius, about 165. At any rate, he did not publish anything beyond the twenty books of the *Attic Nights*. After his student year or years in Athens, he practiced law in Rome, and kept up his literary interests also. The earliest extant manuscript of his work — a palimpsest — dates from the sixth or seventh century, and most of the others from the twelfth or thirteenth. The first edition was printed in Rome in 1469. Jenson published another in 1472, and then in 1477 Paltasichis issued his edition. This latter was reprinted about a dozen times before the end of the century. But Gellius remained very popular also in later centuries. The Prince Collection of the Library includes a copy printed at Leyden in 1560.

Bought in November 1937.

ZOLTÁN HARASZTI